3/9
fc
19
13. 6. e. 62

3/9
2
19

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
7 C
17

13-2-e-1X

COMMISSIONVM SIVE RESCRIPTORVM VTRIVSQ. SIGNATVRAE AD CAVSAS ORDINANDAS DECIDENDASVE PRAXIS SIVE TRACTATVS.

Pars Prima.

IOANNE BAPTISTA MARCHESANO
Tifernate, ac Romano. V. I. D. & in Vtraque
Signatura Referendario Auctore

OPVS IVDICIBVS, ADVOCATIS, PROCVRATORIBVS, Iurisque Studiosis quotidianum, vtile, ac necessarium

ADDITO
INDICE LOCVPLETISSIMO OMNIVM
Quæ in eo continentur.

CVM PRIVILEGIO.

CVM SVPERIORVM LICENTIA.
ROMAE, Ex Typographia Pauli Diani. M D X C I.

S. D. N. GREGORIO XIIII. PONT. OPT. MAX. BENEFACTORI.

POST HVMILLIMA SANCTORVM PEDVM OSCVLA.

IOANNES BAPTISTA MARCHESANVS.

DIFFICILE admodum, ac laboris, & molestiæ plenum semper duxi P. Beatissime, ea colligere, tractare, edere, quæ verioris doctrinæ, & facultate videantur studio, & cognitione digna esse. Nã & res ipsa per se difficilis est, & varia sunt hominum ingenia. Non omnibus omnia probantur, neq; ijsdem semper eadem, neque vna omnibus aliena improbandi ratio proposita est. Alijs displicet res ipsa, alijs oratio, alijs tractandi ratio, & via. Quibus omnibus satisfacere est difficillimum. Et, quanquam in hoc libro, in quo collegi nonnulla Patrum vtiusque Signaturæ decreta, data à me opera est, ne in duobus postremis magnopere reprehenderer, tamen primum illud, quod ad rei dignitatem, & grauitatem pertinet, eiusmodi est, vt in reliquis aliorum iudicium non admodum pertimescam, præsertim in ea facultate, in qua spectandæ in primis sunt res ipsæ, non verba ponderanda, Ea verò

est sacri huius ordinis Patrum ingenij, prudentiæ, ac doctrinæ præstantia, & in rebus iudiciarijs experientia, vt, quæ ab ipsis dijudicata, comprobata, & decreta sunt, cæteris etiam sine controuersia probari necesse sit, neque cuiuscunque reprehensionem reformident. Quo libentius, & alacrius, hunc mihi laborem suscipiendum putaui, vt, quæ sunt in grauissimo multorum consilio, non vno tempore, diuersis de rebus, à doctissimis viris, atque optimis, pronunciata, in vnum volumen collecta, atque congesta referrem, Eum vero librum cui potissimum dicarem, nisi tibi, P. Beatissime, qui a benignitate, & magnificentia sanctissimi illius, æternęque memoriæ dignissimi, GREGORII XIII. tuis præcedentibus meritis, vitæ integritate, morum suauitate, ac doctrinæ præstantia, Deo iuben te, honores, & dignitates, es assecutus. Ac id mihi quidem, vt id facerem, opportunum hoc tempore, maximè visum est, quo tu, P. Beatissime, ad Christianam Rempublicam regendam vocatus; Petri nauiculam, multis rerũ humanarum, quasi turbinibus, procellisque propositam, multisque prauarum, peruersarumque opinionum fluctibus agitatam, sapientissime gubernas, atque in portu collocas. Qui Mediolani, quæ Ciuitas est præclarissima, ac Italiæ decus, & ornamentum, ex antiquissima, nobilissimaque SFONDRATORVM familia, ex Francisco Patre, quem Maximus ille Paulus Papa Tertius, spectatum virum, doctrinæ singularis, prudentiæ, & grauitatis exemplum, delegit, & magna omnium gratulatione, ac lętitia, iam Cremonæ Episcopum; in Cardinalium numerum cooptauit, premortua prius Anna, ex celeberrima ac antiquissima illorum Viecomitum, qui interdum Mediolani Duces, & Domini fuerunt, progenie, eius vxore, & tua genitrice, Primam tuam ætatem, non in turpi otio, (vt plerique hominum solent) sed in præclaro Philosophiæ, ac iuris vtriusque studio collocasti, atque ita collocasti, vt deinde, eiusdem Ciuitatis Cremonæ Episcopus effectus, sub Pio IIII. cum cæteris Patribus ad Sacrosanctum

ctum Tridentinum Concilium præsens, vbi tua prudentia & virtus semper enituit, ibiq; egregiè, sanctèque in publicis oneribus, eiusdemque Sacrosancti Concilij negotijs versatus, ita in quibusdam discutendis, componendisue decretis, tuam Patribus prudentiam, fidem, diligentiamque probasti, ita Sedis Apostolicæ dignitatem, & orthodoxæ fidei maiestatem defendesti, (quibus in negotijs obeundis, cæterisque rebus efficiendis, tua doctrina, probitas, ac sapientia, omnibus patuit, omnibus innotuit) vt, ad tuæ Ecclesiæ curam reuersus, in qua, ob vitæ integritatem, in gregem commissum amorem, in animarum salutem solicitudinem, omnibus recte, Catholiceque viuendi exemplum ac pauperum, orphanorum, viduarumque protectorem, & patronum, ac omnium demum virtutum splẽdorem, carus, dilectusque semper fuisti, vt iure optimo à Sanctissimo illo Gregorio XIII. qui sacro illo Concilio similiter interfuit, in ampliſſimum Cardinalium Collegiũ, tui genitoris vestigia sectando, maxima omnium approbatione, & lętitia, ob susceptos pro re Christiana labores, ascriptus fuisti, neque vero secundis rebus, ac tanti gradus honore, elatus es. nam tanto cœpisti maiori ardore, animi pietatem, iustitiam, religionemque colere, quanto te à pluribus obseruari celsiori loco intelligebas; Quare, cum Collegio vniuerso carissimus esses, cum tuæ iam essent præclara ornamenta naturæ, doctrina, virtus, Christianis Principibus, Patribusque notissima, cumque te Diuina prouidentia videretur omnibus cumulasse muneribus, quibus totius Christiani potissimum gregis Pastorem ornatum esse par est, Tãdem, Vrbano VII. Pont. Opt. Max. vita functo, Patres purpurati, Conclaue ingressi, incredibili consensu, vt facile id non sine diuini numinis afflatu factum intelligeremus, maxima totius Vrbis, & Orbis lętitia, NICOLAVS SFONDRATVS, Tituli Sanctæ Cæciliæ, Cardinalis de Cremona nuncupatus, Pont. Opt. Max. &, mutato postea de more nomine, GREGORIVS. XIIII. delectus, & renunciatus fuisti, Quo

ex loco, tanquam e candelabro lucerna, vel sol alter potius, e supremo ecclesiæ militantis cœlo, ita in omnes orbis terræ partes, virtutis, benignitatis, ac sapientiæ lumẽ, late, longeq; diffudisti, vt nulla tam remota sit regio, quin sit hoc tanto splendore perfusa. Quantum autem, rerum acceptis gubernaculis, diligentia, & tranquillitate, otii Christiano orbi reddidisti? quanta virtute latrocinia sustulisti? quanta animi prouisione omnia composuisti, atque sedasti? & hæc quidem foris gesta sunt; illa vero, quis non summis laudibus in cælum efferat, quæ ad virtutes prouehendas in melius abs te quotidie geruntur? Plato quidem, cum Rempublicam ille suam institueret, ac temperaret, eum maximum virum, ac Reipublicæ maxime salutarem dicebat futurum, qui nefarios, suppliciorum metu proposito, à scelere deterruisset; bonos, præmio ostentato, incitasset, atque inflammasset ad gloriam; quod si verum est, vt profectò esse vsus, & ratio docet, Tu quidẽ ille summus, & maximus es, Pater Optime, quem ille sibi in sua Republica fingebat, atque formabat: nam & facinorosi, Principe te, acerrime vindicantur, & optimi viri, atque eruditissimi, ad summos honores euehuntur, Iam, quis te humanior vnquam fuit? quis mitior? quis in tanta rerum omnium potestate moderatior? ad quem vnquam facilior aditus, non summis modo, verum etiam medijs, atque infimis, patuit? quis ad te accessit aliquando, qui se desertum, qui se non humaniter auditum, non consilio, auctoritate, reque ipsa subleuatum esse conquestus sit? vt vere non modo Pastorem, sed patentem omnium, possimus, in tantis præsertim bellorum, & Annonæ angustijs, appellare quibus tu temporibus Christianæ Reipublicæ difficillimis, non secus, atque indulgentissimus Pater, omnibus prospicis, omnibus prodes. Quis te subditorum omnium, quis vniuersi, cui præsides, Christiani, gregis magis amator? quem non modo regis, vt Pastor optimus, ac sapientissimus, verum etiam plusquam paterna charitate complecteris. In tam paruo tui Pontificatus iam effluxo

tem-

tempore, benignissimum in pauperes, egentes, calamitososque te præbuisti. Fateatur tuam magnificentiam orbis totus, exclament illam tui Cremonenses filij, qui ad te Patrem pauperum, oppressorum consolatorem, miserorum refugium, ac omnium demum virtutum fontem, (dum anno proxime elapso, sponte, hilarique animo ad Ecclesiam tuam visendam, & gubernandam accessisti) recurrentes, dum vel sterilitate soli, vel cæli inclementia, vel segetum infelicitate, rei frumentariæ caritas esset consequuta, vix dictu credibile visum fuit, quam cito inibi illorum populorum famem sustuleris, & famam tibi sempiternam præparaueris. Nam, & horrea laxata fuerunt, & frumentum vbique ad victum expromptum est, quod ad quæstum auaritia occultabat. Te igitur Cardinali Episcopo, in ea Ciuitate, frumento conuento, vtilitas annonæ tanta subsecuta est, quanta si de quopiam alio diceretur, incredibile esset. quod enim maximo, neque ferendo pretio vix paucis dabatur, tua opera, abundanter, vilissima pecuniarum summa, omnibus late, longeque superfuit. Vt pariter omnes te ad summum Apostolatus apicem euecto, frumento carente, hisce temporibus, vniuersali in Tua Vrbe Roma, pænuria, ac alijs rebus difficillimis, atque in tota Ecclesiastica ditione, pro certo Illius XIII. Gregorij, tui antecessoris, magnanimitatem, ac in pauperum largitatem, in te renouatam cernentes, sperant, cum Tu ad annonam necessaria maxima diligentia vndeque conquerenda cures, vt facilius paupertatis, & pænuriæ incommoda ferantur. pro te, Christianæ Reipublicæ moderatore, atque rectore, vt quam diutissime nobis te Deus immortalis conseruet incolumem, omnes ab eodem præpotenti Deo, offerendis sacrificijs, ac summis precibus, assiduisque contendunt: ex quo nimirum intelligunt, Populorum tranquillitatem, mœstorum, egētiumque solatium, cœnobitarum disciplinam, religionis amplificationem, omnium denique ordinum, ac omnium gentium, etiam remotissimarum, salutem, secundum Deum, maxima ex parte pendere. Si igitur à te omnia

nia pendent; æquum erat, vt hasce paucas meas vigilias, labores, & lucubrationes, Sanctissimo tuo nomini P. Beatissime dicarem. Alia denique propemodum infinita prætereo, quæ epistolæ finibus nequeunt contineri, &, quantum tuæ Sanctitatis maiestatem demonstrarent, tantum tuæ modestiæ magnitudinem viderentur offendere. Meum hoc igitur qualecunque donum, oculis istis humanissimis aspicere ne graueris. Quod si hasce meas lucubrationes gratas tibi esse cognouero, alia etiam in posterum audebo, tua fretus auctoritate, atque humanitate, cum omnibus communicare; quæ ijs præsertim, qui in hac nostra legum disciplina, suam operam ponunt, non parum arbitror profutura. Deus te nobis, Pater optime, quam diutissime ad sempiternam sui nominis gloriã, seruet incolumem.

AVCTOR AD BENIGNOS LECTORES IVRIS STVDIOSOS.

VERE illud ab antiquis dictum est, rationis præsidio, qua vna homines à feris maxime distant, & honestatem facile sequi nos posse, & minus honesta reijcere, at, si qui sunt, qui aut honesti specie non ducãtur, aut etiam turpia consectentur, ij profectò ab hominis dignitate, præstantiaque discedere, & ad belluarum naturam proxime accedere videntur. At ij, qui naturæ suæ facultates agnoscunt, & ratione ducuntur, omnia non modo præclara, dum viuunt, recte factorum conscientia perfruuntur, Deo, & hominibus cari sunt, & iucundi, verum etiam mortui immortalia capiunt suæ virtutis præmia, vt illorum apud homines memoria, existimatio, aut nominis celebritas, nullo vnquam tempore obliuione deleatur. In horum numerò sunt ij, meo quidem iudicio, collocandi, qui non sibi modo, sed cæteris etiam hominibus, prosunt, quorum cura, ne aut memoria, aut labores intereant, videtur ad posteros pertinere, ne vel ingrati, aut immemores beneficiorum, vel suæ etiam, atque aliorum vtilitatis minus amatores esse videantur. Cum igitur à doctissimis, sapientissimis, prudentissimisq; Patribus, qui in hoc Apostolico sacræ vtriusque, & Gratiæ, & Iustitiæ Signaturæ, (quem dicimus) consessu, magna cum ingenij, doctrinæ, prudentiæ,

laude

laude versati sunt, & in dies magis, magisque versantur, permulta sapienter, tam olim, quam hodie, essent constitu ta, explicata, & definita; vt & illorum præ viribus laudi in seruirem, qui hasce res tam salutares, & quotidianas nobis tanto studio, labore, industria, monumentis consignatas, donarunt, & donant; simul, ne publicæ vtilitati deesse m; librum hunc, quo summorum Patrum, ac iuris consultorum recollectæ sententiæ, ac testimonia de rebus gra uissimis continentur, quas Commissiones causarum vulgo appellamus, quæ, & quotidie passim apud iudices, & causidicos diuersos, & proferuntur, & magnam, sanctissimamque auctoritatem apud omnes obtinent, Typis com mittendum curaui. Quamobrem, vt spero, studiosi lectores, ita vos ipsi volumen hoc vtile, atque necessarium iudi cabitis, ijs potissimum, qui suum ingenium, atque operã, ad hanc iuris scientiam contulerunt, vt, si nihil aliud me ad hunc laborem suscipiendum impellere potuisset, satis tamen hæc ipsa publicæ vtilitatis honestas impulsura fuis se videatur. Quam vero vberes, quam læti fructus, ex hoc libro, tanquam ex agro culto, percipiendi sint, malo vos re ipsa experiri, quam mea oratione cognoscere. Etenim ad hanc Apostolicam Sacram Scholam, Romanamq; (vt dicimus) Signaturam, non secus, atque ad certissimum, ac sacratissimum oraculum, totius Ecclesiæ Catholicæ quæstiones vndique de rebus grauissimis afferuntur; & hac diuturna, & accurata, prudẽtissimorum Patrum, qui huic numero præsunt, deliberatione disputatę, tractatæ, dispositæ conficiuntur; atque (vt hodie loquimur) causarum commissiones vbique locorum percipiuntur. has ego ex vtriusque iuris nostri interpretum dictis (vt valui) exornaui; &, licet à multis, vti mancus, & deminutus, reprehendendus, aut aliqua, quæ eis vera non videantur, re censere videar, tamen, vt me excusatũ habeant, rogo, atq; obtestor; quia, qui multa scribit, in aliquibus erret, necesse est. Equidem quantum in me fuit, omne studium in id contuli, vt non intellexisse potius multa, quam pauca ne-

glexisse

glexisse videar. omnium autem habere memoriam, & in nullo deficere, humanitatis excedit vires: cum in humanis rebus, nihil perfectum sit, nec aliquid tam plene dici, vel excogitari possit, quin multa semper addenda nō sint. Maximam quippe prouinciam ingressus sum, tū propter materiæ difficultatem, tum etiam propter styli eiusdem Signaturæ frequentem mutationem, & varietatem, quæ adeo magna sunt, vt quotidie nouas formas depromere videantur, sed ea succincte tangam, quæ consilio præsentis nostri tractatus magis apta iudicabo. Vos, quæ in multis locis scripta sunt, in vnum collecta habebitis. ex rudi namque agro, aliqui iucundi flores semper seliguntur. Accipite igitur opus hoc, vobis lucubratum, vobis debitum. quod si non ingratum fuisse cognouero, à vobis me diuinum quoddam, atque immortale beneficium retulisse putaro. Valete.

GREGORIVS PAPA XIIII.

MOTV proprio, &c. Cum sicut accepimus Dilectus Filius Ioannes Baptista Marchesanus, V. I. D. ac in vtraque Signatura nostra Referendarius, & prælatus noster domesticus, non sine magno labore, studio, ac obseruantia, ad publicam communemue vtilitatem, tractatum, siue opus quoddam, cuius titulus est videlicet, Commissionum, siue rescriptorum Vtriusque Signaturæ ad causas ordinandas decidendasue praxis, siue tractatus pars prima, & pars secunda, composuerit, & in lucem edere, imprimere, seu imprimi facere intendat, sed vertatur ne huiusmodi opus ab alio, vel aliis postmodū absque eius licentia in maximum ipsius damnum, & præiudicium imprimatur. Nos itaque illius indemnitati consulere volentes, Motu simili, & ex certa nostra scientia, &c. eidem Ioanni Baptistæ, ne quis, tam in Italia, quàm extra Italiam opus prędictum hactenus non impressum, & per ipsum imprimendum per decem annos, post huiusmodi operis primam impressionem à quocunque vel quibuscūque, quouis quæsito colore causa, vel occasione sine ipsius Ioannis Baptistæ expressa inscriptis licētia, imprimere, vel imprimi facere, aut etiam ab alio, vel aliis, vbilibet impressum, vel imprimendum vendere, seu etiā venale habere, vel tenere possit, tam in eorum apotecis, quam alibi vbilibet, præterquam de voluntate, seu licentia ipsius Ioannis Baptistæ præfati, Apostolica authoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Ideoque vniuersis, & singulis, vtriusque sessus personis, ac præsertim Librorum Impressoribus, & Bibliopolis quibuscunque, tam in Italia, quàm extra Italiam in Terris S. R. E. mediate, vel immediate subiectis, constitutis sub excommunicationis maioris latæ sententiæ, necnon quingentorum ducatorum auri de Camera ac amissionis librorum fisco nostro etiam ipso facto applicandorum

dorum pœnis, si & quoties contrafactum fuerit, & per quemlibet contrauenientem etiam ipso iure, & ipso facto absque alia declaratione incurrendis inhibemus ne dicto decennio durante sine licentia, vt supra vendere, seu venale impressum habere, nec imprimi facere, aut alias quomodolibet, vt supra habere audeant. Mandantes vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, Episcopis eorumque Vicarijs, seu officialibus in spiritualibus generalibus, & in statu temporali S. R. E. etiá legatis, & vicelegatis Apostolicæ Sedis, & ipsius status Gubernatoribus, cæterisque iustitiæ ministris, vt quoties pro ipsius Ioannis Baptistæ parte fuerint requisiti, vel eorum alter fuerit requisitus eidem Ioanni Baptistæ efficacis defensionis præsidio assistentes præmissa ad omnem dicti Ioannis Baptistæ requisitionem contra inobedientes, & rebelles per censuras Ecclesiasticas etiam sæpius aggrauando, & per alia iuris remedia authoritate Apostolica exequantur, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit Brachij secularis auxilio. Sicque in primis ab omnibus censeri, & ita per quoscunque Iudices, & Commissarios tam ordinarios quàm delegatos iudicari debere sublata, &c. irritum &c. tam in Curia, & tota Italia quàm extra Italiam, & mandamus nulla ignorantiæ prætensione admissa. Et quia difficile admodum esset præsentem motum proprium ad quemlibet locum deferri. Volumus, & Apostolica authoritate decernimus ipsius trãsumptis, vel exemplis, etiam in ipsis operibus impressis plenã & eandem prorsus fidem vbique tam in iudicio quam extra haberi quæ præsenti originali haberetur, quodque præsentium sola Signatura fidem faciat in Iudicio, & extra regula contraria minime attenta, non obstantibus præmissis, ac Apostolicis prouincialibus, sinodalibus, constitutionibus, & ordinationibus specialibus, & generalibus, necnon etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis etiam supradictis, aue quibusuis alijs personis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam motu proprio, ac alias quomodoliber in contrarium concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, nõ autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma in hoc seruanda foret illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæteris que contrarijs quibuscunque.

Fiat Motu Proprio N.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum quartodecimo Kalend. Maij, Anno Primo.

DE COMMISSIONE RELAXATIONIS IVRAMENTI AD EFFECTVM AGENDI.

COMMISSIO I.

SVMMARIVM.

1 *Vramentum quid sit, & eius virtus.*

2 *Tria in se Iuramentum continere debet ad eius validitatem.*

3 *Veritas refertur ad iuramentum assertorium, Iudicium ad promissorium.*

4 *Deficiente in iuramento, veritate, iudicio, sine iustitia, potius erit Periurium.*

5 *Iuramentum inhonestum repugnat iustitiæ, & nocium inditio.*

6 *Duo in iuramento considerantur, vnum ex parte Dei, aliud ex parte hominis.*

7 *Pupilli quare à iuramento excludantur, & periurium non incurrant.*

8 *Iurandum est per Deum tantum, aliàs est idolatria, nec per elemen-*

ta iurari debet.

9 Iuramentum quare adinuentum sit.

10 Sacerdotibus, & magnis personis iurare non licet, & quia, quod declara vt ibi.

11 Iurare per Deum plus est, quam per Euangelium.

12 Iuramentum præfatur super omni scriptura, etiam non sacra, & num. 14.

13 Episcopi, Prælati Rom. Curiæ, ac Sacerdotes, iurant tacto pectore & non scripturis.

15 Iuramentum, & per diuersas gentes, & causas defertur.

16 Gentiles maximam iuramento reuerentiam habebant, de quo multa exempla.

17 Periuri tempore Romanorum deiiciebantur è saxo Tarpeio Aegyptij eos morte plectebant.

18 Prodigia multa euenerunt contra non seruantes iuramenta.

19 Periurium est mortale peccatum.

20 Periurium dicitur quatuor modis.

21 Periurium tertio prægindicans criminaliter punitur, secus si sit temerarium.

22 Periurium octo diuersis pœnis coercetur.
Intellectus l. iusiurandum. ff. de iur. iur.

23 Periurus de iure Canonico est infamis ipso iure, sed de iure Ciuili per sententiam.

24 Iuramenti multæ sunt species.

25 Iuramentum voluntarium duplex est, aliud assertorium, aliud promissorium, & num. 30.

26 Iuramentum assertorium respicit præteritum seu præsens, & promissorium futurum.

27 Iuramentum afferens animæ, vel salutis æternæ periculum, non est seruandum.

28 Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis.

29 Iuramentum præstitum contra libertatem Ecclesiæ non ligat.
Idem si contra superioris Ecclesiastici authoritatem.
Pariter si erit metu extortum.
Simile eius qui iudicialiter prodigus declaratus fuit.
Nec obligat mulierem, quæ in actis fœnicis perseuerare iurauerit.

31 Iuramentum præstitum contra bonos mores naturales non ligat, secus si ciuiles.

32 Iuramentum assertorium, & promissorium diuersas pariunt obligationes.

33 Iuramentum & votum de pari procedunt.

34 Iura-

34 *Iuramentum magis consideratur ab Ecclesia, quam votum.*
35 *Iuramentum promissorium relaxatur, sed non semper.*
36 *Iuramentum assertorium nunquam dispensatur.*
37 *Dispensatio in iuramento quomodo intelligatur.*
38 *Periurus in iuramento assertorio non incurrit infamiam.*
39 *Relaxatio iuramenti non debet absq; causa concedi.*
Declara vt ibi.
40 *Papa quando possit sine causa absoluere à iuramento, & quando non.*
41 *Differentia super dispensatione iuramenti, inter Papam, & Episcopum.*
42 *Legatus de latere relaxationem iuramenti, concedere potest.*
43 *Episcopus non subsistente causa iuramenti relaxationem concedere non debet.*
44 *Iuramento etiam dubio, nemo propria authoritate contrauenire valet et num. 46.*
45 *Iudex secularis in relaxando iuramento se intromittere non debet, sed ad Ecclesiasticum id remittere.*
Potest cogere tamen illud recipientem ad relaxandum.
Ac periurium incursum declarare.
Et cognoscere de nullitate, vel subreptione relaxationis.
47 *Iudex laicus, si viderit relaxationem iuramenti calumnioſe petitam ea non obstante impetrantem ad soluendum cogere valebit.*
48 *Relaxationem iuramenti petere laudabile est.*
49 *Iuramento tendenti in dispendium salutis æternæ, vel charitati debita gantipropria authoritate contrauenitur.*
50 *Iuramentum tendens directe ad homicidium, non est seruandum, secus si indirecte.*
51 *Iuramentum seruari non debet, quando illud seruare peccatum esset, exemplum pone vt ibi.*

CAPVT PRIMVM.

IVramentum est obligatio animæ alicuius ad aliquid asserendum, vel seruandum, Deo in testem vocato, vt dixit Card. in clem. 1. §. nos. q. 1. de iur. iuran. relictis innumeris aliis diffinitionibus, relatis per summ. Sylu. est. in verbo iuramentum. §. 1. & Per Bal. in l. iusiurandum. vers. primo quæro. ff. de iur. iuran. ac promissa confirmat Bal.

in Aut. sacramenta puberum.num. 16. C.si adu.vend. tantęque est efficaciæ,vt si de per se gesta non teneant, eius virtute eo modo,quo potest sustinenda sunt, adeo quod, si quis contrauenire præsumpserit,pœnas varias subibit,de quibus per Ang.in cons. 44.num.4.Cassan.in consuet.Burgund.fol.mihi 753.num.7.& 8.

2 ac fol.1362. vsque ad fol.1365.per tot. Auffrer.ad capp. Tholos. Decis. 17.& Tria ad eius validitatem in se continere debet,Primo veritatem,Secundo Iuditium, Tertio Iustitiam, Corn.cons. 71. num. 3.vol.3.Animaduertendum.22. q.2.c.etsi Christus.de iur.iuran.gloss. in Aut.quod eis.C.de nupt. Ruy. cons. 170.nu. 2. vol. 1. Curt.Iun.cons. 160.num. 9.Corn. cons.72. nu.6.vol.2. Dec. cons.51.num.3. & cons. 160. num. 5.Veritas respicit conscientiam,& ea quæ vere fieri possunt,& permittuntur, vt dixit tex. in c.homine. 22. q.9. ac etiam,vt id quod iuramento firmatur,falsum non sit,& tam de rei quam conscientiæ veritate intelligatur,vt puta,id quod iuratur,& sciat, & sciatur esse verũ, sed si iurans veritatem nesciat,vel credat,de credulitate,& non de scientia iuret nec simpliciter ita esse, idque multò minus si dubitatur,sum.Sylvest.in verbo iuramentum.§.2.num.5.Iuditiũ habet oculum ad discretionem, idest quod deliberate, & cum grano salis iuramentum præstetur,tam in modo iurandi, quam

3 in causa,in qua iuratur,Abb.in c.et si Christus.nu. 8.de iur. iur. Veritas autem refertur ad iuramentum assertorium, & Iuditiũ ad promissorum,sum.Syl.vbi supra,Iustitia intelligitur,vt quod iuratur iustum, æquumque sit, & ita ista tria declarat Franc. Marc. Decis. 122.num.6.par.2.præmissorumq; optimam ratio-

4 nem refert Foller.in Tract.de censib.vers. Nicolaus episcopus, num.71.nam si supradicta deficiunt, periurium potius,quam iuramentum erit dicendum,d.c.& si christus.vbi gloss.in verbo iustitia,& ibi Abb. Soci.Iun.in cons.20.num.35.vol.3.& cons.3.nu. 33. vol.2.Ruyn. cons.169.num. 20. vol. 1. Soci.cons. 24.num. 5. vol. 3.S. Hieron. super Hierem. vel sic dici potest, quod iuramẽtum ad tria comparatur,Primo Iuranti à quo procedit,& sic debetur sibi iudicium, Secundo ad rem de qua fit,& sic debetur sibi veritas,vt sit adæquatio sermonis, & rei,Tertio ad causam pro qua fit, & sic sibi pariter iustitia debita est, vt pro causa iusta fiat,S.Bonauent.3.dist.39.in litera & licet aliqua ex supradictis deficiente iuramentum reddatur illicitum, nihilominus si id super quo fuit appositum seruari potest tenet, & quamuis prędicta tria in totum,vel in parte in se non contineat,iuransque peccauerit,ac non rite iurauerit,tamen ad illius obseruantiam omnino tenetur,dummodo ad vitæ,vel animę interitum non tẽ-

dat,

dat, quia isto casu seruare non obligatur Aym. in cons. 139. nu.
5 9. cum aliis de quibus infra. Nam si iuramentum erit in honestũ
repugnat iustitiæ, si nociuum repugnat iudicio, S. Tho. 2. 2. q. 89.
6 art. 9. in corp. q. 15. Duoque in iuramento considerandum sunt,
vnum ex parte Dei, cuius testimonium inducitur, & quantum
ad hoc debetur iuramento maxima reuerentia, ic circo xiiij.
7 annorum minores, vti non habentes perfectæ rationis vsum, ab
eo excluduntur, quia ex reuerentia debitum iuramentum præ-
stare non valent, nec per consequens periurium incurrunt, Bal.
in l. qui iurasse. num. 1. ff. de iur. iur. c. ex literis el 2. de sponsal. c.
1. 4. q. 3. c. paruuli. 22. q. 5. aliud secundo considerandum est ex
parte hominis, cuius dictum iuramento firmatur, non enim indi
get dictum hominis confirmatione, nisi quia de eo dubitatur, S.
Tho. vbi supra art. 90. q. 9. & bene in diffinitione dicitur. Deo in
testem vocato, quia vt dixit S. Augustin. serm. 27. de verb. Apostl
8 Iacobi, Quid est per Deum nisi testis est Deus? & ideo per ipsum
solum iurandum est, non per elementa, iuxta dictum Exod. 23.
qui ergo iurat per cœlum, aut terram, aut quicquid aliud est, per
quod iurat deificat illud, propterea idolatrã se facit omnis, qui
per aliquod aliud, à Deo iurat, etiam si iurare liceret, quia non
reddit Domino Deo suo iuramenta sua, sed elementis, vt pariter
habetur in Matt. cap. 5. quo in loco Iesus inquit, Nolite iurare
omnino nec per cœlum nec per terram, super quibus verbis S.
Hieron. ait, Non prohibuit Christus iuramentum, quod per
Deum fit, sed quod per creaturas præstatur, & pariter in cap. si
quis per capillum 22. q. 1. accerrime reprehẽdit iurans per crea-
turam, & in Aut. vt non luxur. cont. natur. Iurans per capillos ca
pitis Dei, pœna vltimi supplicii reus est, ita etiam iurare per mẽ-
bra pudenda Christi, vel Gloriosissimæ Virginis Matris, est blas
phemia, Vgo de S. Vict. in lib. de fru. carn. & spir. c. 6. sic autem iu
rans dupliciter peccat, Primo quia iurat, secundo quia deificat,
per quem iurat. Iurabant autem Hebræi per cœlum, per terram
per caput, per altare, per Templum, per auram templi, per donũ
altaris, & alia vt Gen. c. 42. & legimus quod Ioseph. fratribus suis
per salutem Pharaonis iurauit, vt dixit Iodoc. Domaud. in coll.
com. opi. in Tract. enchir. Paruim in verbo iurare per Deum At
quando per Principis salutem, Personam filii iurari queat, & sic
de similibus, vide S. Tho. 2. 2. q. 9. art. 6. Couar. in 1. par. relect. 9.
1. q. 5. nu. 5. vers. illud autem iuramentum quod fit, supradictas
autem superstitiones grauiter arguit Saluator noster vt habe-
9 tur Matt. c. 23. Iuramentum vero propter infirmitatem homi-
num de facili dubitantium ad inuentum esse patet, quia, quando

quis non vult credere simpliciter verbo alicuius, ad fidem quen
dam permittitur iurare, c.ita.& c. non est peccatum.22.q. 1. sed
quando gesta iuramento confirmantur, ex parte hominis actum
est,quia dictum,seu promissum,de quo dubitatur iuramento val
latum fuit, & licet iuramenti verba secundum proprium intel-
lectum sint accipienda,c. ex literis.de sponsa. l. librorum. §.quod
autem Casius. ff.de leg.3.id tamen quo ad iudicium exterius in
telligitur,sed si in iudicio interiori animæ de illius intellectu tra
ctemus,est intelligẽdum secundum mentẽ,& sensum illius qui iu
rauit, c. qui peierare.6.ex iis.ibi,ex iis omnibus colligitur,quod
iuramenta secundũ intentionẽ præstantis,non recipientis iudicã
tur à Deo,c. 1.de iur.iur.in 6.q intellige vt dixi in foro interiori,
non exteriori,vnde Isidor.lib.2.de sum.hon.art. c.31. dixit,Arte
verborum quis iurat, Deus autem qui conscientiæ testis est, ita
hoc accipit,sicut ille cui iuratur,intelligit,c. quacunque.22.q.5.
10 Sacerdotibus vero,& magnis personis iurare non licet,quia de-
rogatur ipsorum dignitati,c.si quis presbyter.2.q.4.S.Tho. 2. 2.
q.90.art.10.quod declara in illis causis, quæ temporaliter offe-
runtur,at si à Populo presbyter accusaretur, vtique iuramento
se expurgare posset,cap.presbyter.cum c.seq.11. q.4.Hinc Pela-
gius Papa eius nomine Primus, dum de aliquibus criminibus
accusaretur,vidente populo crucem tangens, & Euangelium,iu
reiurando susceptо,se ab obiectis expurgauit, vt colligitur ex
Platina,in eiusdem Pelagii vita:& plus est per Deum iurare,
11 quàm per euangelium,id testante S. Augustо.ad Publicolam,at si
iurare in sanctis contingat, cum omni honestate faciendum est,
12 c. honestum.22.q.5.sed Pratica inoleuit & ita consuetudo, quod
iuramentum præstare sufficiat super quacunque scriptura, etiã
non sacra,vt late tradit Viui.in lib.1. comp.opin.opin.432. licet
in Episcopis,& sacerdotibus non requiratur aliquis scriptura-
13 rum tactus,c.fi.de iur. cal. Io. And. in c.vt circa.de elect.Abb.in
c.1.de Hæret.Auth.si iudex.C.de episc.& cler.Decis.7.de iur.iur.
in antiq.sed tantũ tactio pectoris, ratio est,quia pollui nõ de-
bent iuramento manus,per quas corpus, & sanguis Christi con-
ficitur,quod etiam ratione dignitatis,& præeminẽtiæ, hodie ser
14 uatur in aliis Romanæ Curiæ Prælatis,in causis tamen, in qui-
bus à iure expresse non cauetur, vt iuramenta præstentur tactis
euangeliis,c.ego N.de iur.iur. c.quoties.1.q.8.Couar.in 1. part.
relect.6.1.nu.3.Cæteri enim tactis scripturis, seu euangeliis , id
facere tenentur, iuxta facti qualitatem,nam euangelium tangen
do magis terrore afficiuntur,Deci s.1.nu.4. de iur.calum.in nou.
manuq. tangi debẽt,vt habetur Apocal.10.vidi stantẽ supra ma
re,& supra

re & supra terrã,& leuauit manus suas in cœlũ, & iurauit per viuentem in secula seculorũ, igitur cum manũ dicit, clare ostendit quod manu vel scripturæ, vel aliæ res sacræ sunt tangendæ, ita pariter dixit Bal. in rep. l. ius iurandum. vers. item si detuli. ff. de iur. iur. licet res sacras tangere necesse non sit, quia sufficit vt deus tantum in testem vocetur, Couar. in 1. par. relect. §. 1. q. 5. in princ. sed quando sacra sint tangenda ibidem ponit Couar.

15 num. 2. & 3. Ex diuersis causis iuramenta præstantur, vt puta per Imperatorem ad statum Orbis, per Regem ad statum Regni, Per Iudicem ad iustitiam conseruandam, per vassallum ad fidelitatem erga Dominum, per Notarium ad legalitatem officii, per militem pro sinceritate, iuramentum pacis ad eam tenendam, iuramẽtum declarantium ad litis decisionem, iuramentum pro missorium ad necessitatem, & robur præstationis, ac contractus confirmationem, vt dixit Bal. in d. l. iusiurandum. vers. de quæsta

16 quæstione principali. Maxima iuramento gentiliũ tempore reuerentia habita fuit: idq. ex Marci Attilii Reguli Romani magnanimo gestu comprobatur, qui cum Carthaginensium esset captiuus, & similiter vice versa Romani alios Carthaginenses detinerent, dimissus fuit, vt sibi consociis, ac pariter Carthaginensibus à Romanis detentis, libertatem procuraret, qui si eã impetrare non valeret, infra statutum tempus iureiurando se redditurum pollicitus fuit, & cum ex eadem̃et Marci Attilii oratione & suasu gratia Carthaginensibus esset denegata, licet ad crudelissimorum Tirranorum, & Hostium manus se redditurum sciret, ac ad dirissimam̃ mortem potius id facere elegit, quæ iuramenti vinculum violare, auctore Liuio lib. 8. & Val. Max. lib. 1. in cap. de serua. de quo etiã late meminit Alex. ab Alex. lib. 5. dier.

17 genial. c. 10. Preterea, Teste eodem Liuio, Romani de saxo Tarpeio periuros deiicie bant; Anchar. q. 14. nu. 17. lib. 2. & Aegiptii iuramenta non seruantes, capitali plectendos pœna condemnabant, Diod. Sicul. lib. 2. rer. antiqu. c. 3. & lib. 2. Bibliot. in fi. & licet sacras paginas multa eorum, qui iuramenta uon seruarunt exempla ponentes aspiciam, tamen & olim male fecerunt, & hodie faciunt Iosue. 9. Iuranimus eis in nomine Domini Dei Israel ic circo non possumus eos contingere, ne cõtra nos ira Dei concitetur. Hinc legimus, quod Aegesilaus videns sibi à Thirapherne pactas inducias, iuramẽtoq. vallatas non seruari per tres mẽses Nuncios misit illi gratias agentes, qui periurio vsus, in se Deorum iram concitarit. Et Cicero pro Quinto Roscio dixit, non enim ex pactione verborum, quibus iusiurandum comprehenditur, sed ex perfidia, & malitia, per quam insidiæ tenduntur alicui

Dii immortales hominibus iraſci, & ſuccenſere conſueuerunt. Videmus præterea ex hoc ſterilitatem terræ, famem, affictionem Populorum, & deuaſtationes ciuitatum accidiſſe, vt habetur lib.
18 1. Reg. c. 2. & c. 4. ac Leuit. 1. cap. 5. legitur enim Picentes, Marſos, & alios Populos contra iuramentum pacis & legatos & multos occidiſſe Romanos, tamq; indignum facinus ita acre Animalibus viſum fuit, vt ea, quæ domeſtica erant, relictis paſcuis & ſtabulis, & ad montes fugerunt, & met Canes lachrimoſis vllulatibus Lupos immitabãtur, Oroſ. lib. 5. c. 18. Iſtaque de cauſa Barbarorum regna ſciſſa fuerunt, quia ad hominum fraudem iuramentis vtebantur. Nam ſi à Catholica fide alieni tantum honoris iuramento deferebant, quid nos facere debemus, qui Deum in teſtem vocamus, cuius præcioſo ſanguine redempti ſumus? ſtudeamus igitur ſi non verba, ſaltem iuramenta ſeruare, quia ſecus faciendo mortale peccatum incurrimus, cum Periurium
19 ſit mortale peccatum, Archid. in c. homines. 22. q. 1. Abb. in cap. ſi vero. num. 10. de iur. iur. Tum quia aduerſatur præcepto primæ tabulæ non periurabis in nomine meo, iuxta Leuit xix. & Exod. xx. non aſſumes nomen Dei tui in vanum. Tum etiam quia importat deſpectum, & irreuerentiam Dei, quia cũ ſit in teſtem vocatus dum periurium committitur, datur intelligi, vel quod Deus non cognoſcat veritatem, vel quod in eo in quo Deus eſt in teſtem vocatus, falſum teſtificare vellit, & periurando Dei nomen abnegare videtur, vt ipſe dixit per Ezechielẽ Prophetam c. 17. Viuò ego quoniam iuramẽtum, quod ſpreuit, & fœdus, quod prœuaricatus eſt, ponam ſuper caput eius, & expandam rete meã ſuper eum, & comprehendetur in ſagena meã, & adducam in Babilonem, & iudicabo eum in prœuaricatione, qua deſpexit me, & omnes profugi eius, cum omni ſanguine ſuo gladio cadent, vt latius dixit Foller. in tract. de cenſib. in verbo Nicolaus epiſcopus, num. 75. & ſeq. Nam citare Deum in teſtem falſi, charitati eius contrarium eſt, quia ipſius veritati atrociſsima fit iniuria, quæ abſque mortali peccato contingere non poteſt, S. Tho. 2. 2. q. 98. art. 3. Couar. lib. 1. var. reſ. c. 1. num. 2. et ſi ſimplex mendacium eſt peccatum. c. 1. 12. q. 2. multo fortius mendacium non ſimplex cum diuini numinis inuocatione contingens, abſque mortali peccato dici non poterit, ſi quidem Periurium eſt transgreſsio præcepti primę tabulæ, & illud committendo honori, ac reuerẽtiæ Dei optimi Maximi detrahitur, cui iniuria fit, quæ omnibus aliis, quibus proximus offenditur maior eſt, Couar. in 1. part. relect. 5. ſeptimo, num. 5. & huius criminis grauitatem per duodecim rationes S. Thom. in tract. 9. part. 2. c. 4. adducit, per quas illud

illud est potissime obseruandum, quod periurium funditus euertit humana commercia, cum omnium humanarum actionum sit missimum stabilimentum, sit dictorum, & conuentorum fides, quæ simpliciter violata; maximum damnum infert, quanto magis idem continget si iuramento firmata violentur? sed ad propositam materiam redeundo. Quatuor modis dicitur Periurium, Primo Mendacium iuramento firmatum, Bal. in l. fi. nu. 2. ff. de reb. cred. Boer. decis. 105. nu. 1. Iul. Clar. in pract. crim. in §. periurium in princ. & est pœna legalis, Felin. in c. 1. nu. 3. de iur. iur. sec. dicitur falsa iuratio, quæ tripliciter esse potest. Primo, quãdo est falsitas ex parte iurantis, quod accidit quando falsum iuratur id, quod verũ esse creditur, secũdo ex eadẽ iurantis parte, quando quis iurat verũ, quod credit esse falsum, tertio ex parte vtriusq; quãdo iunctis supradictis duobus mẽbris, quis iurat verũ, quod falsum est & falsum putat, & in istis supradictis duobus membris adaptatur supra positum, quod periurium sit mendacium iuramento firmatum. Tertio Principaliter consideratur periurium ex iuramenti transgressione, & isto casu si iuramentum, quod transgreditur sit illicitũ, vt clarius infra patebit, nullo modo erit seruandum, quia tunc nõ incurritur periurium, sed si fuerit licitum, violãdum non est, quia (vt supra dixi) contraue niendo incurritur periurium, quod est mortale peccatum. Quarto modo consideratur vti ratio indiscreta; & isto casu erit peccatum veniale, sec. Goffred. distin. 25. §. criminis, dummodo non fiat ex proposito, Aften. in sum. in tit. de periur. tit. 19. lib. 1. cap. 1. & sic in isto quarto, & vltimo capite dicemus, quod quãdo tangit tertii præiudicium, criminaliter punitur, sed quando est temerarium, nec tertium lædit, solum Deum habet vltorem, & ita intelligi debet tex. in l. iusiurandi. C. de re. cred. & iur. iur. Couar. in 1. part. relect. 6. 7. n. 2. Rom. consil. 512. & quibus pœnis de iure canonico puniatur, ponit Couar. ibidem nu. 3. vltra alias octo relatas per Bal. in d. l. iusiurandi sec. facti diuersitatem quẽ ex te videas, tãtũq; ius Canonicũ illud abhorret, quod ipso iure periurum infamem reddit, c. infamis, & c. illi. 6. q. 1. Innocen. & Imol. in c. testimonium, de test. Franc. Turzan. in lib. com. opin. concl. 5. licet ius ciuile secus disponat, quod per sententiam declarari debeat, Franc. Viui. in lib. comm. opin. c. 1. nu. 2. Turzan. vbi supra. Multæ sunt iuramenti species. Pura, veritatis, de quo per Innoc. in c. literas, de iura calu. credulitatis quando positionibus respondetur perverbum credit, vel non credit, de quo per Marant. de ord. iudic. vers. aliquando petitur compromissum, nu. 10. Aliud iuramentum in litem, quando tutor non vult edere librum

20 21 22 23 24

re librum, seu inuentarium non confecit, aut mandatis iudicis non obtẽperauit, de quo per Bar. in l. sed loci. §. sed si. ff. fin. reg. & tot. tit. C. de in lit. iur. Aliud est iuramentum in defectum plenæ probationis, de quo per scrib. in l. admonendi. ff. de iur. iur. vlterius voluntarium, quod præstatur absque mandato iudicis, puta in furto, & damnum passo, de quo per Bald. & Alexan. in l. ait prætor. vbi etiam Rom. & in l. non erit. §. si neque. ff. de iudi. est præterea iudiciale, quod præstatur corã iudice, de quo DD. in d. l. iusiurandum, & illud quod actui cõiungitur, sine quo actus subsistere non potest, de quo per Spec. in titul. de iur. delato, & per Bal. in l. ea potest. §. fin. ff. de iur. iur. & multas alias species refert. Spec. in tit. de iur. calum. §. 1. & seq. Sed breuius rem perstringendo, tres tantum species recensẽt glo. in l. 1. in verb. specialiter, vbi Bal. nu. 5. C. de reb. cred. Primam necessariam vocauit, quando stante semiplena probatione datur iuramentum in supplementũ; quod iudicis arbitrio repositum est, Bal. in l. comparationes. in fin. ff. de fid. instr. l. tu magis. C. de test. Secundam speciem illam dixit si à parte parti deferatur, quando vt dicitur fit partium, vt iuret vel referat, & supradicta duo iuramenta finem litibus imponunt, l. 1. ff. de reb. cred. l. fin. C. eod. titul. nec tractantur, nisi per iura nouiter rẽperta. d. l. fi. Abb. in c. fin. a nu. 6. vsque ad 10. de iur. iur. Sed quia de supradictis speciebus loqui non est tractatus nostri intentio, de eis verba amplius non faciam, tamen & recensendas, & sicco vt dicam pede, pertrãseundas duxi. Tertium iuramentum voluntarium, siue extra iudi-
25 ciale appellarunt, vti ex voluntate, siue partium consensu procedens, quod subdiuiditur in duobus. Aliud erit assertorium, quando contrahentes rem tanti valere, seu ita gestam, vel se habere asserunt. Abb. in c. si vero. nu. 9. de iur. iur. Aliud, & secundũ est supra legis authoritatem, quod obligatorium vocarunt, quãdo inter partes contrahendo, vel aliàs gesta iuramento vallan-
26 tur, c. cum contingat. de iur. iur. Curt. Iun. consil. 8. nu. 17. & conf. 28. & conf. 95. nu. 9. vol. 2. Differentia vero est inter iuramentũ promissoriũ, & assertorium, quia iuramentum assertorium respicit præteritum, & promissorium futurum. S. Thom. 2. 2. q. 89. art. 9. Nauar. in suo Manual. Confess. ad secundum præceptum c. 12. nu. 3. tamen si seruando iuramentum animæ periculum in-
27 ferretur, vel esset contra salutem æternam attendi non deberet, c. innocens. 22. q. 4. Abb. in c. quanto. nu. 8. de iur. iur. Borgn. Cauale. decis. 9. nu. 7. & 8. Affl. decis. 20. num. 1. Matthæsil. sing. 54.
29 Rol. à Val. consil. 56. nu. 2. vol. 1. Ratio est in promptu, quia iuramentum nõ debet esse vinculum iniquitatis, c. si vero. de iur. iur.

Anchar.

Anchar. conſ. 180, col. fin. Socy. Iun. conſ. 20. num. 34. & conſ. 24. num. 21. & conſ. 46. & 46. nu. 26. vol. 3. Affl. deciſ. 322. nu. 9. idemque erit, ſi appoſitum apparebit contra vtilitatem Eccleſiæ, vel ſuperioris Eccleſiaſtici authoritatem, aut vi, vel metu extortũ, quia tunc non ligat. c. quod contra mores. diſt. 8. c. qui reſiſtit. 11 q. 3. Abb. in c. ſi quis. nu. 7. de reb. eccl. non alien. & in c. ſignificaſti. nu. 7. d. eo qui dux. in vxo. quam poll. adult. Immo potius dicitur periurium: Abb. in c. 1. nu. 9. de his quæ fi. à mai. par. cap. Si mileque diſpoſitum reperitur in iuramento illius, qui iudicialiter fuerit prodigus declaratus, Feder. de Sen. in conſil. 31. nu. 2. & 3. ac etiam in muliere, quæ in actis, & conuerſationibus ſcæni cis perſeuerare iurauerit, quia non obſtante iuramento deficere poterit, Azo. in ſum. C. ſi adu. vendit. nu. 4. Auth. quod. & C. de nupt. Pariterque cenſendum erit de iuramento interpoſito contra bonos mores naturales, ideſt quod retrahat nos à via recta, & optimo modo viuendi, & ita ſec. Franc. Curt. in conſil. 66. nu. 6. debet intelligi, tex. in c. non eſt obligatorium. de reg. iur. in 6. nam reincidit in idem quod tradit Alex. in conſil. 57. nu. 17. vol. 2. & ratio eſt, quia in multis cauſis, vt plurimum iuramentum, contra leges præſtitum, & ſic contra bonos mores ciuiles tenet, c. cum contingat. & c. debitores. vbi Canon de iur. iur. & non omne iuramentum contra legem præſtitum dici debet contra bonos mores ciuiles, quia quælibet lex id concernens ſeruanda eſt, & licet iuramentum appoſitum in contractu à iure reprobatu, non teneat quoad validitatem contractus tamen iuramentum ſeruare debet, Rot. deciſ. 6. aliàs 42. de iur. iur. in antiq. & 18. nu. 3. de reſtit. ſpoliat. in nou. late Couar. in initio 2. partis relect. à nu. 1. vſque ad finem, ſed ad rem redeundo, duplex in propoſito noſtro iuramentum eſſe dicebam, Aliud Aſſertorium, Aliud Promiſſorum, & ſicut iuramentum aſſertorium, quod vt dixi reſpicit præteritum, vel præſens, debet habere veritatem, ita etiã & iuramentum promiſſorium, quod eſt de iis, quę à nobis in futurum fienda ſunt, S. Tho. 2. 2. q. 8. artic. 6. in corp. & vtrunq; iuramentum habet quandam obligationem, diuerſimode tamen, quia in iuramento, quod eſt de præterito, vel preſenti, obligatio eſt, nõ reſpectu rei, quę iam fuit, vel eſt, ſed reſpectui ipſius actus iuramenti, vt ſcilicet iurent id, quod iam verum fuit, vel eſt: & ideo contra tale iuramentum partes venire non poſſunt, nec ſimulationem allegare, aut aliter rem actam dicere, Anton. Maſ. Gall. ad oblig. in for. Cam. par. 6. q. 1. num. 6. cum late add. At in iuramento, quod præſtatur de iis, quæ ſunt fienda à nobis, obligatio cadit è contra, & ſuper re, de qua quis iuramento affirmauit, &

uit, & ista obligatio causatur ex aliquo diuino, vt ex reuerentia, quam Deo debemus, ex qua id quod per nomen eius promissi-
33 mus verificare tenemur, Idéo sec. Canon. de pari procedunt iuramentum, & votum Abb. in c. si vero num. 2. & in c. debitores, & in c. 1. de iur. iur. Gemin. consil. 60. col. 3. licet Abb. inibi dicat,
34 quod Ecclesia facit maiorem vim in iuramento, quam in voto, cum iuramentum frequentius fiat, & in eo maius periculum deierandi consistat, eodem modo quis peccat in iuramento assertorio, quam in promissorio, & patet, quia in vtroque pari modo Deus in testem vocatur, & sic, aut deieret super præterito, præsenti, vel futuro non est species distinguenda, Caiet. 2. 2. q. 89. artic. 1. Couar. in 1. par. relect. 6. 1. num. 2. qui inibi subdit, quod verũ iurare, & falsum iurare ad iuramentum assertorium pertinet, sed fideliter iurare, & deierare ad iuramentum promissorium. Relaxatio in iuramẽto promissorio aliquãdo conceditur, seu sit per ipso dispensari potest, sed non semper, ne iuramenta, quæ ser-
35 uanda sunt reddantur illusoria. l. 1. C. si adu. vend. & idéo, sicut Imperator in Aut. sacramenta Puberum. C. eod. tit. mandat inuiolabiliter iuramenta seruari, ita etiam Ecclesia id facere de-
36 bet, & non ex causa, seu colore cuiusvis lesionis illa relaxare, sed in iuramento assertorio nunquam conceditur relaxatio, de quo per Moder. Senens. in tract. de priuil. iur. priuil. 52. num. 2. & seq. Franc. Aret. consil. 74. num. 7. quia secundum S. Thomam vbi su-
37 pra. art. pen. necessitas dispensationis tam in voto, quam in iuramẽto est, propter hoc, quia id, quod in se, vel vniuersaliter cõsiderandum est vtile, & honestum, secundum aliquem particularem euentum potest esse nociuum, vel inhonestum, quod non potest cadere sub voto, neque sub iuramento, quod autem aliquid sit inhonestum, vel nociuum repugnat iis, quæ debent attendi in iuramento, nam si inhonestum repugnat iustitiæ, si nociuum repugnat iudicio, & ideo pari ratione etiam in iuramento dispensari potest, non tamen se extendit dispensatio ad hoc, vt aliquid contra iuramentum fiat, quia non potest, sicut non potest dispensari in iuramento assertorio, vt quis iuret contra veritatem, ad hoc autem se relaxatio extendit, vt quod sub iuramento cadebat, sub iuramento non cadat, quasi non existens debita materia iuramenti, sed materia iuramenti assertorii, quod vt dixi est de præterito, vel præsenti, in quandam necessitatem iam transiuit, & immutabilis facta est, ideo dispensatio non refertur ad materiam, sed ad ipsum actum iuramenti, vnde talis dispensatio dicte est contra præceptum diuinum, sed materia iuramenti promissorii, est aliquid futurum, quod variari potest, quia in aliquo

euentu potest esse illicitum, seu nocium, vel minus bonum, & per consequens non esset bona materia iuramenti & precepto diuino cõtrariaret. Innoc. in c. venerabilem. nu. 5. de elect. Thab. in verbo iurare. §. 18. & propterea, aut petitur relaxatio iuramẽti assertorii de presenti, & non est cõcedenda, neque potest, Aut. de preterito, & tunc si est verum non est relaxandum, aut est falsum, & tunc cum iam sit periurium incursum, non potest relaxari neque per relaxationem euitari, Bal. in Rep. l. iusiurandum. col. 28. vers. preterea iuramentũ. ff. de iur. iur. vbi ponit an & quã
38 do isto casu sit audiendus, & multas conuenerat distinctiones quas per te videas. In hoc autem proposito scias quod periurus in iuramento assertorio non incurrit infamiam, Bar. & Bal. in l. Lutius. ff. de his qui not. inf. Canon. in c. testimonium. de test. Fol
39 ler. in Tract. de censibus, in verbo Nicolaus episcopus, nu. 84. & idem tenuit. Corn. consi. 214. n. 16. vol. 2. Quando autem iuramẽtum est licitum, tunc non debet relaxari sine causa, pro quo notandum est, quod aut est licitum ex parte solius iurantis, aut est turpitudo ex parte recipientis, puta quia adest metus, vt in c. 1. de iur. iuran. & tunc vt inibi ait. tex. Episcopus poterit dispensare, & idem erit in eo, qui iurauit soluere vsuras, in quo adest turpitudo ex parte recipientis, ne ipsius anima periclitetur, Grau. consi. 152. nu. 15. Corn. consi. 293. vol. 3. nec citatione partis opus videtur seu recipientem cogere ad relaxandum, si vero iuramentum ex vtraq; parte licitum est, tunc. sec. Abb. in d. cap.
40 quanto. eod. tit. distingui debet, nam aut iuramentum fuit prestitum in materia spectante principaliter ad Papam, quando Canonici iurant statutum de non recipiendo Canonicos vltra præfinitum numerum, & similia, tunc Papa potest sine causa absoluere, quia in talibus iuramentis semper intelligitur auctoritas eius & reseruata, & excepta, vt latius Deo dante infra dicam cap. 3. Aut fuit præstitum in alia materia, & tunc, aut est ad honorem Dei principaliter, & nemo sine causa nisi solus Deus dispensare potest, nec Papa remittere pariter sine causa hanc obligationem Deo quæsitam, c. si manet. 2. q. 4. Aut adest iusta causa & tunc non solum Papę, sed etiam Episcopo concessum constat in eo, quod sibi permissum est, ac etiam interpretari quando dubium esset & declarare. Innoc. in d. c. debitores. Ant. de Butr. in
41 d. c. quanto. Abb. in c. cum cõtingat. de iur. iur. sed inter Papã & Episcopum differentia apparet vt dicã cap. seq. nu. 29. & seq. quia Papa id potest in vniuerso mundo, Episcopus autem limitate in sua Diœcesi, neque alius citra Episcopũ, neque auctoritatẽ à Papa non habens facere potest, quin absque peccato iuramen-

to

to contraueniatur, licet secus sit de peccato præterito c. 1. de
vot. Thab. in verbo iurare. §. 20. hoc etiam te non lateat, quod si
42 aliquo casu Sedi Apostolicæ sit reseruata relaxatio iuramenti,
Legato de latere denegata non censetur, Paris. cons. 28. nu. 42.
vol. 4. ratio est quia relaxatio est leuis, & in leuibus reseruata
Papæ non censentur legato denegata, Gemin. in c. 1. col. 2. vers.
quero an legatus de excess. prel. Paris. vbi supra num. 43. Quæ au-
tem sit causa legitima dispensandi, seu absoluendi in iuramen-
to quod pertinet ad honorem Dei poterit dici, vt scandalum
euitetur. gloss. in c. quanto. de iur. iur. & aliæ iustæ causæ erunt,
de quibus in c. nos sanctorum. 25. q. 6. quod relaxans considera-
re debet. Si vero materia, in qua est præstitum iuramentum
non pertinet ad Papam, nec ad honorem Dei, sed ad commo-
dum hominis, ex causa & relaxatio, & interdum absolutio con-
cedi poterit, dict. cap. quanto. & cap. 1. de vot. idemque erit de
43 Episcopo in sua diœcesi, qui in omnibus iuramentis sine causa
relaxationem concedere nec debet, nec valet. Alex. cons. 222.
vers. & in obligatione qui plures congerit, vol. 2. & quando du-
44 bium est, an iuramentum sit obligatorium, tunc nemo sine autho
ritate superioris contranenire potest, Innoc. in c. cum quidam
45 de iur. iur. Menoch. cons. 24. num. 25. lib. 1. nec eo casu Princeps
laicus, seu iudex secularis se intromittere, sed ad Ecclesiasticū
debet remittere, Panor. in c. cum contingat. de iur. iur. quia iu-
ramentum habet in se spiritualitatem, Fely. in c. 1. nu. 21. de iur.
iur. Abb. in c. significantibus. in 1. not. de for. comp. & sic laici
se ingerere non possunt, quia eorum munus non est, nec iuramē-
tum remittere, nec super eo dispensare, sed Romani Pontificis,
& Ecclesiastici, c. venerabilem. de elect. cap. nouit. de iudi. Alex.
cons. 38. nu. 7. vol. 3. licet laici compellere turpiter recipientem
ad iuramentum relaxandum, valeant. Fed. de Sen. cons. 272. Co-
uar. lib. 1. var. res. c. 4. nu. 5. Rom. sing. 482. Fely. in c. 1. nu. 22. de
iure iur. Afflic. Decis. 263. Guid. pap. cons. 209. in fin. nam sicut
potest ad seruandam licitum, cogere, ita etiam & ad illicitum re-
laxandum, ac etiam periurium incursum declarare, at si Iu-
dex laicus auderet relaxationem impartire, totum esset nul-
lum, vti factum à non habente authoritatem. Paris. cons. 120.
nu. 21. vol. 4. c. Prudentia. de off. deleg. Lud. Rom. in l. si ex falso
C. de transact. & pariter iudici laico de nullitatibus, & subre-
ptionibus relaxationis cognoscere permissū est à iure. Paris. cōs.
43. nu. 2. vol. 1. Anchar. cons. 382. Fely. in c. cum sit. col. 5. de for.
comp. Marant. de ord. iud. part. 4. dist. 11. nu. 68. Immo si viderit
46 relaxationem calumniosè petitam, & ad solutionem effugien-

dam

dam, impetrantem ad soluendum cogere valebit, & eo maxime, si terminus lapsus fuerit. Paris. d. cons. 43. nu. 22. quia cum male eam petierit, impetranti prodesse nō potest, nec debet, Paris. cōs. 44. nu. 1. vol. 1. & petere, & nulliter petere relaxationem par est. l. 1. vbi glo. in verbo eatenus. vbi Iaſ. nu. 18. ff. de no. op. nūc. Quando autem iudex laicus relaxationi concessę obedire non teneatur, seu de subreptione cognoscere, vide Paris. cons. 96. nu. 93. & seq. vol. 1. Anchar. cons. 382. Fely. in d. c. cū sit. Rol. a val. cons. 34. num. 11. vol. 1. Cepoll. caut. 112. incip. in multis contra-
47 ctibus. Soci. cons. 83. num. 16. vol. 4. Marſ. sing. 367. Quando vero non est dubiū, & quod non obligat, tunc si seruari potest absq; dispendio salutis æternæ, propter Sacramenti reuerentiam debet relaxatio peti, & licet id ab aliquibus non putetur necessa-
48 rium, tamen laudabiliſsimum est, Cagn. in rep. l. 2. num. 98. C. de resc. vend. saltem ad effectum vt infamia facti ex incurrendo periurio euitetur, Oldr. cons. 93. num. 12. vers. nam & vbi c. ex diligenti. de symon. c. peruenit. c. quanto. & c. cum quidam. de iur. iur. c. venerabilem. vbi DD. de elect. & Abb. in d. c. cum quidam. nu. 6. dicit id verum esse, non quantum ad necessitatem, sed solum ne notetur de transgressione iuramenti ratione scandali, &
49 ita omnes summiſte in verbo iuramentum tenēt. Si vero sit in dispendium salutis ęternæ, vt quia derogat charitati, & eius perfectioni, vel disponentibus ad illam, potest homo propria authoritate contrauenire, Innoc. in c. venerabilem. num. 5. de elect. consonat autem S. Tho. 2. 2. q. 89. art. 9. ad 3. dicens, quod in dubio relaxatio est petienda. At quando iuramentum manifeste repugnat iustitiæ, vt quia iuratum illicitum est, puta homicidium, vel impeditiuum maioris boni, exempli gratia non intrare religionem, non est opus dispensatione, sed in primo casu de homicidio non tenetur quis seruare iuramentum, in secundo seruare potest & non seruare, Sylu. in verbo iuramentum. §. 5. Innoc. in c. venerabilem. nu. 1. de elect. c. 1. 22. q. 4. & quod dixi de iuramen-
50 to illius, quod ad homicidium, seu ad mortem tendit, intellige directe, quando quis simpliciter iurauit facere homicidium, secus si occasionaliter, iuxta exemplum relatum per Abb. in c. si vero. num. 2. de iur. iur. In vltramontano, qui in Vrbe Roma de mense Augusti moram trahere iurauit, vbi secundum eum adest mala aeris temperies, nam tunc iuramentum seruare tenetur, quia occasionaliter solet accidere mors, & licet aliqui moriantur ob malam aeris temperiem, per consequens non omnes, & sic ad mortem directe iuramentum non tēdit, & si Abb. ibi loquitur quod in vrbe corruptus aer sit de mense Augusti, nescio,

sub

Nec relaxatione iuramenti indiget.

20 *Legis auxilio caret, qui in legem committit.*

21 *Maleficium Beneficium excludit.*

22 *Periurus de iure audiri non debet.*

Ex Signatura S. D. N. & ex gratia, multoties ei absolutio cõceditur,

23 *Contractus licet nullus virtute iuramenti, eo modo, quo potest, sustinetur.*

24 *Iuramentum etiam extraiudiciale, impedit inchoare processum.*

25 *Iuramentum non validat contractum, nisi quo ad remedium rescissium.*

26 *Relaxatio iuramenti in rebus dubijs, & magnarum personarum solum a Papa est petenda.*

27 *Episcopi ex probabili causa relaxationem concedere possunt.*

28 *Relaxatio iuramenti datur ad effectum euitandi periurium.*

29 *Papa iuramenti, & voti obstaculum in totum tollere potest, & episcopi & cæteri non.*

30 *Relaxatio iuramenti petentibus tantum conceditur.*

31 *Episcopi in earum diœcesibus, si dubium sit an iuramẽtum sit proficuũ vel nociuum, relaxationem concedere valent.*

32 *Relaxatio iuramenti quando illud est licitum denegatur.*

Et solum ad Papam pertinet, quod declara vt ibi.

33 *Relaxatio iuramenti ad effectum agendi passim in Romana curia datur per D. Locũtenentem Illustrissimi & Reuerendissimi Cardinalis Papæ Vicarij.*

Quare absque partis citatione.

34 *Iudex laicus curare debet vt iuramenta seruentur.*

35 *Relaxatio iuramenti est impetranda, antequã cedat dies solutionis, quia ex elapso, nec Locumtenens Illustrissimi Vicarij Papæ, neque episcopi illam concedere queunt, sed solus Papa, & nu. 42.*

36 *Relaxatio iuramenti impetrata, non facta mentione lapsus termini ad soluendum est nulla.*

37 *Bannitus si durante tempore ad soluendum bona eius confiscantur non efficitur periurus.*

38 *Dies interpellat pro homine.*

39 *Dolus contra non seruantem promissa arguitur.*

40 *Episcopi incurso periurio nec absoluere a iuramento, nec illud relaxare possunt.*

41 *Periurio incurso, Absolutio, non relaxatio iuramenti dicitur.*

43 *Episcopi ad effectum agendi tantum relaxationem concedere possunt, in reliquis solus Papa, & debent ante relaxationem causæ cognitionem adhibere.*

44 *Iuramento vilipendium affertur, si ex abrupto relaxatio conceditur.*

45 *Læsiograuis, & non leuis debet adesse, quando iuramentum relaxatur.*
46 *Relaxatio iuramenti concessa absque causæ cognitione est nulla.*
47 *Episcopus potest esse Iudex in causa, in qua relaxationem concessit.*
48 *Inferiores ab Episcopis relaxationem iuramenti non concedunt.*
49 *Auctoritas Ecclesiæ semper in relaxatione iuramenti est requirenda.*
50 *Ordo iudiciarius in concessione relaxationis iuramenti non est seruandus.*
51 *Bigamus iuramenti relaxationem concedere non potest.*
52 *Vicarius episcopi laicus relaxandi iuramenta auctoritate caret.*
53 *Relaxatio iuramenti, tam actiue, quam passiue denegatur Hæreticis, & Hebræis.*
54 *Hæretici & Iudæi non sunt de sacro ouili.*

CAP. II.

1 ABsolutio secundum Io. Gerson. par. 4. quadruplex est, quædã sacramentalis in foro conscientiæ, quædam iurisdictionalis in foro Ecclesiæ, quædam satisfactoria, quædam deprecatoria. Nos autem secundum logicos procedendo, eam bimembrem fa-
2 ciamus, & primam appellemus pœnitentialem, quæ fit in foro pœnitentiali, secundam iudicialem, quæ fit in foro iudiciali. Prima autem est dignior, quamuis maior solemnitas requiratur in secunda; eo quod non solum oportet, quod Deo satisfiat, sed etiã homini. S. Tho. 4. dist. q. 18. art. 2. 2. q. 1. quæstiuncula ad primũ
3 argumentum, & prima respicit ordinem, secunda iurisdictionẽ. Absolutio quæ fit in foro iudiciali adhuc duplex est, quædam est
4 absolutio ab excommunicatione, de qua omnes summistæ tractant in verbo absolutio ab excommunicatione. Altera est absolutio à iuramento, quæ quatenus in totum iuramenti obstaculũ
5 tollat, proprie absolutio dici debet, & plenaria. Rip. in Rub. de tra. iudi. nu. 29. quatenus vero ad effectũ agendi tale nomen
6 sibi non competit, quia potius est dicenda relaxatio iuramenti, seu habilitatio ad effectum agendi, iuxta notata per sum. Sylu. in verbo iuramentum quintum, in princ. quod variis pariter ra-
7 tionibus comprobatur. Quia absolutio idem est, quod impedimenti remotio, seu vinculi ruptio, sec. Io. de Thab. in summ. in verbo absolutio 1. in princ. quę (vt ibi asserit) requirit in remouente auctoritatem supra tale vinculum; sed quando aliquis ha-
8 bilitatur ad effectum agendi iuramẽtum non tollitur; igitur ita appellari nõ debet. Rursus, Absolutio est totalis liberatio à negotio de quo tractatur, puta absolutio ab homicidio, excõmunicatione, & similibus, super quibus absolutus nec possit, nec ãplius molestari

moleſtari debeat. Abb. in c. de his. num. 7. de accuſat. & in c. examinata. num. 10. & 22. de Indic. c. beneficium. de regul. in 6. c. au diuimus. vbi Glo. in verbo abſoluendo. 24. q. 1. c. graui. vbi Glo.
9 in verbo abſolui. de cenſib. c. ſi diligenti. vbi Glo. in verbo abſoluimus. de ſimon. & proprie abſolutio dicitur, quando in totum iuramentum tollitur; & hanc opinionem communem aſſerunt Io. de Ami. conſ. 37. & Mant. conſ. 251. num. 1. ita quod diffinitiue liberatus ſit. Abb. in d. c. examinata. num. 10. at quando rela-
10 xatur ad effectum agendi non tollitur iuramentum, quia ſi habilitatus ſuccumbat eodem modo quo erat ante habilitationē remanet ligatus. Abb. in c. 1. num. 12. & in c. cum contingat. nu. 9. de iur. iur. Feli. in c. ad reprimendum. §. 1. num. 2. verſ. nec obſtat. de off. ord. Bal. in l. hæc ſcriptura. per tot. ff. de cond. & demonſtr. l. ſi quis acceptum tulerit. ff. de cond. ob cauſ. l. ſed reuocata. ff. de iur. fiſ. Aym. conſ. 7. num. 7. Menoch. conſ. 24. num. 18. vol. 1. Non enim relaxatio ei quicquam prodeſt, præterquam ad effectum agendi, vt dixit Couar. var. reſ. lib. 1. c. 4. num. 7. ſub cēſ. quod ſi
11 fuerit cōtra inſtrumentū pronunciatum, tutius erit denuo abſolutionem à iuramento petere, quia prima relaxatio fuit tantum ad effectum agendi conceſſa, licet neceſſaria non ſit. Feli. in c. 1. col. pen. de iur. iur. Cum igitur non remoueatur in totum iuramenti obſtaculum, abſolutio non erit dicenda; quia intentio habilitantis fuit ad finem agendi tantum limitata, igitur ſi eam obtinēs lęſus interim apparebit, ſecundum iuris diſpoſitionem ſuæ indemnitati prouidebitur, ſi vero ſuccumbat, reuiuiſcit iuramentum, & ad primum ſuum robur reddit, tuncque nullo pac-
12 to relaxatio ſibi prodeſt, vti præter ſupra proxime citatos dicit Bal. in l. hæc ſcriptura. in fi. & in l. tutor. ff. de re iud. ſicut in ſimili dicimus de excommunicato, cui ad tempus excommunica-
13 tio remiſſa fuit, quæ elapſo termino ad primum robur reuertitur, & id quia ad totalem liberationem requiritur abſolutio finalis, & formalis. Innoc. in c. cum bonę. num. 1. de ætat. & qualit. c. presbyter. 2. q. 5. Glo. in Cle. 1. de decim. Igitur cum abſolutionis nomen iuramento de quo tractaturi ſumus nō competat, quando de vera abſolutione & liberatione non tractabimus, eā relaxationem, ſeu habilitationem iuramenti ad effectum agendi vocabimus, vt par eſt, & dici debet, licet vulgari corrupto (vt ita dicam) ſermone, vbique abſolutio dicatur, & male, vt patet
14 ex præmiſſis: Dupliciter relaxatio iuramenti fieri contingit, ſcilicet directe, & indirecte, Directe quidem fit duabus viis, aut ratione materiæ, quia materia eſt relaxantis poteſtate ſubdita, vt contingit in patre reſpectu filiorum, & viro reſpectu vxoris, &

similibus, aut ratione publici officii, quia sic expedit facere; quamuis ille, qui iurauit, rite iuramentum seruare queat, vt cõtingit in iuramento coacti, & vtraque via vtitur Ecclesia. Prima quidem in distributione, seu dispensatione, & officiorum, & rerum Ecclesiasticarũ, super quibus Papa habet plenitudinẽ potestatis, dispensando & distribuendo, & hoc mõ relaxari possunt iuramenta facta à Beneficiatis de bonis Ecclesiæ non alienandis, quando Papa de eis disponit, & pariter iuramenta de conferendis, & suscipiendis beneficiis, officiis, aut gradibus ecclesiasticis, vti plures fieri videmus, dum relaxantur iuramenta bacchalariorum in Theologia de non suscipiendo magisterium: omnium horum autem causa est, quia hæc ita subsunt inferioribus, vt Papa sit magis potens super hoc dispensare, distribuendo, committendo, inhibendo, communicando, quæcumque inferior potestas, tam pastoralis, quam collegialis, & nulli iniuriam facit vtẽdo iure suo, immo in ipso iuramento, vt infra latius dicam in c. 3. intelligitur semper superioris ius exceptum, & auctoritas reseruata, c. venientes. vbi Abb. num. 3. de iur. iur. Glo. in c. significasti. vbi Abb. num. 8. de elect. Castr. in l. fi. ff. qui satisd. cog. Decis. Pæd. 78. num. 20. Quandoque vero & in pœnam, & in odium humanæ fœuitiæ, vt fit in relaxatione iuramẽtorum coactorum, de quibus in c. si vero. vbi Abb. num. 10. de iur. iur. distinguens etiam ibi quando tale iurameutum obliget nec ne. Quandoque propter bonum publicum, sed hic ne cuiquam præiudicium in-
15 feratur, maxima consideratio est adhibenda; Indirecte relaxantur iuramenta ab Ecclesia ex naturali sequela, vt si deponitur Episcopus ex naturali sequela omnes iuramento astricti illi, quatenus Episcopus amplius non tenentur, & similiter si remoueantur statuta alicuius religionis, quia vouerunt, & iurarunt
16 illa obseruare, cum statuta cessent, & sic causa iuramenti, pariter & ipsum iuramentum cessare debet, & eius effectus, in termi nis. Natta. cons. 19. num. 8. lib. 1. nam semper rebus sic stantibus iuramentum intelligitur. Ias. in l. quod Seruius. num. 9. multos al legans. ff. de cond. cau. dat. Tiraq. in l. si vnquam. num. 166. C. de reuoc. donat. Pariter si priuetur rex iuste regno, qui iuramento ipsi fauorem præstare affirmarunt, non tenentur amplius, quia
17 ex hoc ipso, quod indignus iudicatus est iuste, in eodem regno nullus amplius eum fouere tenetur. Consueuit tamen Ecclesia quando directe, vel indirecte relaxat iuramentum, mentionem facere de talis vinculi relaxatione, ad hoc vt ex scientia potestatem habentis relaxatio procedere intelligatur, ne deinceps de
18 subreptione dici possit. S. Thom. 2. 2. q. 99. art. 9. Quotiescunque

igitur

igitur quis ex iuramento se læsum asserit, & contrauenire inten-
dit, non petita relaxatione in periurium incidit, igitur relaxa-
19 tio antequam iuramento contra fiat petenda est.c.si vero.de iur.
iuran.quæ post contrauentionem de iure denegatur, nec dici po
test. Alex. cons. 17. num. 4. vers. secundum magis communem.
vol.3.Fed.de Sen.cons.300.num.2.Paris.cons.166.& 69.nu.108.
vol.3.DD.in l.pactum.maxime Bal.col.2.vers.venio ad quæstio-
nem.C.de coll.Rol.a vall. cons.26. num.3. volu.3. & quia iam in
periurium incidit audiri non debet, Anchar.cons.198.Sed scias,
20 quod ille qui non iurauit vti hæres, periurium incurrere non po
test, Fed. de Sen. cons. 260. num.1.nec vt infra dicam relaxatio-
ne indiget, at si relaxatio, seu absolutio ita de plano post incur-
sum periurium daretur, esset aperta via agendi, & attentandi in-
iuste periuro in præiudicium tertii, in suis iuribus multoties nõ
auditi, Anchar.cons.198.nu.85.in fi.& cons.200. num.4.Abb. in
21 c.1.num.10.vers. & subiicit, de iur.iur. & qui in legem commit-
tit, legis auxilio & fauore indignus effectus est.c.quia frustra.de
vsur.l.scimus.§.si vero.C. de iur.delib. & in terminis Soci. cons.
59.nu.9.vol.3.Fed.de Sen.cons.291.Io.And.& Butr.in c. debito
res.de iur.iur.Alex.cons.222.num.9.vol.2. Anchar.d. cons. 198.
22 in fin.& Maleficium, & sic periurium, beneficium, & sic relaxa-
tionem, seu absolutionem, excludit; Bal.in l.nullũ.in princ. C. de
test.& de iure canonico periurio infamis ipso iure effecitur.c.in
famis.& c.ille.6.q.1.Innoc. & Imol.in cap. testimonium. de testi.
Turzan.in lib.com.opin.concl.1.& propterea, nisi aliter videa-
23 tur ex particulari gratia S.D.N. cuius manus non sunt abbreuia
ta, vt dixit Grauet.cõs.7.n.12.nõ est audiẽdus, Turzan.vbi supra
cõcl.2. quod tribus inibi modis limitat: idq; vt dixi ampliandũ
24 est etiam si contractus esset nullus, quia nihilominus ex iuramen
ti virtute oritur obligatio. Io.de Amic.cõs.34.nu.13.& 14.Corn.
cõs.71.nu.8.vol.3.Bar.in l.si quis.in 8.memb.ff de fideiuss. Marc.
Ant.Bauar.in tract.de iur.iur.q.1.Bald.in rub.C.de rerũ perm.
25 Rom.cons.521.nu.15.& cons.37.& 517.nu.24. Immo tanta effi-
cacia in iuramento reperitur quod sufficit ad litis ingressum im
pediendum, tam si erit iuramentum iudiciale, quam extra iudi-
26 ciale, Alex.in l.1.& in l.nam & post.ff.de iur. iur. Io. de Amic. in
cõs.34.nu.4. licet cõtractum non valideat, nisi quo ad remedium
rescisiuum, vt non petita relaxatione stet in suo robore, Corn.
cons.288.num.18.volu.3.Nam ut dicit sanctus Thom. 2.2.q 89.
Dispensatio in iuramento non se extendit ad hoc, vt aliquid
contra iuramentum fiat, quia hoc esset impossibile, cum sub
diuino præcepto iuramenti obseruatio cadat, quod & indispen-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

sabile,& indiuisibile est, Bal.in tit. de contro.inuest. §. si autem. num.3. in vsib. feud. sed ad hoc extenditur, vt id quod sub iura-
mento cadebat,sub iurameuto non cadat, quasi debita iuramen-
27 ti materia non existat,sicut de voto dici potest. Ad euitandum igitur periurii reatum,in rebus dubiis, & magnarum personarum,tantum ad S.D.N.Papam semper recurritur,vt dixit Alex. in cons.222.num.10.vol.2.& id delegari non potest, Io.de Imol. in c.cum contingat.in tertio mēb. in finalibus verbis illius mem
bri de iur.iur.quod menti tenendum fore dicit Spec.in tit.de le-
28 ga.§.nunc ostendendum. vers.24.& vers.item Papa. Quando autem probabilis est causa,puta metus,vis, & similis, tunc Episcopi relaxationem concedere valent.Innoc.in c.debitores.num.2. de iur.iur.Bal.in cons.484.Vicarius Episcopi P.nu.1.vol.5. vbi etiam in iuramentis licite præstitis posse Episcopum dispensare asserit.c. nos sanctorum.& c.iuratos.15.q.6.At in quibus casibus aliis debeat relaxatio concedi,vide Abb.in q.2.incip.stante statuto condito in Italia.num.20.vers.primus est casus.cum seq: qui cum multis ampliationibus,& limitationibus,undecim casus connumerat latissime,& in c.cum cōtingat.de iur.iur. cuius uerba laboriosum referre futurum duxi, quia ibi tu met uidere
29 poteris.Relaxatio autem solum conceditur ad hoc,ne contra iuramentum ueniens in periurium incidat. Corn.cons.71.num.7. uolu.3.quod uerum intellige subsistente causa à lege, siue canonibus comprobata, aliàs ne iuramentum sit ludibrio ad eius obseruantiam,partes sunt cogendę,ut dixit Bald.in d. cons.484. numerō 1. c.quamuis. de pact. in 6.c.licet multo.de iur.iur. sed vt relaxatio teneat necessario Papæ actum iuratum notificare, & exprimi debet; quia cum requiratur in eo voluntas, debet dari perfecta scientia & iuramenti, & actus super quo inter-
30 positum est. Rom.sing.7.Abb. & Feli.in c.constitutus.de rescrip. Bar.in l.omnes populi.3.q.principali.ff.de iust. & iur.Couar. in rub.de Test.parte secunda.num.19. Præterea Papa potest in totum & iuramenti, & voti obstaculum tollere, quemadmodum ipse Deus; Episcopus verò non. Sumin. Sylu.in verbo iuramentum.§.1.num.4.cap.venerabilem. de elect.sum. Ang.in verbo iuramentum sextum.in princ. Abb.in cap.4.num.8.vers. hæc tamen differētia.de iur.iur. Spec.in tit.de lega.§.nunc videndum. num.77.& solus Papa interdum ingerit ad scandala vitanda, Soci.cons.115.colum.4.vol.2. Aym.cons.6.num.92.& 93.Alex.
31 d.cons.222.num.10.vol.2.c.cum contingat.de iur.iur. Sed relaxatio nisi petentibus non conceditur, quia non petentibus non impartitur.Innoc.in c.Romana.nu.3.de sent.excomm.& peten

tibus

tibus etiam denegatur, quando ex relaxatione iuramenti nihil vtilitatis afferri potest, quia cum ex ea non iuuetur, concedi non
32 debet. Rom. conſ. 46. num. 1. c. per tuas. de ſimo. Quando autem eſt dubium, loquendo de iuramento non tangente tertii præiudicium, an iuramentum ſit proficuum, vel nociuum, licitum necne, aut ſimpliciter generale nociuum, aut particulariter in aliquo caſu, tunc cuilibet Epiſcopus in ſua diœceſi poterit diſpenſare. S. Thom. 2. 2. q. 89. art. 9. licet Feli. in c. 1. num. 17. de iur. iur. teneat contrarium: at quando occurrat in iuramento aliquid manifeſte licitum, & vtile, tunc in tali iuramento diſpenſationi locus non eſt, vel commutationi, niſi aliquid melioris occurrat ad communem vtilitatem faciendam, & iſta diſpenſatio omnimode videtur ad Papæ poteſtatem pertinere vti Eccleſiæ generalis Paſtoris. S. Tho. vbi ſupra c. nos ſanctorum. 15. q. 6. In
33 curia relaxatio conceditur paſsim per Locumtenentem Illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi Cardinalis S. D. N. PP. Vicarii, (qui hodie eſt Illuſtriſsimus & Reuerēdiſsimus Hieronymus Ruſticucius Fanenſis Tituli S. Suſannæ à Sanctiſsimo Pio V. æternæ memoriæ, cuius fidiſsimus Secretarius in minoribus fuit, Cardinalis merito creatus, vir integerrimus, fidus, in totius Chriſtianæ Reipublicæ negotiis valde verſatus, laudabiliſsimā ac exemplarem vitam ducens, & ideo à bo. me. Sixto V. merito ad hunc Vicariatus munus aſſumptus) in quo maxima eius laude, ac omnium applauſu, vti iudicis Eccleſiaſtici par eſt, ſe gerit, & in dicto tribunali relaxatio conceditur abſque partis citatione, ſicque in practica ſeruatur quod non alienum penitus iudicio meo à iure iudico, quia quando contractus vigore alterius priuilegii ſuſtinetur, vltra iuramentum, ſi petatur relaxatio iuramenti pars non erit citanda, nam tunc ex alio connexo priuilegio contractus remanet in ſuo robore, nec eius vires tolluntur. Galeſ. ad oblig. in for. Camer. par. 2. q. 1. num. 2. nec rigor obligationis cameralis tollitur, nec parti præiudicium infertur. Dec. in c. qua fronte. num. 9. verſ. fallit ſecundo. de app. Oldr. cōſ. 120. quod alia ſuadeatur ratione, quia antiqua conſuetudo, & ſtylus, curiæ omnibus notus eſt, vt relaxatio in tali tribunali abſq; partis citatione concedatur, ſed ſtylus, ſiue conſuetudo quando in aliquo actu induxerunt, vt pars non citetur, citationi derogare poſſunt. Bal. in Aut. ſi quis in aliquo. num. 14. verſ. tu dic. C. de eden. Alex. conſ. 65. num. 9. & 10. vol. 1. & ſic ſi hodie non citatur, ſtante antiquo vſu, praxis poterit ſuſtineri; Quando huiuſmodi relaxatio denegaretur, petenti incurrit ferri, quia propter obſtaculum iuramenti contractum illicitum, & ſuam leſionem de-

tegere non posset. Nec ille contra quem conceditur conqueri debet, cum suæ obligationis exequutio interim non retardatur, & suas defensiones non tollat, nisi expresse de hoc fiat mentio, vt inferius in 5. cap. particularius dicetur; solum habilitatio viam habilitato aperit ad suam lesionem, & dolum detegendum, ac periurium iurandum, Aufr. ad cap. Tholos. q. 62. & ad relaxationem obtinendam leuissimæ requiruntur probationes, Bellam. decis. 224. Fely. in cap. 1. in princ. & numero 9. de iur. iur. & quia
34 iudicis Ecclesiastici munus est peccato periurii obuiare, ideo ne incurratur relaxatio conceditur, partes autem Iudicis Laici sunt curare, vt iuramentum suum sortiatur effectum, Rom. cons. 512. num. 11. Rol. a val. cons. 34. num. 10. uolum. 1. c. si vero
35 de iureiur. cap. ex literis. de sponsi. Cald. in cons. 1. de fer. Relaxatio vero necessario impetranda est ante aduentum temporis solutionis, in contractu appositi, quia termino elapso, nec Locumtenens Illustrissimi Vicarii, neque Episcopi, talem relaxationem concedere possunt, & cum iam periurium incursum sit, concessa non tenet, cap. debitores. de iur. iur. Anchar. cons. 198. num. 3. & cons. 200. num. 4. Affl. decis. 311. num. 1. Alex. de communi attestans. cons. 17. nu. 3. volu. 3. Gozzad. cons. 69. num. 21. Rom. cons. 326. num. 10. Ruyn. cons. 66. colum. 3. vol. 4. Rol. a val. cons. 34. nu. 4. vol. 1. ob id secundum Albericū de Olina in tract. Ritu, cur. Neapolitanæ 17. nu. 10. debet saltim per 20. dies ante
36 tempus solutionis habilitatio peti, alias si impetretur non facta mentione lapsus temporis ad soluendum, erit ipso iure nulla, Rol. a val. d. cons. 34. num. 4. vol. 1. Ruy. cons. 66. nu. 6. volu. 4. Anchar. cons. 219. in fi. Moder. in c. 1. de iur. iur. & id minime de iure ommittere possunt Fed. de Sen. cons. 301. Laur. de Rodulf. in tract. de vsur. q. 121. & an difficultas ex debitoris persona emergens excuset à periurio, vide Bald. in rep. legis iusirandi. colum. 46. uersiculo, quæro nunquid. ff. de iur. iur. Immo quod plus est, si cedente tempore solutionis creditor prorogationem ad soluendum obtineat, nec in ea soluat, adhuc erit periurus, Franc. Curt. in l. lecta. numero 10. ff. si cert. pet. Marc. Ant. Blanc. in tract. de comprom. q. 7. num. 58. Contingere poterit alium casum, promisi soluere Titio, puta scuta centum, infra certum tempus, durante termino fui rebannitus, & fisco bona mea incorporata, & sic soluere non valui, in termino, quæro vtrum periurium sit incursum, & dico quod non, quia per bannum mutatus est status, cum Bannitus habeatur pro mortuo, & iuramentum intelligi debet rebus sic stantibus, ac re integra, cap. cum quis. de solut. Bald. in

d. l. iusiu-

d.l.iusiurandū.col.48.uers.octauo quæritur.Sed contra id,quod dicebamus elapso termino ad soluendum non posse ordinariam relaxationem in iramenti concedere,vt communiter doctores tenere visum fuit,nonnullos curiosos insurgere video, dicentes, quod si lapsum temporis pars agendo non acceptauerit,non obstante periurio incurso,& locumtenens Illustrissimi Vicarii, & Episcopi relaxationem ad effectum agendi,pariterque absolutionem a periurio concedere possint,vnico contextu: Quod vt dixi rerū non est,vt in terminis contra eos dixit Turz. lib. com. opin.concl.2.Feli. in c.ex administrationis.uers. iuramento firmare.de prob.Dies enim tam tacita,quàm expressa,interpellat pro homine,Ale.in l.si mora.n.11.ff.sol.matr.l.quoties in diem, cum l.seq.ff.de ver.o! l.i 1.C.de iur.emph.Bal.in l.si pacto quo pœnam,C.de pact.& quia ob non impletum iuramentum, quo ad Deum quiescit ligatus,& obligatus,non excusatur, cum per prius adimplendo impedimentum remouere poterat, l. qui potest facere.ff.de reg.Iur.Aim.cons.6.n.93.uers.nec fuisset.Immo contra non seruantem iuramentum,& promissa dolus arguitur Aim.vbi supra n.96.Alex con.85.n.7.vol.6.& dolus est nolle pollicita seruare. Corn.con.128.nu. 5.vol.3.gratiique est fidem fallere l.1.ff. de const.pec. c. in dolo 22.q.2.Nam si, vt diximus, incurso periurio relaxationem ad effectum agendi supradicti concedere non valent,de iure cum res non sit integra ,Feli. in c.primo.n.28.de iur.iur.Alex.cons.66.n.14.vol.2.Crot.cons.244. uu. 75.& seq.vol.2.Io.de Amic.cons.34.col.4.uers. vnde imprudenter Affli&.decis.30.nu.6.igitur nec in casu nostro, quod plus est super periurio dispensare.Incurso autem periurio absolutio abeo.& non relaxatio est dicenda,quæ absolutio prius peti debet, ac deinde in eadem commissione relaxatio ad effectum agendi, quod munus solius Papæ est.Rol.2 Val.con.31.n.13.& 14.vol.2 Curt.cō.75.n.27.glo.& Abb.in c.quanto.de iur.iur.Grauet. cōs. 53.n.53. Rui. cons. 66.n.6.vol.4.Viui.in coll.com.opin.concl.1. n.1.Corn.cons.61.col.fi.vol.3.Bertr.cons.65.n.9.& cons.135. n. 13.vol.4.Quod declara.quando in instrumento est appositū tertum tēpus, secus autem si non esset appositum,quia tunc requiritur interpellatio,ita elegi.dixit Bal. in Rep. l. ius iurandi col. 41.uers.sed quæro numquid probata mora.ff.de iur. iur. verum si altera pars id opponens esset periura,nec periurii exceptione iuuari,nec eam opponere posset,Rol.d.cons.31.n.10.& seq. vol. 5.Cagnol.in l.si quis maior.n.193.C.de transi.& ordinariæ(vt dixi periurio incuso relaxatio denegatur Aim. cons.6.n.93. Pariis cons.43 num 16.vol.1.In claris supra locumtenens Episco

pi

pi ad effectum agendi solum relaxationem concedere possunt, in aliis Papa tantum & id vltra DD. sup. alleg. tenent Alex. d. cō. 222. num. 10. vol. 2. Bero. con. 149. vol. 1. in fi. Cesal. cons. 127. n. 73. Viui. col. com. opi. concl. 2. in prin. Pari. con. 96. n. 87. vol. 1. Innoc. in c. per uenerabilem. de elect. Imol. in c. cum contingat. de iur. iur. Soci. cons. 115. col. 4. vers. secundum hanc partem. vo. 1. Feli. c. 2. de sponsa. & licet variauerit in c. 1. de iur. iur. tamen
45 conclusio præsens est verior. Debet autem antequam huiusmodi relaxatio concedatur gustari de aliqua rationabili causa, ob quam veniat danda, sec. glos. in c. quanto. de iur. iur. & certe melius esset, quia interdum cum nimis proni sint Episcopi ad eam concedendam & sacramento iuramenti vilipendium, ac irreuerentiam afferunt, & lites suscitant immortales. Bal. in cons. 484. incip. vicarius Episcopi. lib. 5. Rimin. con. 338. in vlt. dub. glo. in
46 d. c. quanto. Aim. con. 7. n. 3. ratio est, quia non omnis leuis læsio debet inducere ad relaxationem impertiendam. Corn. con. 72. n. 5. vol. 3. sed debet esse læsio enormis, quia tunc arguitur dolus,
47 sec. Corn. ibi n. 6. quem sequuntur Paris. cons. 99. nu. 20. vol. 1. Cald. con. 8. de iur. iur. Dec. con. 180. col. 4. & relaxatio iuramenti concessa absque causæ cognitione est nulla, Paris. con. 43. nu. 14. vol. 1. Anchar. con. 144. in princ. cano. in c. ecclesiæ S. Mariæ. vbi Feli. n. 19. cum late adduct. de const. Soci. 115. vers. Præterea
48 nota. vol. 1. Soci. Iun. cons. 59. n. 6. vol. 3. Franc. Curt. con. 43. cum adduct. & an relaxatione concessa, Episcopus possit esse iudex in causa, in qua relaxationē iuramēti impertitus est, vide Rip. in rub. de iudi. nu. 27. & 28. late quæstionem disputans, & multa congerens, qui affirmatiuam tenet opinionem, sed melius, vide
49 decis. Pedem. 78. cū adductis per totū. Inferiores vero prælati talem auctoritatem non habentes, id facere nequeunt. Abb. in c. quanto. n. 8. de iur. iur. & in c. 1. nu. 6. de vot. Sum. Ang. in iuram. 6. in princ. sum. Sylu. in verbo iuramento. §. 5. n. 5. Quomodocū-
50 que igitur sit, ecclesiæ auctoritas pro supradictis sēper est requirenda. Bal. in l. fi. n. 3. vers. consulunt doctores. C. de non num. pec. & ordo iudiciarius in hoc non est seruandus, nec requiritur.
51 Old. cons. 120. incip. ad duplicem. n. 2. quia tractatur de iuramēto non violando, & salute animę. Abb. in con. 104. n. 4. uol. 2. Ias. in Aut. Sacramenta puberum. n. 16. C. si adu. uend. Iuramentum
52 autem à bigamo relaxari non potest, nec eius relaxatio uicario laico committi, quia cum sit persona prohibita, incapax statuti,
53 & auctoritatis reddit actum nullum. Quod autem supradictū est non habet locum in iuramentis hæreticorum, excommunicatorum, uel hebræorum, in eorum fauorem, & inter se, quia in

ipsis

ipsis vincula iuramenti neque actiue, neque passiue non cadunt, cum non sint de sacro uilis, vt dixit Bal. in tit. de pac. iur. firm. in 5. item sacramenta. num. 12. in vsib. feud.

SVMMARIVM.

1 *Principis auctoritas semper in iuramentis intelligitur reseruata, quod intelligè de ecclesiasticis, Declara vt num. 2.*

3 *Si aderit in aliqua ecclesia statutum iuramento vallatum, & in literis Apostolicis aderit clausula non obstan. statutis, literis illi de Ecclesia non tenentur obedire, & quare.*

4 *Praxis curiæ quare adinuenta, quod apponatur clausula non obstantibus statutis etiam iuramento vallatis.*

5 *Absoluere à iuramento præfito principaliter ad honorem Dei, nemo potest nisi ipse Deus, & Papa cum causa.*

6 *Absoluere à iuramento præstito ad commodum hominis, Episcopus neque Papa sine causa possunt.*

7 *Dilatio concessa à S. D. N. elapso termino ad soluendum est obseruanda in terris ecclesiæ, non obstante iuramento, etiam quo ad laicos, secus extra statum ecclesiæ, sed bene quo ad Papæ subiectos.*

8 *Princeps temporalis vbi adest iuramentum non potest dilationem debitori concedere de iure.*

9 *Tamen si concedant in eorum fortijs, non est de ea disputandum.*

10 *Relaxatio iuramenti debet peti de interpositis diebus iuridicis, non autè festiuis, vel feriatis ad honorem Dei.*

11 *Festiui dies qui sint.*

12 *In curia male diebus festiuis dantur iuramenta.*

13 *Stylus Rom. Curiæ habet pro lege in rebus ecclesiasticis, & à cæteris cuius est seruandus.*

14 *Officialis iurans seruare statuta die festiuo, non obligatur.*

CAP. III.

1 DIcebam supra semper in iuramentis esse Principis auctoritatem reseruatam, nec ipsi per iuramentum derogatum, & ita debet intelligi tex. in c. veniens. de iur. iuran. c. constitutis, vbi glos. de rescript. Oldr. in cons. 97. factum tale. Bar. in l. fi. ff. ad munic. Aym. cons. 6. num. 95. quod intellige de auctoritate summi Pontificis, vel episcoporum in eo quod ipsis episcopis à iure permissum est, sec. Oldr. in cons. 93. num. 12. Id autem sec. Abb. in c. quanto. de iur. iur. & Abb. & Feli. in d. c. constitutis. de rescrip. Couar. 1. par. relect. 5. 5. num. 2. S. Tho. 2. 2. q. 86. art.

86.art.9. Distingue quod iuramentum, tam ex parte iurantis, quam recipientis, & materiæ, licitum est, aut non. Primo casu
2 subdistingue, aut iuramentum fuit præstitum ab inferiore in materia principaliter spectante ad Papam, puta si canonici vltra præfinitum numerum, stante statuto iurato aliquem in canonicum recipere recusauerint, & tunc à tali iuramento Papa solus poterit absoluere, quia in hoc, & similibus ipsius auctoritas
3 reseruata intelligitur, & propterea si Papa mandat prouideri alicui de canonicatu, & adsit statutum iuramento vallatum, & peruertens talem prouisionem, rescripta Papæ capitulum, & episcopus non tenentur obedire.c.constitutus. de rescrip. Ratio
4 est, quia rescriptum simplex non tollit statutum iuramento munitum, nisi expresse caueatur, Ias. in l. fin. num. 5. C. si cont. ius vel vtil. pub. Canonistæ in c. 1. de his quæ fi. a mai. part. c. Feli. in c. 2. vbi Abb. in 2. not. de probat. quia non est præsumendū quod superior simpliciter statuta tollens cogitet de curatis, Io. And. in c. 1. de fil. presb. in 6. in nouel. Alex. in cons. 37. vol. 2. gloss. in clem. dudum. 6. pen. in verbo pacta. de sepult. Rom. cons. 393. &
5 404. quod duobus modis limita vt per Ias. ibidē, & ob id pro eis Rom. curiæ inoleuit apponere in literis Apostolicis, non obstantibus statutis etiam iuramento vallatis, Oldr. cons. 93. num. 12. vers. nam vbi iuramentum. Aym. cons. 6. num. 46. Aut fuit præstitum in alia materia, & tunc aut ad honorē dei principaliter, vt puta religionis ingressum, & nemo potest nisi Deus absoluere, nec Papa obligationem Deo quæsitam, sine causa remittere, c. manet. 24. q. 1. c. si is qui. 22. q. 4. & istæc opinio communis est, de qua testatur Abb. in c. significasti. num. 8. de elect. Innoc. in c. 1. in fin. de renunc. si vero causa suberit, tunc absoluere poterit. c. si
6 vero. de iur. iur. Aut pertinet ad commodum hominis, & tunc pariter non solum episcopus, sed nec Papa (de iure loquendo) sine causa iuramentum remittere, siue habilitationem concedere valent, sum. Syl. in Juram. 5. num. 2. Archid. in c. auctoritatem. 15. q. 6. c. quanto. de iur. iuran. c. 2. de voto. Ideo si aliquis debitor
7 etiam vigore obligationis cameralis iuratæ, promisisset destinato tempore soluere, nullamq; exceptionem opponere, vti quotidie fit in similibus obligationibus & à S. D. N. dilationem ad soluendum impetrauerit, erit nihilominus in terris ecclesiæ seruanda: & extra eas quo ad Clericos, & alios immediate Papæ subiectos. Deci. cons. 345. nu. 8. & 9. & licet in dominiis principum temporalium, in quibus pariter layci subditi astricti sunt iuramento, propter reuerētiam, & obstaculum iuramenti, circa quod vt dixi Domini layci se intromittere, nec dispensare pos-

sunt

sunt. Alex. in cons. 38. num. 7. vol. 3. quia tantummodo Papæ, & episcopis id permissum est, c. si vt nostris. vbi Abb. de iur. iuran. & sic tali dilatione concedenda se abstinere deberent de iure, nec solutionem statuto tempore turbare, & ius ecclesiastici nec peruertere, nec tollere illud sibi arrogando, l. minor autem magistratus. ff. de minor. c. cum inferior. de maior. & obed. c. infe-
9 rior. 11. dist. 1. c. 1. de excep. in 6. Rom. cons. 427. num. 8. & seq. Tamen si princeps laicis vt præfertur dilationem tribuat, cum de voluntate eam concedendi constet, non erit de potestate disputandum in eorum Dominiis, ita dixit Dec. in cons. 345. in fi. licet ex deffectu iurisdictionis iuramentum non sit, sublatum, de quo omnino vide Bal. in Rep. l. iusiurandi. col. 36. vers. super quarta quæstione, an Imperator: multa in hac materia cumulans. ff. de iur. iuran. sed si creditor prorogaret debitori tempus ad soluendum tam ipse debitor, quam fideiussor, tunc sunt à
10 iuramento liberati, Feli. in c. 1. num. 4. & 5. cum alleg per eum de iur. iuran. Præterea relaxatio iuramenti debet peti de iuramẽtis interpositis in cõtractibus celebratis in diebus iuridicis, non autem festiuis in honorem Dei: nam in diebus in honorem Dei feriatis iuramentum præstari non debet & extraiudicialiter, vt ex Abb. in c. fin. num. 18. de feri. ratio est, quia tale iuramentum stantibus feriis præfatis non ligat neque ei contraueniens de periurio notatur, Ferret. caut. 3. Plot. in l. si quando. nu. 255. vers. ad laudem. C. vnde vi. Iul. Ferr. in tract. de treg. & pac. nu. 119. Ant. Gabr. lib. 3. com. opin. concl. 1. nu. 57. & vltra dies
11 festiuos inter illos connumerantur dies Litanię, venerum Martii, Hebdomodę sanctę, & eius octauę. Lap. alleg. 9. incip. si que-
12 ratur licet forsan in Romana Curia, & male contrarium seruetur, quolibet die absque differentia dando iuramenta per
13 notarios, quia cum stylus Romanæ Curiæ pro lege habeatur, & ab omnibus sit seruandus. Spec. in tit. de app. §. de officio. vers. vt autem. c. fi. de foro. comp. maxime in rebus ecclesiasticis, cum cęterarum sit mater, & caput, ac officialis inferiorum cęterarũ curiarum illum seruare tenentur, Card. in clem. quamuis. in princ. de app. Gomes. in Proc[illegible]eg. cancel. q. 2. cir. med. Octauianus Vestrius in sua Praxi. lib. 5. c. 3. nu. 5. Paris. cons. 44. num. 18. vol. 1. Bal. in l. 1. in fin. C. quę sit long. cons. & attendi debet. Bar. in l. iuris peritos. de excus. tuto. l. 3. de test. ac pariter ius faciat. c. ex. literis. de const. Affli. decis. 135. Fel. in c. 2. col. 8. & in c. supra literis. col. 6. de rescript. & ab ea vniuersus orbis exemplum capit, sed pro intelligẽtia scias, quod sępe Rom. Curia suas mutat obseruationes propter mutationes summorũ Pontificũ,

Audi-

8 *Citatio illius, qui actum impedire non potest, non est necessaria.*
9 *Distingue pro concordia vt nu. 10. & 11.*
12 *Episcopi in eorum diœcesibus, & diœcesanis tantum relaxationem iuramenti conceduut.*
13 *Relaxatio iuramenti conceditur absq; citatione, si adest turpitudo ex parte recipientis.*
14 *Rota Rom. si constat de læsione Iurantis, non attendit clausulas instrumenti.*
15 *Citatio partis semper practicata fuit quando commissiones relexationis iuramenti in Signatura S. D. N. proponuntur.*
16 *Relaxatio si conceditur per breue fit cum citatione partis.*
17 *Signatura iustitiæ in relaxatione iuramẽti apponit clausulã prout de iure*
18 *Auditores Rotæ Ro. habent auctoritatem relaxandi iuramenta, in causis coram ipsis pendentibus, etiam absque citatione, intellige ad effectum agendi tantum.*
19 *Relaxatio iuramenti ad effectum excipiendi non conceditur, & id quod tangit excipere deleri solet.*
20 *Læsio probata continet in se exceptiones.*
21 *Mentio est facienda in relaxatione iuramenti impetranda de omnibus iuramentis, aliàs relaxatio est nulla, vna cum rescripta, & pro non concessa habetur, & nu. 22. & 23.*
24 *Relaxationes tot esse debent, quot iuramenta.*
25 *Relaxatio iuramenti debet prius peti de iuramento non petendi relaxationem, & deinde de alijs iuramentis in contractu appositis.*
26 *Relaxatio iuramenti subreptitia ob non expressionem omnium iuramentorum non saluatur à subreptione vigore clausulæ, non obstantibus &c. quorum tenores, &c. & sic quando non exprimitur periurium incursum.*
27 *Ius tertio ex periurio seu subreptione acquiritur.*
28 *Iuri tertij Papa non derogat, nisi de plenitudine potestatis, & facta mẽtione regulæ de iure quæsito non tollendo. num. 33.*
29 *Subreptitium Rescriptum quando dicatur.*
30 *Rescriptum falsam causam continens, nullum est sicut sententia.*
31 *Excommunicatus duplici excommunicatione si ab vna tantum absoluatur non tollitur alla, immo neutra.*
32 *Contractus diuidi nequeunt.*
34 *Clausula non obstantibus &c. quomodo in casu nostro intelligatur.*
35 *Expressio generalis cum clausula non obstantibus, non saluat rescriptum à subreptione.*
36 *Generalitas verborum obscuritatem pariens non est attendenda.*
37 *Impedimento vno sublato, aliud ad idem tendens non tollitur.*
38 *Relaxatio iuramenti non operatur vltra mentem concedentis.*

39 *Papa*

39 *Papa super expressis in rescripto dispensat non super alijs.*

40 *Iuramentum vnicum & generaliter in cõtractu oppositum refert ur spe cialiter ad omnia in instrumento contenta.*

41 *Em phyteuta obtinens gratiam caducitatis à Papa debet in precibus fa cere mentionem de periurio incurso.*

42 *Obreptio, & subreptio quæ dicantur.*

43 *Subreptio vitiat rescriptum, ope exceptionis, obreptio ipso iure.*

44 *Subreptio maius delictum est obreptione.*

45 *Obreptio magis inficit gratiam Papæ, quam subreptio.*

46 *Index secularis relaxationi iuramenti subreptitiæ, vel obreptitiæ obedi re non tenetur, immo obtinentem periurum declarare debet.*

47 *Clausula & aliàs prout in instrumento, & c. relatio, & c. nõ tollit præfatas nullitates.*

CAPVT IV.

1 AGgrediamur antequam ad alia descendamus dubium, an in concessione relaxationis nostrę requiratur partis citatio, & in hac quęstione varias inter iuris nostri interpetres opiniones reperio. Asserentes autem partem affirmatiuam & sic citationem requiri, illam pluribus rationibus & iuribus sustinere conantur, & primo, Vinculum iuramenti varios operatur effectus, nam gesta confirmat iurantem ad promissorum obligationem, & obseruantiã Deo in testem vocato ligat, & parti ius tribuit, sed ex ipsius relaxatione supradicta debilitantur, & retardando interim solutionem debiti, persona aliàs ex iuramenti impedimento inhabilis ad agendum habilitatur, & sic tertio præiudicium infertur, cuius interest contractum in suo robore permanere, ac litibus expensisq. non vexari, & consequi quod suum est, quod interdum ex mora, & multis aliis, quę ex litium diuturnitate euenire solent, ammittuntur. Sed

3 regulam habemus, quod in præiudicialibus nihil absque partis citatione, quę cognitionem affert, dum parte prędente, vel contumace proceditur, innouari debet. l. in naue. §. causa cognita. ff. de minor. c. 1. de caus. pos. & prop. igitur necessario requiritur citatio, ne actus, vti ex abrupto iniuste, & absque causæ cognitio

4 ne facti, null itatis vitio subiaceant, cum agatur de cõtractu dissoluẽdo vt dixit Couar. var. res. c. 4. nu. 5. Secundo dicunt, adeo & taliter citationẽ esse adinuentã, vt partiũ assertione merita causę pandantur. c. tã ex literis. de in integ. rest. l. fi. C. si per uim, aut met. & est tantæ efficaciæ quod etiam Princeps causam parte

non

nõ citata terminare non valet, neque de iure citationis defectũ supplere potest. Ias. in l. Gallus. nu. 16. ff. de lib. & post. Abb. in c. primo in vlt. not. de cau. pos. & prop. Bal. in l. fi. C. de leg. qđ intelligere reru, nisi supremus Princeps, superiorem non recognoscens, de plenitudine potestatis, & ex certa scientia eam tollat. Ias. in l. nec quicquã. num. 29. ff. de off. proc. & leg. Host. & Io. And. in ca. in presentia. de proc. Bal. in l. fi. vers. extra opponit. C. de fruct. & lit. expen. & ad hoc vt rectum iudicium reddatur, altera pars est audienda, nam multa deducere poterit, ob quæ relaxatio erit deneganda. Ias. in d. l. nec quicquam. num. 49. eo maxime cũ sit ius acquisitum illi, cui iuratum est, ideo eo inaudito relaxatione concedi non debet. Abb. in c. 1. col. pen. el 2. nu. 23. vbi DD. de iur. iuran. Giud. Papa decis. 240. Ruin. cons. 66. nu. 2. vol. 4. Tertio iudici constare debet de legitimis causis, ob quas non sit deneganda habilitatio, vt dixi; at si pars non vocetur, id deducere non poterit: sic circo vera eorum opinio affirmatiua videtur, quod citatio requiratur, quam tenent & sequuntur Innoc. Ioan. And. Abb. But. Imol. Card. Bald. Anchar. Bart. Laur. de. Rodul. Alber. Alex. Ias. Florian. de S. Petr. Fed. de Sen. Oldr. Feli. Soci. Bertran. Gozzad. Rebuf. Goffred. Paris. Marsil. Ruin. Aym. Guid. Papa cap. Tholos. & alis plures, quos congerit & sequitur Ant. Gabr. lib. cnm. opin. tit. de citat. concluſ. 1. num. 85. & 86. idem voluerunt Bernard. Diaz. in suis regestris regestro 5. litera A. Deci. in cap. qua fronte. num. 8, vbi de communi attestatur. de app. Gemin. cons. 16. ad fin. Archid. & alii in cap. licet canon. de elect. in 6. Sylvest. de iur. iuran. q. vlt. Cep. caut. 61. Imol. in collat. com. opin. lib. 1. concl. 43. vers. decimo quarto amplia. cum add. qui pro alia parte contraria multa accumulat Io. Bap. Ferrettus. cons. 149. lib. 1. & Vrsil. l. in add. ad Affl. decis. c. 120. vbi hanc pariter opinionẽ magis cõmunem dicit num. 14. Bero. in cap. quoniam contra. nu. 93. de probat. Tiraq. in tract. res. inter alios acta limit. 30. fol. 20. in 1. impes. Alberic. de oliu. ad rit. cur. Archiep. Neap. Rit. 12. num. 2. cum seq. quem refert, & sequitur Viui. lib. 1. com. opin. vbi hanc veriorem & frequentiorem dicit ante. num. 3. Papien. in pract. in form. iuram. quod præstatur à parte parti. vers. iuramentum veritatis. numero 4. Turzan. in suis com. opin. opinion. 41. vbi ita magis communiter à doctoribus teneri asserit. Anchar. cons. 198. num. 1. & sequen. & cons. 382. col. 1. Fed. de Sen. cons. 300. Calder. consil. 1. de fer. Curt. Sen. consil. 44. columna. 7. vers. aggrediamur secundum passum. Gozzad. cons. 69. colum. fin. Ruin. cons. 26. volum. 4. Bald. consil. 55. volum. 3. num. 3.

Feli. in c. 1. de iur. iur. Deus autem suscipit iuramentum, etiam in fauorem tertii præstitum, ob id sine causa non solum inferior, sed nec etiam Papa relaxationem concedere debet. Abb. in c. 1. numero 13. de iur. iur. neque vt dixi relaxatione iuramenti concedenda debent esse prompti, vel solliciti, quia facienda est, quando constat de magna læsione vti communiter tenent DD. in cap. cum contingat. de iur. iur. & Spec. in §. nunc ostendendum. versiculo vigesimoquarto. cum seq. de officio iud. deleg. Ideo citatio requiritur, l. in causa. §. causa cognita. ff. de minor. alias concessio facta per Episcopum, neque per Papam donec de iuramenti iniquitate constet non valet, Io. de Anic. consil. 34. numero septimo, & seq. Nec obstat si repliceturin huiusmodi relaxatione modicum adesse præiudicium, cum ius partis alias intactum permaneat, quia respondetur, quod per habilitationem tollitur huiusmodi obiectio, quæ fit ex eius concessione de persona, alias inhabili, virtute iuramenti, & in hoc parti affertur præiudicium, & dato quod vt ipsi asserunt esset modicum, tamen quando Iudex interloquitur, semper pars debet audiri, cum pro instrumento præsumatur, cuius vires non sunt debilitandæ. Contrariam autem opinionem negatiuam tenentes, quod citatio non requiratur, pluribus mediis eam comprobare nituntur, & primo ex sola promissione agi non potest. l. legem. C. de pact. l. iurisgentium. ff. eod. Corn. consil. 228. numero 9. volum. 3. Pactum vero ex cohærentia contractus vestitur: at ex iuramento nulla parti oritur obligatio, nisi ipsi Deo, ideo quando relaxatio petitur ab ipso Deo petitur, qui præsens semper est, & sic citatio non requiritur. Cald. in consil. 1. in fin. de fer. quod ad Ecclesiam pertinet, cuius munus est prouidere ne periuria committantur. Secundo parum, aut nihil præiudicii parti huiusmodi relaxationem afferre asserunt, quia alias aduersarii ius illæsum remanet: at vbi non adest notabile præiudicium, non requiritur partis citatio. Oldr. consil. 120. per tot. Cald. cons. primo. de fer. numero 2. Ideo eius omissio non vitiat. Tertio si suam læsionem detegere quis non posset, sequeretur quod iuramentum esset vinculum iniquitatis, & cum præiudicio spirituali, & temporali seruaretur. Abb. in cap. quanto. num. 8. de iur. iur. Soc. cons. 8. numero 17. volum. 3. & super ista relaxatione quæ summariissima est, multæ orirentur lites, appellando, & alia faciendo procuratores, qui eorum lucro consulentes eas suscitando in medium afferre solent; igitur summarie, & sic absque citatione, & tela iudiciaria, & potest, & debet valide concedi, & respon-

7

& respondendo ad id, quod dicebatur citationem requiri, dato
ēt qđ adesset modicū præiudiciū, dicitur, qđ citatio illius, qui cō
tradicendo actum illum impedire non potest, non est necessaria
l. recusare, in princ. ff. ad Trebel. Iaſ. in l. nec quicquam. num. 3 r.
ff. de off. proc. & leg. l. 4. §. illud. ff. de fideiuſ. Paul. de Caſtr. conſil.
259. num. 2. verſ. vnde cum pro altera parte vol. 2. ratio affertur,
quia non est in eius potestate auferre beneficium habilitationis,
à iure concessum, c. indultum. de reg. iur. in 6. & hanc opinionem
negatiuam vltra adductos tenuerunt Cald. Ioan. And. Oldr. Ar-
chid. Alciat. Gomes. in apostillis ad Alex. Laur. de Rodulf. Nat.
Crot. quos refert Ioſef. Ludo. deciſ. 18. nume. 7. & ſeq. quos ipſe
ſequitur, & ex eorum dictis teſtatur; & hanc opinionem magis
13 communem, & id generali conſuetudine eſſe vſu receptum; quā
opinionem approbant pariter Ant. de Butr. Imol. Caſtr. Ant. de
Prat. Ale. Lap. Iaſ. Ant. de Alex. Maria. Soc. Flor. de S. Petro Rom.
14 Ceſal. Corſet. Milis. & hos ſequitur & teſtatur de magis com.
Affl. Deci. 220. num. 10. & idem poſt alios cenſuit Rot. Ianuen.
deci. 193. num. 23. Couar. lib. 1. var. reſ. cap. 4. num. 6. Ben. conſ.
63. num. 3. vbi id in praxi ſeruari aſſerit, & hanc vti magis com-
munem amplectuntur Feli. ſibi contrarius in capit. cum olim.
num. 6. de re iud. Rui. ſibi cont. pariter in conſ. 170. num. 30. vol.
primo & conſ. 69. num. 3. vol. 3. Dec. in cap. qua fronte. in fin. de
app. Curt. Sen. in cō. 44. col. 4. in fi. Aym. in conſ. 70. num. 7. & idē
cenſuit Rot. in deciſ. 766. aliàs 8. de iur. iur. in antiq. Et videatur
Gomes. in tract. Breu. circa obſeruationem cur. nume. 46. quod
maxime per Papam, parte non citata, dari valeat, dixit Oldr.
conſ. 120. in fi. concedentis autem relaxationem animus, non eſt
tollendi robur, & efficaciam iuramenti, ſed ſolū habilitare, vt in
iudicio ſine metu periuri allegando, & probando dolum, metū,
vel alias cauſas, ob quas contractus ſit reſcindendus, iuramento
non obſtante comparere poſſit. Aym. in conſ. 7. num. 7. Caſtr. cō-
ſil. 259. col. 3. lib. 2. & caſu quo citatio eſſet neceſſaria, ſi tamen
omiſſa ſit actus non vitiatur. Dec. in c. qua fronte num. 7. & ext.
de app. vbi Abb. Imol. & Ioan. Andr. Rom. ſing. 487. incip. tu ha-
bes regulam, & latius in conſ. 354. circa præſuppoſitum, ſed illud
obſeruandum eſt, quod ſi eſſet periurium incurſum non daretur
abſolutio niſi parte citata. Gomes. in tract. Breu. num. 40. vidi
tamen ſeruari contrarium in pœnitentiaria. Quid igitur conclu-
dendum erit inter iſtas tot, tantorumve Patrum, varias ſenten-
9 tias, & opiniones? Magnæ ſiempe hinc inde vigent auctoritates,
ſed diſtinctiones, qua varię doctorum opiniones concordan-
tur, vtar. Bar. in l. 165 populi. ff. de iuſt. & iur. dico igitur, quod

10 aut petitur absolutio non ad effectum agendi, sed ad effectum destruēdi contractū, & verior est prima opinio, cū cōtra inaudi tā partē in actu tā piudiciali absq; citatione nihil diffiniēdū sit, aut petitur relaxatio ad effectū agēdi & verior est ista secunda negā tiua vt ita post multa distinguit dec. Ped. 125. n. 7. Rot. Ianuen.
11 d. decis. 193. Rot. in antiq. Decis. 8. de iur. iurān. Couar. lib. 1. var. res. capit. 4. nume. 5. vel dicas quōd aut sumus in causa, in qua constat, seu datur aliqualis fumus lāsionis, metus, doli, vel
12 similium, tunc etiam Episcopi, seu eorum Vicarii, in suis tantum diœcesibus, & diœcesanis relaxationē ad effectum agendi solū, concedere possunt, absque partis citatione, & sic practicari, & intelligi debet. Abb. in cons. 12. num. 6. par. 2. ratione comprobatur, quia isto casu iuramentum non firmat contractū, sed stando promissis, relaxatio dat viam ad aperiendam fraudem, & licet à iuramento appositō in contractu, in quo adest enormissima læsio secundum multos DD. relaxatio non requiratur. Corn. cons. 166. num. 9. & cons. 189. col. 3. vol. 1. Dec. cons. 180. tamen eam petere tutius est. Rot. de iur. iurān. in antiq. decis. 8. in quā dicitur, quod quando relaxatur iuramentum ad effectum agendi, potest fieri absque citatione, sed non dicit, debet: ideo verbum, potest, interpretatur generaliter, & necessario vt prēmittitur, id autem episcopis pontificalia gerentibus permissum est, & tunc eadem ratio erit de parte quo ad partem, quam de toto quo ad totum, l. quæ de tota C. de rei vendic. Paul. de Castr. cons.
13 251. nume. 2. versic. sed remanet dubium. vol. 2. Quod ampliā absque citatione iuramentum relaxari posse, quando ex parte recipientis adesset turpitudo. Sum. Ang. in iur. 6. in princ. In aliis autem causis, in quibus aliqua præmissorum occasione oriretur dubitatio, & non ita clare de ea ex præmissis constaret, non deberent episcopi ad talem relaxationem deuenire, tam de facili in eo, in quo auctoritatem habent, nisi parte audita, & ita sano modo, & non ex abrupto procedere, capit. inter quatuor. de maior. & obedien. Ancharan. consil. 380. colum. 1. Feder. de Sen. consil. 306. Cald. cons. 1. de fer. Alexan. consil. 22. col. 3. versic. præterea, vol. primo. Bertran. consil. 41. col. 3. vol. 1. & cons. 154. col. 2. eodem vol. Curt. Sen. consil. 89. col. 7. versic. aggrediendo secundum casum. Rot. à val. consil. 13. numero 25. vol. 1. Abb. consil. 12. numero 6. vol. 2. Cagn. in Repet. l. 2. numero 98. C. de resc. vendit. Cassad. decis. vnic. de
14 empt. & vend. Ideo quotiescunque Rota Ro. quæ æquitatem sequitur, de causis enormis lāsionis gustat, nō solet attendere clausulas solitas apponi per notarios in contractibus, neque iura-

menta,

menta stante læsione DD. in c. cum contingat. de iur. iur. Dec. in c. qua fronte. nu. 8. vbi Abb. de app. Card. cons. 35. col. 2. Bene ve-
15 rum est, quod quando in signatura S. D. N. proponitur aliqua commissio relaxationis iuramẽti, semper pars citatur, & ita cõtinue vidi à RR. PP. Dominis meis cõreferẽdariis antiquioribus practicari, & semper obseruatam fuisse audiui. At vbi datur
16 per breue, non conceditur nisi parte citata. Gomes. in Trac. Breuium nu. 46. & licet id dicat Gomes. tamen nescio quomodo ho-
17 die id fiat, Raro autem conceduntur per signaturam Iustitiæ, sed quando dantur, apponitur semper clausula, prout de iure. Habẽt
18 pariter RR. PP. Domini, sacræ Rotæ Auditores in facultatibus relaxandi iuramenta in causis coram eis pendentibus, sed si per Papam eis mandatur, vt relaxent iuramentum ad effectum agẽdi illud relaxare poterunt, quando eis æquum videtur, etiã parte non citata, secus autem quando ad probationem causæ esset relaxandum. Rot. de iur. iur. in antiq. decis. 8. & dum dixi quando eis æquum videtur intelligẽ, si adest læsio, seu alia rationabilis causa, quia tunc parte non citata, relaxatio cõceditur, at quãdo non adest; neque constat, citatio requiritur, ita expresse dixit Paris. cons. 96. nu. 88. vol. 1. Soci. cons. 59. num. 15. vol. 3. Corn.
19 cons. 45. col. fin. vol. 3. Apponi semper solet in commissione, siue supplicatione clausula, vt oratorem absoluat, siue illi iuramentum relaxet, ad effectum agendi, & excipiendi: sed versa illa quæ excipere tangunt; ordinarie delentur in signatura Gratiæ, quia id numquam in signatura Iustitiæ reperitur concessum, & de iure denegatum, quod comprobo. Nam exceptio requirit altiorem indaginem, Bart. in l. auferatur. §. compensatione. num. 1. ff. de iure fisc. at in causa contractus, vbi petitur iuramenti relaxatio, tales exceptiones reiiciuntur, vti summariam cognitionem, quæ adhibenda est impedientes. Bar. in l. si se non obtulit. §. condemnatus. num. 3. ff. de re iud. igitur bene ad agen-
20 dum tantum, & non ad excipiendum quis habilitatur. Roman. cons. 323. num. 6. & 7. Nam quando ille, cui relaxatum est iuramentum, agit, & læsionem probat, tunc illa probatio continet in se exceptiones, quia licet relaxatio iuramenti ad effectum agendi ab initio non sit plena; tamen factis probationibus mutat naturam, & ex ipsis aperitur uia ad excipiendum, & per consequens ad rescindendum contractum, Afflict. decisio. 322. numero 12. pariuntque diuersum effectum, nam habilitatus volens enormem læsionem probare, contractum ob id non rescindit: sed si pro contractu fuerit iudicatum, eodem modo quo prius remanet iuramenti vinculo astrictus. Feli. in capitu.

ad reprimendum.el 1 .de off. ordin. exceptio autem cũ sit libellus rei, l. 1. vbi Bart. ff. de his qui pot. nom. quæ ad extinctionem contractus tendit, non conceditur, licet aliquid relaxatio iuramenti ad effectum agendi contra contractum faciat, nam personam aliàs propter iuramenti obstaculum inhabilem, ad agendum admittit, & in hoc aliquale tertii vertitur præiudicium, quia ipsius interest, & contractum in suo robore permanere, & litium expensis non vexari. Affl. decis. 31. per tot. Rol. a val. cons. 13 num. 25. vers. sed nulli. vol. 1. & licet. in hoc solum præiudicium afferat, tamen in cæteris relata vera sunt, Oldr. cons. 120. Ant. Massa Gall. ad oblig. in for. cam. in tit. de vi instrum. num. 25. & si interdum daretur commissio ad effectum agendi, & excipiendi, vtique in ea esset concessa facultas rescindendi contractum, Affl. decis. 322. num. 11. Castr. cons. 19. col. fi. vol. 2. licet id verum non teneat, Viui. in lib. com. opin. concl. 2. num. 10. & Feli. in cap. 1. col. pen. de iur. iuran. Benint. decis. 14.

21 Mentio in supplicatione habilitationis est facienda, de omnibus in instrumento contentis, vt puta, si plura adsint iuramenta, vel si secundus contractus fuerit primi ratificatorius, aut si relaxationem non petere iurauerit, quam nihilominus petere poterit, Rom. in cons. 326. num. 1. Bald. in Rep. l. ius in randum.

22 col. 42. ff. de iur. iuran. Aliàs relaxatum iuramentum minime dicendum est, Affl. d. decis. num. 11. Rom. cons. 37. vers. dicitur circa primum articulum. & cons. 326. a num. 4. ad fin. Feli. in c. constitutus. de rescrip. num. 7. Butr. in c. 1. de iur. iuran. Præterea rescriptum præfatum ad partis impetrantis importunitatem, contra iuris dispositionem concessum fuisse apparebit. gloss. in c. 1. in verbo noscatur, de const. in 6. Feli. in c. 1. num. 6. eod. tit. extra. Abb. in c. ex parte. de off. deleg. Immo subdit inibi Feli. num. 20. quod stante huiusmodi nullitate, non erit ordinarie dicenda dispensatio, quia cum Papæ minime factum præcisum narratum sit potestatis plenitudine vsus non fuit. Innoc. in c. innotuit. ante fi. de elect. Bald. in l. si testamentum. C. de testam. Rom. in l. 1. §. nunciatio. ff. de nou. ope. nunc. c. proposuisti. de concess. præb. igitur si in aliquo contractu fuerint duo, vel tria iuramenta, aut plura apposita, & tantum de vno, seu omnibus, vno relicto fuerit facta in precibus mentio & relaxatio obtenta, & erunt nulla, & subreptitia, quia tot debent esse relaxationes iuramentorum, quot iuramenta interposita, Soci. cons. 59. col. 3. vol. 3. Ro. cons. 326. nu. 3. immo pariter erit subreptitia, si rescriptũ obscure loquatur, quod declarat Rol. a val. in cons. 34. num. 7. & 8. vol. 1. si vnum ex iuramentis in

contractu

contractu contentis obscure narretur, quem sequitur Feli. in c. debitores col. pen. vers. tertio quæro de iur. iur. & in c. constitutus col. 8. vers. melius dicas de rescrip. Immo secundum aliquorũ doctorum sententiam, non tantum omnia iuramenta, verum etiã clausulæ renunciatoriæ, vt non numeratæ pecuniæ rei non sic gestæ, alias per iudices obtinentes relaxationis rescriptum repellẽdos fore, dixit Anchar. cons. 200. per tot. Quod verum non credo quia concessa relaxatione iuramenti, super qua fundatur causa, in reliquis accessoriis habetur relatio ad contractum, & impedi ri non potest, quin habilitatus vtatur iure suo, & per consequens nihil commune habet cum expressione dictarum clausularum habentium diuersum sensum & finem, cum effectus relaxationis sit tollere ne periurium incurratur. Corn. cons. 7. num. 3. volum. 3. Quando autem contractus alio iure, quam iuramento firmatur, vt in obligatione Camerali, quæ ex se vltra iuramentum priuilegium habet, non est relaxatio tam præiudicialis, at quando contractus solo iuramento roboratur, eo sublato remanet nullus, & tunc relaxatio operatur rescissionem, si pro eã obtinente (vt dixi) pronuncietur, vt tradunt Mode. Senen. in tracta. de priuil. iuram. priuil. 62. n. 3. & DD. in c. cum contingat. de iur. iur. & in Aut. Sacramenta Puberum. C. si adu. vend. si quis igitur relaxationem non petere iurauerit, licet eam, vt dixi, nihilominus petere valeat. Debet primum super hoc iuramento de relaxatione non petenda relaxationem petere, & deinde ea obtenta procurare vt sibi Iuramenta alia, siue iuramentum relaxẽtur de non contraueniendo contractui. Rom. con. 326. Gram. con. 25. in fi. Moder. Senen. vbi supra priuil. 88. n. 46. Corn. con. 2. col. fi. vol. 3 & si aliorum iuramentorum relaxationem obtineat, nõ facta mẽtione iuramenti de ea non petendo, relaxatio erit nulla. Rol. a val. cons. 34. n. 6. vol. 1. ratio est, quia adhuc remanente impedimento, erit subreptitia. decis. Pedem. 142. n. 14. Affl. decis. 220. in fi. Gram. dec. 66. per tot. Viui. in lib. com. opi. concl. 2. n. 7. cum ibi adduct. DD. in l. si quis maior. C. de transl. Fel. in c. cõstitutus. n. 3. de rescrip. quod declara vt ibidem per Feli. num. 8. vers. limita quinto. Rom. in cons. 329. n. 22. istud autem iuramentum de non contraueniendo contractui respicit futurum. Paris. cons. 96 num. 95. & seqnen. vol. 1. Ias. in Aut. Sacramenta Puberum. col. 20. vers. istud limita. C. si adu. vend. Alia autem ex premissis oriri poterit dubitatio, & ponamus casum, vt nulla sit facta in rescripto mentio, quod in instrumento de quo agebatur plura ad essent iuramenta, & tantummodo ab vno habilitatio, & petita & concessa fuerit, vel pariter narrare in precibus ommissum,

quod iudicium esset cæptum, non obtenta relaxatione, & sic in-
26 cursum periurium, & in rescripto S. D. N. adsit solita clausula,
non obstantibus quomodolibet in contrarium facientibus: quo-
rum tenores status, & merita causæ habeantur pro expressis,
Vtrum virtus supradictæ clausulæ sit sufficiens ad liberandum
rescriptum à subreptione, vel obreptione prefata, & primo vide-
tur dicendum quod sic, quia dicta verba habent vim specificæ
mentionis, & expressionis, vt voluit Feli. in c. nonnulli. num. 6.
vers. addatis primo. Butrium de rescrip. vnde si Papa vult in re-
scripto omnia pro expressis haberi, ita rescriptum valere vo-
luit, ac si omnia essent expecificata Bald. in c. super literis. vers.
quod si Papa. de rescrip. Potest autem summus Pontifex ad vali-
ditatem à se gestorum fingere expressum, quod expressum non
est. Butr. consil. 7. num. 5. c. si motu proprio. de preb. in 6. Fed. de
Sen. consil. 47. num. 3. Soc. cons. 166. num. 57. volum. 2. Sed contra
riam opinionem in casu nostro ex iurium rationumque pluralita-
te veriorem esse puto. Pro qua viget primo regula ordinaria,
quod ea omnia in rescripto sunt exprimenda, per quæ moueri po
test princeps ad gratiam cõcedendam, vel non. Bal. in cons. 117.
num. 2. volum. 1. c. postulasti. de rescrip. c. inter monasterium. de re
iud. Alber. Galeot. in rub. de rescrip. num. 8. sed si Papæ esset
narrata contrauentio, periurium incursum, vel pluralitas iu-
ramentorum, de facili relaxationem non concessisset. Decis. Pe-
dem. 22. num. 7. Abb. in cap. querelam. num. 2. de iur. iuran. Glo.
in c. peruenit. de fide iuf. DD. in l. si quis maior. C. de transact. &
27 eo magis quia ex præmissis tertio est ius quæsitum, cui Papa
derogare non intendit etiam ex motu proprio, nisi specialiter
28 de potestatis plenitudine illud tollat. c. quamuis. de rescrip. in
6. c. 1. de rer. per. l. prætor ait. §. merito, & §. si quis a Principe. ff.
ne quid in loc. pub. vtique forsan non rescripsisset, & sic ad non
expressa non debet rescriptum extendi. Immo redditur subre-
29 ptitium, quia tunc tale dicitur, quando tacetur id, quod si esset
expressum, Princeps non esset concessurus, sed etiam id tacito,
quo expresso Princeps non concessisset. c. postulasti ibi leui non
scribimus. de rescrip. c. si proponente. & c. cum a Deo. de præb. c.
si motu proprio. eod. tit. in 6. Secundo daretur inconueniens,
quia æqualis esset conditionis petens habilitationẽ ante cõtra-
uentionẽ simpliciter ad agendũ cũ periurio, qui infamis effectus
est. l. Lutius. ff. de his qui not. infa. decis. 1. de iur. iur. in antiq.
qui pariter & ab agendo, & à limine iudicii repellitur. Decis. Pe-
dem. 22. num. 2. & sic non delinquens cum delinquente, & indi-
recta via ex delicto suo commodum reportaret, contra rex. in l.

congruit.

congruit.ff.de off. presid.& cum tertii præiuditio, Rursus & ter-
tio accedat, quia diuersa sunt habilitare aliquem ad effectum
agendi tempore permisso ante incursum periurium, & periuro
absolutionem concedere, quia habent diuersum statum, & effe-
ctum, cum primus habilitetur, secundus absoluatur: & sic quem-
admodum sententia ex falsa causa lata manifestam continens
iniquitatem erit nulla; ita etiam rescriptum Soci.cõs.59.nu.11.
volum.3. vnde primo de rescripti subsistentia, & veritate viden-
dum est, eoque subreptitio reperto, impetrãs sui fauore erit in-
dignus. Quarto minus est habilitare aliquem ad effectum agen-
di, quod facile (vt dictum est) in initio concedi solet, etiam non
adhibita causæ cognitione, nec ordine iudiciario seruato. Old.
d.cons.120.num.2. quam periurium incursum tollere: at in eo
quod est minus non continetur quod est plus. DD. in Aut. multo
magis. C. de sac. sanct. eccles. igitur nec periurium incursum,
nec pluralitatem iuramentorum, erunt per hanc clausulam su-
blata; quia si in vno corruit rescriptum, corruit in totum. l. cum
de Indebito. ff. de prob. Quinto facit; nam Episcopus ad effe-
ctum agendi ante periurium incursum habilitare potest, vt supra di-
ctum est. Abb. in c. quanto. num. 8. de iur. iur. Sed eo incurso tale
non habet facultatem, ideo vt diuersa non debent eodem iure
censeri. Bar. in l. in fundo. in prima colum. 2. oppo. ff. de rei vend.
Ia. in rub. ff. de acq. poss. col. pen. Bar. in l. stipulantem. §. sacram.
ff. de verb. oblig. igitur cum non sint æqualis condictionis, dispo-
situm in vno non habet locum in alio. Sexto patet quia si quis du-
plici excommunicationis vinculo astrictus fuerit, & vnam tan-
tum in relaxatione exponat, absolutio subreptitia erit, cum prin-
cipis sit intentio super petitis tantum gratiam concedere, & no
petita denegare, c. cum pro causa. & c. officii. de sent. excom. c. ex
parte. de off. ord. c. dilectus. vbi Abb. de rescrip. nam duplex fuit
iculus difficilius rupitur. Eccl. c. 4. & c. 1. de treg. & pac. c. ex mul
tiplici. de decim. Aut. itaque. C. com. de succes. Rol. a val. cõs. 34.
num. 7. vol. 1. itaque cum contractus diuidi nequeant, & vnum
relaxari iuramentum, & aliud non, nullum relaxatum esse con-
cludendum erit. Vltimo comprobetur hæc opinio, quia Papa
difficile, & ceu nunquam rescribere solet, quando ius tertii lædi
tur; immo si expresse non tollitur, intelligitur etiam in rescri-
ptis gratiosis præseruatũ, l. 2. §. si quod a principe. & §. merito. ff.
de quid in loc. pub. glo. in l. fi. in glo. fin. vbi Bar. q. 2. & Ias. col. 2.
cum duabus seq. C. si. cont. ius vel vtil. publ. Bal. in l. 1. C. de cõst.
pec. etiam si motu proprio rescriberet. Alex. & Io. de Imol. in l. ex
facto. ff. de vulg. & pup. Canon. in c. causam quæ. de rescrip. at per

incursum

incurſum periurium eſt tertio ius acquiſitum, & pari modo per ſubreptionem, vel obreptionem. Rol. a val. conſ. 34. num. 5. vol. 1 immo impetrans perinrus redditur, qui audiri nō debet, Gram. conſ. 7. num. 11. & 12. Bal. cōſ. 118. premitteudum eſt. lib. 4. Dec. in c. dilecti. 3. not. de except. igitur cum in ſuo robore remaneat contractus, ex prefato reſcripto nullo, & clauſula, non obſtantibus, ibi appoſita, nullum illatum præiudicium dicendum erit. Nec obſtat dum dicebatur de virtute clauſulę. prefatę non obſtantibus, & clauſulæ ſtatum, & merita cauſæ, quod ſint ſufficientes ad liberandum reſcriptum à ſubreptione, vel obreptione, cum vim habeant ſpecificæ mentionis, & expreſsionis, perin
34 de ac ſi omnia eſſent narrata. Quia reſpondetur, quod per dictas clauſulas Papa nec ius tertii tollere vult nec contra legem, & illius diſpoſitionem diſpenſare, Feli. in c. nulli. num. 12. verſ. limita ſecūdo. de reſcrip. Soci. cōſ. 262. n. 11. volu. 2. loquendo in pro
35 phanis, ſecus autem in beneficialibus, vt ibi Feli. nec ſufficit in genere expreſsio per dictam clauſulam, non obſtantibus. 3. quia ad hoc, vt à ſubreptionis vitio ſaluetur, reſcriptum generaliter factum non debet exprimi, Glo. in c. dilectus filius abbas. in verbo cauſas, vbi etiam Innoc. de reſcrip. l. vt reſponſum. C. de tran
36 ſact. neque generalitas, quæ obſcuritatem parit, eſt attendenda, cum facile ex ea animus Principis circumueniri poſsit, l. quoties. ff. de verb. oblig. l. ſi. in fi. ibi ne dum de falſo ſermone ſe iactat, C. de dot. prom: & ſic omnia ſupradicta non in genere, ſed ſpecialiter, & expreſſe ſecundum facti occurrentiam ſunt narrā
37 da. Rom. conſ. 326. num. 11. & 12. Rol. a val. conſ. 34. num. 5. volu. 1. Fulg. conſ. 156. num. 3. quia vno impedimento ſublato, non tollitur aliud ad eundem finem tendens. l. ſi Dominus. ff. de ſer. vrb. præd. tot autem ſublationes eſſe debent quot impedimenta. l. ſi
38 pupilli. 6. ſi ex pluribus. ff. de nou. op. nunc. & actus habilitationis vltra concedentis mentem operari non debet. l. non omnes. ff. ſi cert. pet. Franc. Turzan. in lib. com. opi. c. 2. num. 3. Sed mens re
39 laxantis fuit tantum ſuper expreſsis diſpenſare, igitur non expreſſa relaxatio comprehendere non debet, & quod ab omnibus iuramentis neceſſario relaxatio ſit petenda, etſi aliquod ommittatur reſcriptum ſit nullum, voluerunt Pariſ. conſ. 43. num. 17. & 18. vol. 1. Burg. Caual. deciſ. 9. num. 25. Affl. deciſ. 20. num. 25. & deciſ. 220. num. 12. Grat. conſ. 23. vol. 2. Rol. a val. conſ. 34. num. 6 & ſeq. vol. 1. & conſ. 26. num. 3. volu. 3. Lauren. de Pinu. conſ. 68. num. 2. & conſ. 87. num. 7. ratio eſt vt dixi, quia quot ſunt iuramenta, tot ſunt capitula, & pacta in inſtrumento appoſita, & ab vno habilitatus, agere nō poteſt, cum a nullo habilitatus cenſea-

tur.

tur. Rom. cons. 317. Feli. in c. debitores. num. 10. de iur. iur. Soc. cons. 59. num. 11. vol. 3. Feli. in c. cum pro causis. in fi. de sent. excom. Paris. cons. 43. num. 20. vol. 1. Bal. in Rel. l. 2. col. 38. verf. quo ad primum. ff. de iur. iur. & generalis constitutio non comprehendit non expressa. Soc. d. cons. 59. num. 8. & 9. l. si decreta. vbi Bart. C. de transl. & sicut relaxatio iuramenti in vno contractu obtenta, non extenditur ad iuramentum alterius contractus, Rui. cons. 66. num. 3. vol. 4. ita etiam relaxatio ab vno iuramento petita, ad aliud non petitum, nec expressum extendi debet, sed & alia dubitatio oriri poterit: Nam solent notarii in omnibus contractibus apponere clausulam iurantes supradicta esse vera, illaque obseruare, & non contrauenire, virtus istius clausulæ est, vt referatur ad omnia in instrumento contenta, perinde ac si in quolibet pacto, condictione, & capitulo, esset iuratum specialiter, & ibi iuramentum appositum. Parisi. cons. 97. num. 89. & seq. vol. 1. Anchar. cons. 226. col. 2. quod suadeatur quia cum capitula sint diuersa, & ad diuersum sensum tendant, in vno quoq; iuramentum appositum censeri debet, ad id faciunt late congesta per Alex. cons. 17. ponderatis his. num. 2. vol. 3. Bar. & DD. in l. si cui serui. §. si a filio. ff. de leg. 1. exempli gratia, si quis in contractu se maiorem asserat, absque alio speciali iuramento, & in fine contractus super omnibus capitibus in eo contentis, vnico iuramento generaliter iuret, ob id secundū Paris. loco citato num. 92. & 97. illud iuramētum censetur appositum, specialiter super assertione maioris ætatis, & aliis capitulis, interpetranturq; verba, iurans omnia, & singula esse vera, id est omnia simul, & singula de per se, ad hoc vt sensus sit diuisus, & non compositus, Bal. in cons. 498. num. 3. & 4. vol. 4. quia indiffinita equipollēt vniuersali. Din. in rub. de reg. iur. in 6. Spec. in tit. de fide instr. §. videamus. vers. item excipe, igitur vti relatiua præcedentium continet, & exprimit quod refert, & etiam se refert ad omnes supradictas relatas qualitates specifice, Bar in l. si quis seruum. §. fi. vers. sed quæro aliquis. ff. de leg. 2. Aret. in l. 3. §. fin. ff. de verb. oblig. & idem est exprimere relatione, quam verbis. Soci. cōs. 42 num. 4. & cons. 62. num. 8. vol. 4. Dec. in cons. 34. num. 7. Adeo igitur iuramentum apponatur in principio, aut in medio, aut in fine contractus, suum debet operare effectum, licet de consuetudine quando qui se maiorem asserit specialiter iurare soleat, vltra iuramentum generale appositum in fine contractus, & ita etiam specialiter iurare consuetum est, in iuramento assero, & aliis similibus, tamē si speciale iuramentum ommittatur, supradicta posuisse volui, ad hoc vt pro abundantiori cautela in commissione

41 missione obtinenda fit de premissis mentio: pariterque erit dicendum in emphyteuta, quia ob non solutionem canonis post annum non expectato biennio cadit a iure suo. Rol. a val. cons. 25. num. 20. & seq. vol. 2. Gram. cons. 64. num. 2. & hanc esse communem opinionem testatur Rip. in l. 4. §. Cato. num. 59. ff. de verb. oblig. & quod id sit verum in emphyteuta ecclesiastico, qui quolibet anno iurauit soluere emphyteusim, & non soluendo cadat a iure suo, dixit Marsil. sing. 226. Gozzad. cons. 57. col. pen. vers. nō obstat. Bal. in c. querelam. vbi Feli. col. 3. asserens hoc dictum esse aureum, in vers. hoc dictum. de communi attestans de iur. iur. quos sequitur Bauer. in tract. de virt. iur. 10. casu. Infero autē ex premissis quod si euenerit casus, in quo in signatura S. D. N. petatur gratia deuolutionis, vti multoties fieri solet, & remitti obtineatur, non absre erit in supplicatione facere mentionem de periurio incurso, ad hoc vt euitetur impugnandi rescriptum periculum. Couar. in prima part. relect. 8. quarto. num. 5. nec de

42 subreptione, vel obreptione obiici possit, quia subreptio illa dicitur, quæ per veri taciturnitatem, seu narrationem verbis confusis, & ineptis fit. Obreptio autem falsum narrando committitur. Abb. in c. cum dilectus. num. 15. de rescrip. Gem. in cōs. 128. in fi. Bero. in c. super literis. lect. 1. num. 1. & lect. 2. num. 3. de re-

43 scrip. de communi attestans Alex. cons. 60. in fi. vol. 2. & subreptionis effectus est vitiare rescriptum ope exceptionis, & obreptionis ipso iure. Capic. decis. 32. num. 14. & seq. & maius vitiū

44 est, quid male exprimere, quam illud omnino tacere. Aym. in cons. 58. num. 5. Gozzad. cons. 26. nu. 21. & plus obreptio, quam

45 subreptio inficit gratiam Papæ. Gemin. in cons. 120. num. 4. Innoc. in c. dilecti. de rescrip. & vitium subreptionis, vel obreptionis adeo in relaxationis iuramenti impetratione est odiosum,

46 quod si iudex secularis rescriptum relaxationis vni tantum ex supradictis vitiis suppositum cognouerit, licet non ambobus, rescripto obedire non tenetur, immo agentem periurum declarare poterit, cum ei non prosit relaxatio obtenta. Aym. cons. 7. num. 17. l. alias. ff. de iur. iur. Bal. in cons. 118. vers. premittendum est. col. 2. lib. 4. c. dilecti. vbi Dec. in 4. not. de excep. nec sanantur prefata vitia per clausulam generalem, quomodolibet in contrarium facientibus minime obstantibus, neq; eorum vnum. Alex. cons. 60. num. 14. vol. 3. Aym. d. cons. 58. num. 5. Innoc. in c. cum dilectus. de rescrip. Butr. in. c. ex parte. de cap. mon. & sic ad alios casus, quando de iuramento tractatur id extendas, quia vt rescriptum tutius sit, si dubitatur de periurio incurso, siue de aliquo quod obstare posset, bonum potas circumstantias narrare

erit,

47 erit, sed quid si in supplicatione, vel commissione adest clausula, & alias prout plenius in instrumento desuper colebrato continetur, cui relatio haberi placeat, perinde ac si præsentibus insereretur, & duo vel tres in instrumento fuerint iuramenta, & habilitatio ab vno iuramento ad effectum agendi, cæteris non narratis, nisi per supradictam clausulam, relatiuam fuerit obtenta, vtrum subsistat rescriptum, adeo quod ab omnibus censeatur habilitatus, & videtur dicendum quod sic, per tex. in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iud. vbi si iudex condemnat Seium ad restituendum omnia, quę ex testamento Titii percepit, vniuersa expressa censemur. Affl. decis. 220. num. 15. cum add. sed in proposito quæstionis nostræ id verum non est, quia eadem rationes militant in hac quęstione, quæ in alia supra relata; vbi in rescripto tantum de vnico iuramento fuerit facta mentio pluribus existentibus: nam si regulam habemus (vt dixi) quod narratio omnium iuramentorum clare, & specifice fieri debet, & si fiat per relationem ad aliud nec est concedenda, nec concessa vti subreptitia valet. Fel. in c. debitori. col. pen. vers. tertio quęro. de iur. iur. & melius in c. constitutus. col. 8. vers. & amplius dicas. de rescrip. immo ita preces porrigęs periurus efficitur. Paris. cons. 43. num. 15. & seq. vol. 1. Gram. decis. 66. nu. 11. Rol. a val. cõs. 34. num. 9. vol. 1. igitur concludendum est, si sigillatim omnia iuramenta in instrumento contenta, per verba clara non erunt expressa, non tenebit relaxatio. Nec obstat tex. in d. §. si iudex. quia sumus in diuersis, nam ibi in testamento ea erant expressa, ad quorum restitutionem erat facta condemnatio, nec poterant retrahere animum Iudicis ad aliter sententiandum, in casu autem nostro non erant omnia iuramenta expressa, quæ si erant Papæ narrata, forsan grãtiam non concessisset, & sic cum sit casus penitus diuersus, non intrat dispositio textus allegati.

SVMMARIVM.

1 *Relaxatio iuramenti ad effectum agendi, stante obligatione cameralis, de stylo signatorę Iustitiæ non conceditur.*

2 *Nec concessa retardat eius exequutionem.*

3 *Cameralis obligatio ex particulari priuilegio, non vi tunc iuramenti habet exequutionem paratam.*

4 *Cameralis obligatio quare adinuenta fuit.*

5 *Rescriptum Papę facient mentionem obligationis cameralis facit eius rigorem cessare.*

6 *Contractus similatus quando dicatur.*

7 Iura-

7 *Iuramentum appositum in contractu simulato, non indiget relaxatione.*
8 *Exceptio simulationis an sit admittenda ad effectum suspensiuum.*
9 *Fideiussor in contractu simulato nullo modo dicitur obligatus.*
10 *Relaxatio iuramenti non est necessaria, si contenta in instrumento non fuerint adimpleta.*
11 *Iuramentum intelligitur perseuerante causa, super quo fuit interpositū.*
12 *Debitor cum iuramento promittens soluere pecunias, non potest stabilia dare eorum loco.*
Limita nisi esset pauperrimus.
13 *Debitor promittens cum iuramento litem in se suscipere, non liberatur soluendo interesse.*
14 *Defuncti iuramentum quando liget heredem.*
15 *Hæres adeundo hæreditatem ad omnia, quæ tenebatur defunctus videtur se obligare.*
16 *Hæres tenetur seruare iuramentum defuncti.*
17 *Iuramentum vti personale non egreditur iurantis personam.*
18 *Relaxatio iuramenti mortuo non est concedenda.*
19 *Relaxatio iuramenti obligationem, & vinculū iuramenti præsupponit.*
20 *Hæres qui non iurauit, nec relaxatione indiget, nec periurium incurrit.*
21 *Canonicus dimittens canonicatum, liberatur à iuramēto præstito, etsi de nuo efficitur canonicus, in eadem Ecclesia, denuo iurare tenetur.*
22 *Periurus in causa criminali, quando quis efficiatur, & quando periurium puniatur.*
23 *Melius est incidere in manibus Dei, quam in manibus hominum.*
24 *Mulier, quæ iurauit non petere legitimæ supplementum, vel non venire contra renunciationem factam ob reuerentiam paternam, vel alienanti bona dotalia, de facili relaxatio iuramenti datur. Neque absque relaxatione est audienda.*
25 *Mulier alienando bona dotalia, dicitur infœlix, & indotata.*
26 *Ius Canonicum, & ciuile in materia iuramenti differunt.*
27 *Ecclesia, minor, vidua, rusticus, vniuersitas, et pauperes, sūt priuilegiati.*
28 *Relaxatio iuramenti etiam, quod adsit læsio, enormissima est necessaria.*
29 *Iuramentum Pupilli, vel minoris contractum validat.*
30 *Tamen petita relaxatione contrauenire poterit.*
31 *Iuramentum minorem repræsentat maiorem, et quomodo ei succurratur.*
32 *Iuramentum non fingit minorem, seu mulierem sagaces.*
33 *Contractus non dicitur spiritualis.*
34 *Simplicitas præsumitur in minore, muliere, & rustico.*
35 *Minor habet iudicium imperfectum, & mulier inualidum.*
36 *Minori, seu alijs, vt supra priuilegiatis, læsis, & deceptis, etiam si relaxationem non petere iurauerint est eis concedenda.*
37 *Minor se maiorem iurans, Beneficium minoritatis perdit, & ei tunc succurritur*

curritur ex priuilegio.l.2.C.de resc. vend. & nu.38.

39 *Dolus ex excessiua læsione præsumitur.*

40 *Minor relaxationē iuramenti petit,ex priuilegio in corpore iuris clauso.*

41 *Clausula,prout de iure,nemini facit iniuriam.*

42 *Minor in Beneficialibus habetur pro maiore.*

CAPVT V.

1 SVbiungamus quæstionem, an, & quando stante Camerali obligatione relaxatio,de qua agimus concedatur, & vti asserit Gallesi. in tract. oblig. in for. cam. videtur dicendum quod non, quia regulariter in curia ex stylo signaturæ,non relaxatur iuramentum ad effectum agendi, in talibus obligationibus,Staf.de lit.iust.fol.mihi 134.vers.stylus.& in cap.fi.nu.1. Conar.lib.1.var.resc.c.4.nu.7. vers.Tertio aduertendum. nam propter reuerentiam iuramenti prius debet soluere:deinde vero solutum repetere,stante maxime renunciatioue, cum constitutione procuratoris,quæ in ea fit,vt Gall.ait in loc.cit. in summario secundæ partis in cap.incip.sed hic sumpta occasione. num.6. &

2 si relaxatio impertiretur dicti contractus in forma cameræ,interim non erit exequutio retardanda, & id vigore Amplissimorum Cameræ Apostolicæ Auditori priuilegiorum, & ista

3 est differentia inter obligationem in forma camerę, & alios contractus,quia prima ex priuilegio, non autem virtute iuramenti habet exequutionem paratam, & sic pendente coram iudice ecclesiastico causa habilitationis à iuramento ad effectum agendi,Iudex laicus poterit ad cameralis, seu in forma cameræ celebrati contractus exequutionem procedere parte instante, in aliis autem contractibus secus, quia à iuramento vires accipiunt. Afflic.decis.30.nu.2. fuit auteni aduentus talis obligandi modus, quia multi Reuerendæ Cameræ Apostolicæ debitores, antequam soluerent tres expectabant sententias conformes, & id maximum Cameræ Apostolicæ præiudiciū afferebat, quia interim suis redditibus priuabatur, igitur ad litium longitudinem dirimendam,cameralis obligationis stylus traditus fuit quemadmodum lex,ex se fauore Cameræ Apostolicæ, & fisci priuilegiata & munita, quæ sicut à iuramento diuersa, abeo robur non accipit, nisi quatenus duo vincula magis vno stringant. Iaf.in 5. in personam. numero 50. Insti. de actio. Curt. Iun.in consilio 50.numero 3.vol.3.Rui. in cons.134.nu.10.vol.1. sed antiquissimum huiusmodi contractus priuilegiū fuisse videtur, etiam à primeua iuris Cæsarei institutione, vti apparet ex tex.in Authent.C.quorū app. nō recip.vbi habetur,quod cō-

tra

tra obligatum fisco,& sic Cameræ;ex contractu,vel aliàs non admittitur appellatio,quia est obligatio cameralis, & ideo contra ipsum exequutiue proceditur. Constat igitur,quod talis contractus ex camerali priuilegio sustinetur; & sic à iuramento robur non accipit,& ideo,cum ex se sit irrenocabilis,& concessa relaxatione nihilominus in suo robore permaneat validus, non impeditur per eam eius rigor,& exequutio. Corn.cons.72.num.3.volu.3. Abb.in c.cum contingat.num.9.de iur.iur.sed quando in rescripto fit mentio de obligatione camerali,vt passim fieri solet, tunc cessat eius rigor,id etiam si in relatione iuramenti esset facta mentio de obligatione,siue instrumento,& non dictum in forma cameræ celebrato,& relaxatio esset concessa, licet obiici posset de nullitate, quia expresse cameralis obligatio non fuit nominata;tamen propter reuerentiam signaturæ,& quia Papa cõcedendo relaxationem videtur, quod ex causa sibi bene visa voluerit iuramenti, & contractus efficaciam tollere, & irritare; quod pariter fecisset,si verbum Cameralis obligatio appositum esset,cũ isto casu,nihil referat ommissio. Cor. late multa cõgerẽs in cons.60. num. 18.& 19.cum seq. vol. 2. nondum ad vlteriora procedendum,sed absti nendum fore omnino dicerem. Sed quid si dicatur contractus simulatus,nam tunc talis nominatur, quando vnum in eo fingitur, & aliud agitur, & quodammodo depictus dicitur.l.nuda,ff.de contr.emp.Soci.cons.264.num.4.vol.2, extrinsecus autem apparet,intrinsece vero nihil habet,nec contractus nomen meretur,quia nihil tam sibi contrarium est, quã simulatio, quæ facit consensum deficere, quo deficiente corruit contractus,tot.tit.C.plus val.quam agi.Soci.cons.27.col.6.vers. secundus scrupulus.lib. 4. quem refert & sequitur Mass. ad for. obl.cam.q.2.num.5.ad 4.part.Bar.in l.ab Anastasio.in 4.not.C. mand.Ias.in 5.fuerat.nu.8.Insti.de actio. & iuramentum in contractu simulato appositũ est nullum, Viui.lib. com. opin.opini. 425.in prin.nec tunc est petenda eius relaxatio, vt ibi per Viui. num.3. late multos adducentem. Cum igitur contractus in substantialibus, & necessariis super quibus fundatur iuramentum deficiat,& sic non potest stipulatio consistere,& conractus,& iuramentum corruunt,igitur non aliter relaxatione iuramenti petita poterit de simulatione dici. Soc.d.cons.264. num.11.vol.2. Bal.& Sali.in l.emptione.num.1.vbi etiam Ang. C.plus val.quã agit.ob id in præsenti casu superflua erit cõmissio. Cald.cons.1. num.6.de iur.iur.Pari.cons.54.num.64.& per tot vol. 1. etiamsi simulationi fuerit per iuramentum renunciatum, vt ibi Paris. & Ruin. cons.66. num. 1. vol.4. sed quando ad effectum suspensiuũ

talis

talis sit exceptio admittenda, remitto te ad Gallesi. vbi supra, nã ordinariæ huiusmodi exceptiones peruertentes exequutionem non attenduntur. Bald. in l. si fideiussor. §. quidam. n. 1. ff. mand. & quemadmodum in exequutione sententiæ non possunt opponi exceptiones, ita nec in exequutione instrumenti Cameralis sentẽtiæ æquiparati, Bar. in l. cum vnus. n. 10. ff. de bo. aut. iud. poss. Ro. cõs. 94. n. 4. Bal. in l. nõ solũ. §. necessitate. ff. de bo. quæ lib. Hinc si-
9 gnãter dixit Lud. Rom. in l. si sub specie. n. 69. & 70. C. de postul. qđ fideiussor in cõtractu simulato nullo pacto dicitur obligatus, quia pro eo, quod non erat, se obligauit, pariterq. meo iudicio erit di-
10 cendũ, quando contenta in instrumento ex parte dantis non sunt adimpleta, vel alias, quod tunc nec etiam sit necessaria relaxatio iuramenti, quia habet iuramentũ in se tacitam cõdictionem qua tenus id, sup quo fundatur, fuerit adimpletũ, quia si nõ adimplea tur, deficit consensus iurantis, & relaxatio nõ videtur necessaria. Aym. in cons. 127. n. 16. Dec. cõs. 350. col. fi. Bal. in l. fi. C. de nõ nu. pec. Intelligitur autem iuramẽtum perseuerante causa eadẽ, sup
11 qua præstitũ fuit, & secundũ intentionẽ disponentis, ideo ea cessante, etiã iuramentũ cessat. Oldr. cõs. 141. factũ est tale. Aym. cõ sil. 127. n. 16. & an in tali contractu non adimpleto cadat iuramẽtũ, vide Abb. in c. cũ contingat. de iur. iur. & quod non adimpleta condictione iuramentum non valeat, dixit Rol. a Val. cõs. 7. n. 61. & 62. cum seq. vol. 3. quia si nõ valet principale, neq. accessorium & iuramentum non extenditur, nisi vsq. quo consensum est ac ad promissionis virtutem, quam habet actus, super quo interponitur. Dec. cons. 493. n. 25. & seq. Ang. cons. 315. Paris. cons. 12. n. 68 vol. 2. Rui. cons. 137. n. 16. volu. 2. Soci. cons. 144. num. 48. volum. 2. Rui. cons. 67. n. 10. vol. 4. & cons. 8. n. 14. vol. 2. Dec. cons. 536. nu. 7. Debitor promisit cum iuramento creditori soluere in pecunia numerata, seu litem in se suscipere, & isto etiam casu talis, & tanta est iuramẽti virtus, quod si loco pecuniarũ, creditori inuito tot
12 bona stabilia tradere voluerit, facere non poterit, quia in ea specie, in qua promisit adimplere tenetur, & nõ aliã loco ipsius subii cere. c. ad nostrã, el primo, vbi DD. de iur. iur. Matthes. sing. 54. no ta qđ iuramentum. Villal. in verbo iuramento. n. 22. deci. Pedem. 92. num. 2. Id tamen limitandum videtur sec. decis. Benint. 28. nisi debitor esset adeo pauper, quod sibi soluere impossibile foret, & maxime si casualiter effectus pauper esset, qa cũ sint miseratio
13 ne digni, tũc a piurio excusãtur, vt eleganter dixit Bal. in cõs. 250. num. 15. lib. 1. Nec pariter si in se litẽ suscipere teneatur, per solutionẽ interesse liberatur. Rui. cõs. 187. n. 2. & 3. vol. 1. Cap. Tholos. dec. 407. & ibi Steph. Aufr. in addit. Rom. cõs. 512. n. 11. quod amplius

pliatur, etiam in hęrede locum habere; ratio est, quia ista obligatio accepit robur, & uires à iuramento defuncti; ob id illa qualitas in iuramēto apposita variari, seu immutari per hęredē nō potest, quia isto casu effectus iuramēti de sui natura, valide ipsū cōprehēdit, Capi. dec. 174. n. 11. & 12. Ang. in cōs. 326. n. 2. Bau. in tract. de iur. iur. ver. 45. & licet hæredis aiam nō liget, quia per sonā iurātis non egreditur. Rui. cons. 107. n. 18. vol. 1. c. veritatis.
14 vbi DD. de iur. iur. Alex. consil. 120. num. 19. volu. 6. tamen quo ad obligationis efficaciam per iuramentum inductam, trāsit ad quemcumque successorem, vt late per Ant. Gabr. de iur. iuran.
15 conc. 6. nu. 3. ex quo iuramentum defuncti, hæredis factum reputatur, & sic quando actus ad ipsos transit, etiam transit cum se quela iuramenti. l. si hęredi. in prin. ff. de stat. lib. Bal. in rub. ff. de pact. verfic. tertio quęritur. & adeundo hæreditatem, ad omnia se obligare videtur, ad quę tenebatur defunctus, immo cum creditoribus contrahere, Soci. consil. 28. num. 1. & 2. volu. 3. Dec.
16 consil. 693. num. 6. l. quod obtinet. C. de probat. Gemin. in capit. quamuis. de pact. in 6. immo ne anima defuncti lædatur, hęres iuramentum defuncti seruare debet, cap. fin. de sepult. c. in litteris,
17 de rapt. Abb. in c. cum contingat. n. 8. versi. nec obstat, quod transeat, de iur. iur. & licet (vt dixi) vti personale, iurantis personā non egrediatur. Innoc. in cap. veritatis. de iur. iur. Spec. in tit. de iur. calum. §. sequitur. versi. sed numquid hæres. Tamen quo ad naturam contractus transit ad hæredem, & naturam sequitur contractus transmissibilis etiam quo ad vinculum temporale, & exequutionem, & sic ipsum ita afficit, non quo ad spirituale, neque ad sortiendum forum Episcopi. Bal. in Aut. sacramenta puberū.
18 C. si aduer. vend. & in rep. l. 2. ff. de iur. iur. Nam ista sumpta occasione scias, quod si ille, qui iurauit mortuus sit, non potest in eō cadere relaxatio iuramenti, neque absolutio, quia persona mortua non potest absolui, tum quia mors omnia finit. §. deinceps. Aut. de nupt. tum etiam quia non est, in rerum natura, & non entium nullę sunt qualitates, l. 2. ff. de orig. iur. l. eius qui in pro. in fi. ff. si cert. pet. neque pari modo hæres, qui nō iurauit, potest ab-
19 solui. Rui. consi. 70. num. 10. volu. 3. Anchar. cons. 20. nu. 6. quia absolutio, seu relaxatio præsupponit obligationem, & vinculum iuramenti. Corn. consi. 72. n. 4. volu. 3. & melius in consi. 71. n. 12.
20 vol. 3. cum adduct. Innoc. & DD. in d. c. veritatis. de iur. iur. & ista de causa hæres, qui non iurauit, non indiget relaxatione, at quādo hæres ligetur ex iuramento defuncti, vel non, vide Bal. eleg. in rep. l. iusiurandi. versi. sed nunquid mortuo iurante. ff. de iur. iur.
Igitur prædecessoris iuramentum minime successorem, obligat, spiritua-

spiritualiter, Corn. cons. 112. n. 2. vol. 4. d. c. veritatis. de iur. iur. & quia non iurauit, incurrere periurium non potest. Fed. de Sen. cons. 264. n. 6. ob id Canonici successores pariter iuramento an-
21 tecessorum non ligantur, neque ille qui fuit Canonicus, & deinde Canonicatū dimisit, remanet iuramēto astrictus, imo si inibi Canonicus denuo efficiatur, iurare denuo tenetur iterū, c. venerabilē. de elect. c. 2. de no. op. nun. c. ex insinuatione. de simo. c. in-
22 ter. de renunc. Fed. de Sen. vbi supra. In causa criminali, qū quis in examine prænio iuramento interrogatus, seu respondens inquisitioni neget, licet denegato crimine postea conuincatur, nec efficitur periurus, nec de periurio punitur. Ghir. in trac. de rela. carcer. sub c. de fuga carcerati. col. 3. n. 22. Bar. in l. 1. ff. de bo. co. qui ant. sen. mor. sibi consi. Bal. in l. & si legibus. col. 1. C. si con. ius vel vti. pu. Bero. q. 134. & 135. Rui. cons. 11. n. 9. vol. 4. Bal. & DD. in l. 3. C. de reb. cred. l. 2. ff. eo. ti. sed in hac materia ne prætermit tas videre textū, in c. quis aliquādo. ibi, nō enim dico, vt te publi ce accūses. de pēn. dist. 1. qđ declara in causa, in qua pena sanguinis irrogatur, vt pulchre declarauit Ghir. in d. tra. in rub. de fug. carce. & nisi tertii præiudicium tangat, vt puta in teste, & simili,
23 qa supradictis sublatis agitur cū Deo, qui vultor efficitur, in cuius manibus melius est incidere, quàm in manibus hominū, quia Deus mitius, quàm Principis minister nobiscū agit. Bo. dec. 305. n. 4. & cessante tertii præiudicio, non tenetur in foro contentioso Boe. deci. 334. n. 3. Boss. in tit. de periu. n. 3. Iul. Clar. in §. periuriū. vers. excusatur. Cagn. in l. si quis maior. n. 185. C. de trāsac. Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de off. proc. Ias. in l. si duo patroni. §. si
24 quis inerit. n. 1. & 2. ff. de iur. iu. Bero. lo. ci. n. 9. & cons. 109. p tot. late quæst. disputās. Veniamus ad mulierē, quę iurauit nō petere legitimæ supplemētū, vel cōtra renūciationē factā ob reuerētiā, siue metū paternū non venire ēt si nō cōtrauenire iure iurando pollicita fuerit, & pariter res dotales, ēt cū iuramento & læsione alienauerit: nihilominus relaxatio sibi cōcedi debet, Pau. de Castr. in l. pactū dotale. vbi Bal. in 1. q. C. de coll. idē Cast. in cōs. 117. circa primam quęstionē vol. 1. Io. Campeg. in trac. de dot. par. 4. q. 5. n. 1. & 2. Fed. de Sen. cons. 199. de quorum intellectu vide la-
25 te Anch. cons. 35. n. 3. & seq. Neq; erit absq; relaxatione audiēda, qa licet ex renūciatione seu alienatione rei dotalis in cōtractu nō lædatur, tamen quia facta fuere lege resistente, adiuuanda est. l. cum lex. vbi Bar. ff. de fide inst. & tot. tit. ff. de fund. dot. Aut. siue à me. C. ad Velleian. stante etenim præfata renunciatione plura concurrunt, fragilitas sexus, Patris reuerentia, maxima læsio, metus, dolus, deceptio, & interdū minor ætas; ex quibus renūcia-

tionem non tenere arbitrandum videtur in mulieris fauorem, vt de cõmuni atteſtatur Corn. in cõſ. 58. n. 11. vol. 4. Fran. Aret. cõſ.
26 93. Tamen geſta vigore interpoſiti iuramenti ſeruare debere nemo eſt qui ambigat. capit. cum contingat. vbi Abb. de iur. iuran.
27 Anchar. q. 35. num. 9. lib. 2. Alienando autem bona dotalia, dicitur mulier infelix indotata, & ob id ius ciuile circa hoc habet motiua magis naturæ propinqua, & vult, quod maturum conſilium requiratur, vbi legibus renunciandum eſt, ſed ius canonicum bonum animæ reſpiciens, ac Dei reuerentiã, & timorẽ, iuramenti obſeruantiã præcipit, vt notanter dixit Bald. in 5 itẽ ſacramenta. n. 19. de pac. iur. firm. & non ſolũ mulieribus, qđ eſt genus
28 auariſimũ, & ita eas vocat tex. in l. ſi ego. ff. ad Treb. id conceſſũ eſt, verum enim aliis perſonis æque priuilegiatis, vbi adeſt enormiſſima læſio, vt puta eccleſiæ, minoribus, puberibus, ruſticis, viduis, vniuerſitati, pauperibus, & ſimilibus. c. 1. de reſt. ſpol. in 6. Iaſ. in Aut. ſacramenta puberũ. n. 64. C. ſi adu. vend. Doct. rel. per Ant. Gabr. in lib. com. opi. conc. 1. n. 1. & ſeq. Curt. Iun. in cõſ. 141 n. 16. Capic. dec. 159. n. 28. & ſeq. Merlo. con. 24. vol. 1. & con. 227
29 in fi. & licet aliqui Doctores relaxationem non tenuerint neceſſariã, quãdo adeſt enormiſſima læſio, nẽpe Ant. de Butr. Abb. Alex. Caſtr. Iaſ. Cuman. Corn. & Bolog. de quibus per Ant. Gabr. in lib. com. op. tit. de iur. dot. conc. 1. n. 12. tamen tibi conſulo, vt in cautela abundando, ad litium anfractus, vitã hominis interdũ requirentes reſecandos, illã procures qđ eſt de mente Rol. a val. in cõſ. 59. n. 27. vol. primo, & Soci. Iun. in cõſ. 48. n. 29. vol. 4. & in hac quæſtione vide Imo. in collec. com. op. cõcl. 32. lib. 4. vbi ampliãdo, & limitando multa copioſe recenſet. Idem dicendum etiam erit in minore, ſen impubere, qui ex contractu reperitur læſus, & agere vult ad eius reſciſſionẽ, nam in primis relaxationẽ petere debet, quia licet iuramentum minoris, vel pupilli contractum etiã nullum valideat. Iaſ. in d. Aut. Sacramenta Puberum. n. 17. Corn. conſ. 72. n. 1. vol. 3. idque tam de iure ciuili propter generalitatẽ Aut.
30 ſacramẽta puberum, quam de iure canonico, vt colligitur ex text. in c. cum cõtingat. de iur. iur. & c. licet mulieres. eodem titulo in 6. & in c. quãuis. de pact. eod. lib. tamẽ non tollitur, quin petita priùs relaxatione poſſint contra inſtrumentum iuratum venire. Paul. de Caſtr. in d. Aut. ſacramenta puberũ. n. 5. Inno. in c. venerabilem. n. 5. de electio. & licet iuramentum ſit quid ſpirituale, & minorẽ maiorẽ repreſentet. Aym. cõſ. 7. n. 4. & conſil. 92. n. 11. tamen ſi enormiter læſus reperiatur, ex quo dolus in læſi fauorem præſumitur nõ ſolum relaxatione, verum etiam reſtitutione in integrũ iuuari debebit, Corn. d. conſ. 72. n. 8. vol. 3. prout latius infra Deo

dante,

dante, in commissione restitutionis in integrum dicam, at quando relaxatio stante enormi læsione sit necessaria, vide Menoch.
31 cons. 24. num. 5. & 24. vol. 1. & quamuis iuramentum minorem repræsentet maiorem, & pariter mulieri obsit; tamen eos neque
32 prudentes, neque sagaces facit. Dec. cons. 45. nu. 3. Cald. cons. 8. de iur. iur. Cuma. cons. 182. id tamen quo ad sacramentum iura-
33 menti, & non quo ad contractum intelligitur, quia cum contractus non sit spiritualis, nec reguletur, seu seruari debeat ad instar iuramenti. Ias. in d. Aut. sacramenta puberum, nu. 40. Corn. d. cons. 72. nu. 2. si in contractu de læsione, seu iuramento temerario constiterit, vel aliis similibus, cum iuramentum non debeat esse vinculum iniquitatis, causa legitima subsistente seruari non debet. Corn. cons. 71. nu. 10. vol. 3. Anchar. cons. 375. nu. 2. subueniendum inquam ipsis est, quia ex personæ, & ætatis qualitate, deceptio facile detegitur. Nam constat fragile, & infirmum esse huius ætatis consilium, multis captionibus, multorumque insidiis oppositū, vti elegater dixit tex. in l. 1. ff. de minor. hac igitur de causa eis auxilium, & aduersus captiones opitulatio præstari
34 debet, quia simplicitas præsumitur in minore, rustico, & muliere l. cum de indebito. §. sin autem is. ff. de probat. nam vt dixi imperfectum consilium habent. l. fi. C. de re milit. & occasione supradictarum rerū leges fauorabiles ipsis sunt. Si igitur de læsione constabit, iuramentum eis non nocebit, quia cum ab homine datum sit, constito summarie de læsione, etiam ab homine auctoritatē habente erit relaxandum. Cald. cons. 57. nu. 2. de iur. iur. & licet
35 in Aut. sacramenta puberum, minor maior repræsentetur, tamē id verum est in iis, quæ iuris arte consistunt, cum ob id non fingantur prudentes, neque sagaces, neque sint, quia minor habet
36 iudicium imperfectum, & mulier inualidum, quod est naturale, & immutabile, vt voluit Bal. in rub. C. de rerum permu. & Bar. in l. fi. ff. qui satisd. cog. Cuman. cons. 180. nu. 4. & sicut ait quædam additio ad cons. Dec. 45. supra citatū, Aut. sacramenta puberū. videtur inanis, cum fuerit quoddam fragmentum Barbarossę, & nunquam in ducatu Mediolani vsu receptum, quod an verū sit,
37 cogita: sed ad rem reddeundo, dico, quod minori si fuerit læsus, si per uim aut metum, aut paternam reuerentiam iuramentum præstiterit, si fuerit deceptus, si cum eo dolose actum, & de aliis relatis per DD. in Aut. sacramenta puberum, & per Franc. Viui. in lib. primo. com. opi. concl. secunda, nu. 12. etiam si cum iuramento renunciauerit beneficio non petendi talem relaxationē, erit nihilominus ei concedenda. Anchar. in c. canonum statuta. q. 2. de constitu. Feli. in c. in præsentia. num. 8. de probat. Aflict.

38 dec.322.n.8.Rui.cõs.6.n.23.vol.3. aliàs non petita relaxatione, licet adsit læsio non succurritur sibi stante iuramenti obstaculo ex remedio l.2. C.de rescin.vend. Grau. cons. 188. nu. 8. vol. 1.de communi,attestans in cons.114.nu.9.eod.volum.cum add. vbi id ampliat etiam si iurauerit, non cõtrauenire respectu minoris ætatis,qđ intelligẽ,& ibi per eũ,& dicam infra in com.rest. in integ.at quando se maiorem iurauit, tunc minoris priuilegia perdit, & cum eo vti cum maiore agendum est, quia iuramenti virtus ipsum maiorem repræsentat. Dec.consil. 349. num.6. Paris.consil.12. num.64.vol.1.Soc.Iun.consil.48.num.18.Tamen si
39 ex venditione reperiatur læsus, ei succurritur ex remedio l. 2. C. de resc.vend. quemadmodum fit maioribus, quod suadetur quia tunc non poterit agere ratione minoris ætatis, sed læsionis enormis.Grau.consil.7.in princ.& in consil.151. col.1.Rol.a val. cons.59.num.3.vol.1.etiam si iurauerit,relaxationem non petere, nec iuramento contrauenire Ratio est, quia iuramẽtum non abstergit simplicitatem harum personarum. Bal. in Rubr.C. de rer.permut.Franc.Turzan.in lib.comm. opin. cap. 159. num. 1. nam si succurritur in isto casu maiori, multo magis & minori. Rol.vbi supra num. 29. Castr. consil.174.col.1.vol.1.Grau.cons. 142.col.pen,vers.quid hic dicemus,licet Rol. à val. consil.supra proxime alleg.num.31.& seq.asserat, quod l.2.locum non habet quando contractus fuerit geminatus,de quo per Anto. Gabr.de empt.& vend. concl.1.n. 124. seu in eo interuenerit decretum iudicis,quod pro vero non firmo,cum pro excessiua læsione, dolus ex proposito præsumatur, quia non est verisimile quem passum fuisse se lædi enormissime absque dolo partis. Corn. consil. 133. num.7.vol.3.& in consil.214.num.4.eod.vol.Paris. cons. 75.nu. 20.vol.4. & talis relaxatio ad effectum agendi, erit concedenda absque partis citatione.Paris. consil.54.num.85.vol.1.Rui.cons.
40 69.num.12,vol.3.Bertr.consi.54.col.fi.vol.1.Petit autem minor huiusmodi relaxationem ex priuilegio in corpore iuris clauso, in sui fauorem resultante, & ideo ne sibi plus, in commissione per signaturam iustitiæ, quàm à iure indulgeatur, addenda erit clausula (vti quotidie fit) in practica prout de iure, ex qua pars
41 non dannificatur,cum iuris obseruantia ad alicuius damnum nõ sit.cap.nonnulli.de rescrip.neque pariter de rescripto, cum tali clausula impetrans conqueri poterit.Cald.consil.7. nu.2. de iur. iur. Nam in multis conceditur minoribus talis relaxatio,& alii consimilibus de iure & in multis denegatur,vt late tractant scribentes in d.Aut.sacramenta puberum. quorum dicta breuitatis causa non recenseo,cum per se quilibet ea videre possit. Idcirco

ne contra

ne contra iuris disposition aliquid ipsis impertiatur, erit addenda supradicta clausula, cuius vigore iudicis arbitrio omnia remissa esse censebuntur. Innoc. in cap. canonum statuta. num. 2. de constit. & erit conditionalis concessio, cum clausula prædicta prout de iure, & faciens condictionem, ideſt quatenus ius petitis assistat. decis. Pedem. 5. num. 1. & decis. 131. num 1. Dec. in cap. oblatæ. num. 2. versi. & si iudex, de appell. si igitur de iure habilitatio non veniret concedenda, impetranti erit inutilis, & nihil
42 operabit. Rui. consil. 61. num: 27. vol. primo. Fallit in beneficialibus, quia minor habetur pro maiore, cap. ex parte. de rest. spol. Sarnen. sup. reg. de trienna. q. 15. n. 14. Lap. alleg. 53. in fin. tandē
43 pro missi soluere 10. in paschate resurrectionis sub certa pœna, & rescriptū aliquod non impetrare iuraui, deinde amplā obtinui dilationem, quæro an pœna sit commissa, & dico quod sic, si in rescripto non fit de supradictis mentio, & de periurio incurso, Sali. in l. omnes. num. 6. C. si con. ius vel vtil. publ.

SVMMARIVM.

1 *Papa quando tollat ius tertio quæsitū ex periurio, distinguevt nu. 2. & 3.*
4 *Verbum de plenitudine potestatis appositum in rescripto Papæ, non tollit ius quæsitum laico, in temporalibus non subdito.*
5 *Relaxatio iuramenti est concedenda ei, qui vsuras soluere iurauit,*
6 *vsuras soluens sine peccato facit, sed non recipiens.*
7 *Iuramenti relaxatio, si est periculum in mora, & superioris copia non habetur, omittiti poterit.*
8 *Iura ex causa transgredi licitum est.*
9 *Iuramentum an ab homine relaxari valeat, & quando non nume. 11. limita num. 12.*
10 *Statutum laicorum an iuramenta remittere valeat.*
13 *Relaxatio est petenda, licet statutum disponat, quod à Laudo non possit peti reductio ad arbitrium boni viri.*
14 *Iudex non debet esse auctor periurij.*
15 *Periurium incurrit non petens relaxationē iuramenti, super compromisso.*
16 *Relaxatio Iuramenti antequam a Laudo reclametur peti debet.*
17 *Index Ecclesiasticus constito de vsuraria prauitate, inhibet laico Iudicine procedat.*
18 *Retardat exceptio vsuraria exequutionem, etiam stante Camerali obligatione.*
19 *Periurium esse incursum, in materia Laudi Index ecclesiasticus declarare debet.*
20 *Relaxatio iuramenti an peti possit per procuratorem.*

21 *Contraxit aliquis Florentiæ, & voluit vbique conueniri, vbi petere debet relaxationem iuramenti.*

22 *Appellatio an à concessione relaxationis sit admittenda, quod non declara. num. 23.*

24 *Actus contra iuramentum gestus, quando sit nullus vide multa exepla. Declara vt num. 25.*

26 *Iurans soluere, non potest compensare.*

27 *Regula dolo petis, quod restituturus es, non habet locum, quando adest iuramentum.*

28 *Iuramentum potius quam conditio, debet in forma specifica adimpleri.*

29 *Clausula apponi solita in contractibus per Notarios iurans omnia esse vera, & non contrauenire quid operetur.*

30 *Dictio, integre, quid importet,*

CAP. VI.

FVit per S. D. N. aliquis habilitatus ad effectum agendi, & vnico contextu, eisdemve precibus absolutus à periurio incurso, parte etiam citata, vti fieri solet, ideo hac nactus
1 occasione modo quæro, vtrum ius ex periurio parti acquisitum censeatur sublatum, & per consequens derogatum regulæ, de iure quæsito non tollendo. Hanc quæstionem reperio motam per Gomes. super Reg. Cancel. de iur. quæs. non toll. reg. 16. nu. 2.
2 vbi distinguit, quod aut constat de enormissima læsione, aut nõ. Primo casu si constat de enormissima læsione, regulę derogatum intelligitur. Ratio est, quia Papa motus fuit ex illa causa, eaque
3 probata, & legitima existente, regulæ derogatũ intelligitur, Aut læsio non fuit probata, & tunc quemadmodum (vt dixi) iuramento succumbendo ligati remanent, vti prius erãt, ita & ius partis illæsum, & regula ita intelligenda, alias rescriptũ, si in primo capite nõ operaretur, esset frustratorium, ac æquitatẽ non saperet, & ita in sacro Rotæ Auditorio pluries ibi Gomes. iudicatũ fuisse testatur, & sentit id Aym. cons. 7. n. 8. Abb. in cons. 12. in vlt. dub.
4 & in consil. 61. col. fin. lib. 1. Si autem Papa in rescripto apponat verbum de plenitudine potestatis, & agatur de præiudicio tertii laici, in temporalibus Papæ non subditi, ius quæsitum ipsi laico non subdito minime tolleret, quia Princeps contra non subditum non potest vti plenitudine potestatis. Aym. d. cons. 7. nu. 8. & 9. Ant. & Imol. in Clem. Pastoralis. de re iudi. Soci. consi. 164. ver. quartus est casus. vol. 6. & consi. 37. in fi. vol. 3. & consil. 120. col. 8. in fin. eod. volu. & Papa iurisdictionem laicorum dominorum, dummodo cognitio causæ ad Ecclesiam non pertineat turbare,

non

non intendit. Abb. in c. licet ex suscepto. num. 2. & 6. de for. comp.

5 Relaxatio iuramenti pariter est ei concedenda, qui iurauit soluere vsuras, nam licet iuramento ligetur, quia ex parte iurantis

6 vsuræ solui possunt, tamen cum ex parte recipientis exigi, absq; peccato non permittuntur, passim danda est relaxatio. c. 1. & 2. & c. ad nostram. de iur. iur. Paul. de Castr. cons. 159. num. 2. vers. sicut videmus. vol. 2. Menoch. cons. 24. num. 26. vol. 1. & dato etiã quod iuramentum esset licitum, nihilominus cautius agendo ne cessario eam petat etiamsi dolo esset extortum. Dec. in c. ad hęc. num. 1. de appel. c. verum. vbi Glo. in verbo absoluerunt, & DD.

7 de iur. iur. Id tamen limita, & intellige, quando non esset iuramentum temerarium, siue illicitum, vel periculum in mora, nec haberi posset superioris præsentia à quo relaxatio esset obtinenda nam illo casu absque ea poterit contrauenire. Innoc. in c. venerabilem. nu. 6. de elect. & elect. pot. c. anteces. lor. 1. q. 3. Feli. in c. 1. num. 50. vers. benefatendum est. de constit. Ratio est, quia in expectando superioris licentiam, & præsentiam, maximum damnum oriri poterit, vt bene cõsideratur in c. vnic. in fi. ne sed. vac.

8 in 6. & per Iaſ. in l. 1. nu. 2. C. de prec. Imp. offer. ex causa etenim iura transgredi licitũ est. Bal. in rub. C. qui admit. Innoc. & DD. in c. 1. de cõst. & sic ex legitima causa iuramento contrauenies, non efficitur periurus. Glo. in c. querelam. in verbo, necessitate. de iur. iur. Abb. in c. veritatis. nu. 59. de dol. & cont. tamen si casus eueniret, tutius esset quam primum superiorem adire, & trãsgressionis causa narrata, absolutionem obtinere, facta prius præmissorum protestatione, & declaratione: sed quando vsuras soluens debeat relaxationẽ iuramenti petere, vide late Sum. Sylu.

9 in vsura 8. nu. 9. vbi optime modum ponit, succesiue videamus an iuramentum ab homine, in cuius fauorem præstitum fuit relaxatum valeat, & dico quod sic, quando est aliquid ad eius vtilitatem promissũ, videlicet si sub iuramento seruitium præstare, seu pecuniam soluere promissum sit, quia tunc secundum eius voluntatem & vtilitatem poterit dispensare, cum per remissionem ei satisfactum, & solutum esse censeatur. Oldr. consil. 241. Diu. Tho. 2. 2. q. 86. art. 9. Couar. prima part. relect. 8. 3. nu. 1. Tabien. in verbo iurare. 8. 18. Corn. cons. 121. num. 5. vol. 4. Anchar. in c. canonum statuta. col. 76. de constit. Feli. in c. 1. num. 12. & plur. sequen. de iur. iur. quod tamen declara secundum Feli. ibi si non adest præiudicium tertii, sed si duo socii iurarint ire simul ad sanctissimum Sepulchrum, sibi inuicem iuramentum remittere non possunt de non eundo, sed bene de non eundo simul. S. Tho. 2. 2. q. 8. art. 6 in respons. ad Argum. si vero incursum esset

periu-

periurium, is in cuius fauorem iuramentum datum fuit, non po
10 terit illum remittere, quia respicit offensam Dei. Affl. decis. 36. num. 2. Bal. in Aut. quòd eis. C. de nupt. Bart: in l. Labeo. ff. de iur. iur. Aut non concerint in totum eius commodum, & tunc pars illud remittere non potest, vt per DD. supra relatos. & supra in proximo numero posita intellige, dummodo iuramentũ con-
11 tra principis prohibitionem præstitum non sit, quia tunc pars, in cuius fauorem datum fuerit, ad relaxationem cogi poterit, nam stante Principis prohibitione, cui parendum est vti turpiter lege resistente receptum, ad relaxandum compelli poterit. Fed. de Sen. cons. 256. & cons. 277. num. 2. quod pariter declara procedere quo ad legem diuinam, & non quando contra legem humanam. Lud. Rom. cons. 427. num. 11. quia si de iure ciuili iuramenta inuiolabiliter sunt seruanda. d. Aut. Sacramenta puberum. tanto magis de iure canonico, nam cum talia iuramenta in Deum dirigantur; legibus humanis non sunt subiecta, vt dixit Rom. loco supra citato. c. licet. de regul. & c. duo sunt. 19. q. 2. & ideo iudex tam ecclesiasticus, quam laicus poterunt cogere illum, qui iuramentum recepit super solutione vsurarũ ad relaxa-
12 tionem, vt late dixit Couar. var. res. lib. 1. cap. 4. num. 5. vers. verũ, cũ ibi late add. qui optime declarat hoc dubiũ. Occurrit præterea alia dubitatio, vtrum per statutum, seu statuta laicorum iuramenti vires tolli possint, seu infirmari, & breuiter dico, quod non, quia cum iuramentum sit de iure diuino. c. fi. de for. comp. in 6. vbi DD. statuentes laici non possunt ab illo auferre, nisi illas vires à iure ciuili permissas, & hac de causa inferiores à Papa contra illud statuere nequeunt. Clem. Romani. de elect. Gom. cons. 72. num. 5. vers. & idem videtur. vol. 3. & de hoc late tractat Ant. Gabr. de iur. iur. in lib. com. opi. concl. 5. nu. 15. & Viu. eod. lib. com. opin. opinione 791. in verbo statutum. Soarez. in lib. com. opi. in verbo iusiurandum. num. 296. De iure autem canonico & obligat, & actionẽ parit, iuxta illud Num. 30. si quis viro rum constrixerit se iuramento, non faciat irritum verbum suũ, & ibidem. deinde postea quam semel de ore suo verbum egreditur, animam suam iuramento obligauit. c. iuramenti. 23. q. 3. & quod Princeps, seu lex secularis, non possit etiam vinculum iuramenti remittere, etiam si adesset causa, quando ad hanc remissionem est absolutio necessaria, tantum summi Pontifici, & episcopis permissa. c. 1. & c. si uero & cap. cũ quidã. 5. fi. de iur. iur. c. venerabilem. de elect. volunt Host. Abb. & DD. post glos. in c. quanto. de iur. iur. Couar. qui late per multas columnas banc quæst. disputat. in 1. part. relect. 5. 3. num. 7. & seq. late multa con

gerens,

gerens, & declarans, quando, & quomodo id fieri posit, cuius verba referre nolui, quia laborioſum esset, & inibi uideri poſset, & licet ſtatutum ualeat permittere appellationem à laudo, ſiue reductionem ad arbitrium boni uiri, non obſtante quacunq; renunciatione, uel pacto, de ea nõ petendo, quia cum contrahentes ſint laici, & de eorum foro, id eſt ipſis permiſſum, tamen relaxatio eſt petenda; quia licet per reductionem petitam actus non uitietur, tamen ſi ueniens cõtra laudum periurus efficitur, ne iudex autor ſit periurii ipſum admittere, abſque habilitatione non debet, & ſi habilitationem non petat, tempus ad appellãdum ſibi currit. Innoc. in c. dilectus. de preb. Io. And. plene in c. 1. de excep. in 6. Caſtr. in conſ. 259. num. 2. uerſ. circa tertium. 14 uol. 2. Bal. in Aut. ſacramenta puberum. num. 5. C. ſi adu. vend. ſed Bal. ut in hoc articulo diſtinctius procedatur diſtinguẽdo dicit: Aut prohibitio eſt Papa, aut inferioris, aut legis diuine, aut ciuilis, quod multis modis ſubtiliſsime, vt ſui moris eſt, ſubdiſtinguit in l. iuſiurandum. col. 37. & 38. verſ. venio ad ſecundum, & dico, quod quandoq; iuramentum, &c. ff. de iur. iur. eius autem dicta hic non recenſui, quia per te ipſum videre poteris, & quæſtionem ſubtiliſsime deciſam inuenies, ad quod accedat; quia laici ſtatuentes iuri diuino, & ſic vinculo iuramenti ex iure diui nõ procedente derogare non poſſunt, etiam quod nominatim ea ueant, cum cauſa iuramenti ad forum eccleſiaſticum pertinent. c. laton. de iudic. c. cauſam. de ſent. excom. c. conſanguinei. qui fil. ſint leg. Fulg. conſ. 156. num. 36. ideo cum à ſtatuentium iuriſdictione ſit exemptum eorum aut horitas, ad id ſe extendi nõ valet, vt ibi Fulg. Tamen ſcias, quod laici quando adeſt cauſa à iu- 8 1 re diuino approbata, circa iuramentũ ſtatuere poſſunt. Anchar. 15 q. 14. num. 20. lib. 2. Pariſ. conſ. 97. nu. 4. vol. 1. quia id iure permittere faciunt; ſi quis ex laudo iurato leſum ſe cenſerit, & conuolare ad boni viri arbitrii reductionem voluerit, relaxatio iuramenti neceſſaria erit alioquin periurii reatũ euitare non valebit. Affl. deciſ. 30. num. 5. & deciſ. 263. nu. 4. & deciſ. 322. Grat. cõſ. 30. vol. 1. & ea nõ obtenta, nec agere, nec in iudicio comparere poterit, quia in ſtatu periurii venit repellendus ab eius limine. Grat. d. cõſ. 30. nu. 14. Curt. Sen. cõſ. 65. nũ. 25. & ſeq. Menoch. conſ. 24. nu. 28. volu. 1. Rol. a Val. conſ. 26. nu. 27. vol. 3. & conſ. 81. nu. 28. vol. 4. Nat. conſ. 658. nu. 10. vol. 4. Abb. in c. 1. nu. 7. de iur. iur. Immo ſuper incurſo periurio index interloqui debet. Rimin. Iun. in conſil. 203. num. 128. volu. 2. Paul. de Caſtr. conſ. 159. per tot. volumine 2. Ratio autem præmiſſorum apparet, quia iuramentum eſt præciſum, nec in ſe habet vllam tacitam

condictionem,si æque arbitrabitur, cum non possit allegari ini-
16 quitas.Bal. in cons. 464.num.2.vol.3.sed aduertatur, quod rela-
xatio prius peti debet,quam a laudo reclametur, etiamsi laudū
esset iniquum;nam patet ex tex. in c.2. ibi absolutus, vbi canon.
de arbit.Imol. in c.Quintauallis.num.46. de iur.iur. Bal.in rub.
C.de rer.perm.q.pen Corn.cons.27.col.1.vers.tamē quia.vol.4.
Franc.de Curt.cons.42.col.2.Paris.cons.44.num.16.volu.1.si au
tem in compromisso iuratum fuerit non petere reductionem, si
laudo lato voluerit contra ipsum venire, quis sub lęsionis præ-
textu,multi tenuerunt relaxationem non fore necessariam.Abb.
cons.77.col.4.vers.venio ad quintum.parte secunda.Cald.cōs.1.
de arbit.col.1.vers.super exceptione iuramenti.Ant.de Butr.in
c.cum contingat.num.13. de iur.iur. Corn. cons.111. col.6. in fi.
vers.ex quibus. vol.3.cū cōs 180.pen.col.in fi.& alii plures quos
adducit Ant. Gabriel. in tit.de arbit.num. 28. concl.3. Contra-
rium autem tenuerunt Anan. cons.33. in fin.& ibi Bellag. in ad-
ditio & in cons.16.in fi.Ant.de Butr. sibi contr.Abb. Bald.Grat.
Imol.relat.ab Ant.Gabr.in d.titulo de arbit. num. 38. concl. 3.
& ista secunda pars vti verior sequuta fuit Rota, vt patet in lib.
diuers.deci.222.& quod debeat petenti concedi, licet iurauerit
non petere,dixit Imol.in lib.com.opin.lib.4.concl.8.vbiper mul
tas ampliationes, & limitationes rem tractat. Affl. decis.263.
num.4.& 322.Grat.cons.30.volu.1.limitanda tamen supradicta
sunt,quando ex laudo resultaret vsuraria prauitas, quia quem-
17 admodum iudex ecclesiasticus potest, stante obligatione Came
rali,quæ habet exequutionem paratam, cōstito de vsuraria pra
18 uitate,inhibere,& sic retardare exequutionem, ita pariter si ex
laudo vsuraria prauitas resultaret, & sic de generali consuetudi
ne obseruari dixit.Bal.in d.cons.464.num.2.lib.3. sed idem Bal.
dat aliam cautelam,seu distinctionem & inquit. Aut laudum la-
tum est æquum,& exequi debet, quod intellige quando est noto-
rie æquum, quia ex regula ordinaria, quando talis sententia est
æqua,appellatio non admittitur.Abb. in c. ad nostram. nu.8. de
appel. & tunc in isto primo capite non relaxatur iuramentum,
aut constat de dolo aperto, & tunc potest contra illud veniri, nō
petita relaxatione.Aut dolus est præsumptus,& tunc donec non
constet de contrario, licet pro laudo præsumendum sit, regula-
riter relaxatio & peti,& concedi debet.Ita dixit Bal.in cons.55.
num.2.vol.3.sed in hoc tertio casu & pars citanda, & audienda
erit, vt ibi Bal.nu.30. & cons.192.num.1.vol.4. sed quis debeat
esse Iudex, an Ecclesiasticus, an laicus, quando iuramentum de
parendo laudo, vel non petendo reductionem haberet in se taci

tam

tam condictionem, si arbiter vel arbitrator æque laudatus fuit. ad Paris. cons. 59. num. 51. lib. 1. Iaſin L quidam cum filium. n. 21. & 22. ff. de verb. oblig. vel quando in contractu ſit tacita condictio, ſi ex aduerſo adimpleta fuerint, promiſſa. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. l. quæro. §. inter locatorem. & ibi Bar. ff. loca. & laudo lato, ille contra quem eſt pronunciatum, aſſerit iniquũ, vel non teneri, ob non ſequutum adimplementum. Pars autem aduerſa laudum iuſtum, vel pro parte ſua fuiſſe adimpletum aſſerat, & per conſequens & iuramentum ligare, & periurium in-
19 curſum, declarare inſtet, nam dico, quod Iudex eccleſiaſticus, & quodq; coram eo cauſa eſt tractanda. Bal conſ. 193. 4. part. per tot. quia cum agatur de virtute iuramenti, & maior ſit iuriſdictio B. Petri, quam cuiusuis iudicis laici à iudice eccleſiaſtico dubiũ decidendum erit: tamen recurrendum eſt communiter ad diſtinctionem, quam ponit Rip. in rub. extr. de iudi. num. 28. & ſeq. quam vide. & an Iudex laicus poſsit cognoſcere de validitate relaxationis iuramenti, vide Anchar. conſ. 383. retento ordine col. 3. Io. And. in c. cum in iure. de officio deleg. Rol. a val. conſ. 34. num. 10. volu. 1. Borg. Caual. deciſ. 9. num. 45. & maxime circa ſubreptionem, vel obreptionẽ, vide Viui. lib. com. opin. concl. 2. num. 10. & an Iudæus teneatur ad obſeruantiam iuramenti, in compromiſſo appoſiti, tradit Rom. conſ. 143. tenẽs par
20 tem negatiuam. Vltra præmiſſa quæro, an relaxatio iuramenti per procuratorem peti valeat, & obtineri, & dico quod ſic, quia ſicut abſenti poteſt priuilegium conferri. c. 1. §. ex parte. de exceſ. prælat. & beneficium inſtitutum ipſi donari, ita etiam à iuramento habilitari Innoc. in c. cum deſideres. verſ. fatemur tamẽ. de ſent. excom. c. quanto 2. q. 5. vbi Glo. in verbo epiſtolam, quod notanter ex mente. Innoc. limita ibidem, quando in petenda relaxatione, non requiritur neceſſario principalis præſentia. At procurator ad hoc mãdatum ſpeciale habere debet, & particulare, quia generale non ſufficit, cum tractetur de obligatione ſpirituali, ſpecialis requiritur conſenſus. c. vlt. de proc. in 6. ratio eſt, quia abſque ſpeciali conſenſu, quo ad grauiſsimum animæ, & religionis vinculum, & præſertim ſi crimen periurii imminet, nihil fieri poteſt. c. fi. de iur. cal. in 6. vbi com. DD. l. qui bona. §. ſi alieno. ff. de damn. infect. vbi Bar. & DD. c. 1. §. verum.
21 de ſtat. regul. Rom. ſing. 798. Couar. in prima parte relect. §. 4. num. 8. ſed contraxit aliquis Romæ, promiſit ſoluere Florentiæ. vel vbique locorũ, in quibus fuerit repertus, iuxta quæſt. motã per Bar. in l. qui certo. num. 3. C. vbi & apud quem cert. loc. det prom. poſtquam Conuentus ex præfato inſtrumento fuit in loco,

in

in quo manet, ex eo se læsum asserit, & relaxationem iuramenti ad effectum agendi petere vult; quæro in quo loco debet eam petere, & a quo Episcopo, an in loco celebrati contractus, seu Florentiæ, vbi solutio destinata erat, vel in loco in quo repertus fuerat, & dico quod vbicunq; conueniatur, quia ratione contractus ibi forum fortitus fuit, & sic relaxatio peti inibi potest, quæ in uno loco concessa & valet, & impetrans habilitatus censetur, ratio est quia data ab habente facultatem illam concedendi, in cuius personam state quod vbique locorum conueniri voluit, videtur consensum & iurisdictio approbata, & licet in hac q. Lap. alleg. 10. & Card. in c. 1. de iur. iur. dicat, quod relaxatio in loco in quo iurauit sit petenda, per tex. in c. postulasti. de for. comp. Card. in cons. 1. de off. ord. num. 1. Tamen non credo verum, nam quod iuramentum a proprio ordinario in cuius iurisdictione iuratum fuit, siue diœcesi relaxari possit, non dubito, ac etiam originario, quia cum ratione originis, & celebrati contractus illi subditus sit, ibi conueniri potest. c. 1. de for. comp. per regulam quod actor sequitur forum rei. l. ordinem. ff. de iur. omn. iud. Bar. in l. 2. in fi. ff. si quis ius dicen. non obtẽp. sed stante, quod in obligatione vbique repertus fueri t cogi, & conueniri voluit, pariter in eo loco in quo fuerit conuentus relaxationem petere poterit, quod patet, quia si inuicem medio iuramento iurisdictioni vbi conueniri contigerit se subiecerunt, & in iudicem nõ suum consensum præstare poterũt, loquendo in causa ciuili. Paul. de Castr. in l. non vtique. §. si quod ita. num. 2. ff. de eo quod cert. loc. l. Lucius, la prima. vbi Bar. ff. depos. Innoc. in c. ad petitionem. nu. 1. de accus. l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iudi. & sic si fuerit in alio loco & repertus, & conuentus ibi iuramenti relaxationem implorare, vt dictum est valebit. c. cum contingat. de for. comp. alias maximum sequeretur absurdum, quia si contractus esset illicitus, iuramentum per consequens esset vinculum iniquitatis, & daretur materia perdendi animam illius, qui forsan, illud illicitum præstare fecit, & læsus dolum, seu lesionem suam detegere non posset, & quod vbicunque agi contingat relaxatio peti possit, colligitur ex tex. in c. experientiæ. 11. q. 1. c. 1. de off. ord. c. miserabile. de vsur. Glo. in c. litigantes. in verbo expẽsis. de off. ord. in 6. Doctrinæ autem Lapi & Card. in contrarium allegatę intelligi debent, quando non adest contractus, de quo supra, sed simplex, quia tunc Papa, vel Episcopus, in cuius diœcesi contractus fuit celebratus, seu originis, modis & forma supradictis & nõ alii relaxationẽ impertiri poterũt. Nec obstat tex. in c. postulasti. de for. cõm. quia loquitur in criminalibus, nã in tali casu, in alĩ

iudicem consentire non potest. Innoc. in c. ad petitionem. num. 1. vers. & hæc ratio. de accusat. Iuramentum ad non cogitata se nō extendit, puta, iuraui Titio restituere gladium die prima Augusti, & illa die Titius erat ebrius, vel furiosus, & quia de furore, vel ebrietate, in præstatione iuramenti non fuit cogitatum, ne detur occasio maioris scandali, Deo non placet iuramentum ad restitutionem extendi. Innoc. in cap. debitores. num. 1. de iur.
22 iur. & sic in similibus. Quæro præterea si contingat appellari, ab huiusmodi relaxationis concessione, an appellatio sit admittenda, & videtur dicendum quod non, cum non sit proprie decretum, vel sententia à quibus appellari valeat, sed quasi rescriptū gratiosum Principis, quod impugnari pro parte illius, cui præiudicat de subreptione, vel obreptione potest. Astl. decis. 220. num. 9. igitur cum nō sit absolutio plena, sed relaxatio iuramenti, seu habilitatio ad effectum agendi; & sic modici præiudicii, quia nō alterat modum, sed viam solum aperit, vt dolum aduersarii vel suam læsionem detegere possit, & causa præparatoria; non admittitur appellatio. Aust. ad Capp. Tholos. q. 62. Bellam.
23 decis. 224. Id tamen credo verum, quando in causa à iure permissa relaxatio datur, secus autem vbi auctoritas illam concedentis se non extenderet, puta si esset incursum periurium, si cesserit dies solutionis, quia ratione excessus, cum non habeat in similibus facultatem, (vt dictum supra fuit) crederem iuridice appellari posse, & appellationem concedendam: at si iuste relaxatio concessa esset, & appellaretur, tunc nec admittenda, nec commissio concedenda erit, quoniam an relaxatio sit legitima vel ne, an subreptitia vel obreptitia, super ea iudex causæ pronunciabit, vt dixi. Sed in relaxatione concessa à S.D.N. vel ab aliquo actu Papæ ridiculum est appellare, quia neminem præter Deum supra se habet, cuius vices in terris gerit, & nemo ipsi dicere
24 potest cur ita facis. Videamus subsequenter, an quando actus gesti contra iuramentum sint nulli, & respondet Panor. in cap. intellecto. de iur. iuran. quod si actus dependet à mera voluntate iurantis, quia nullo iure prohibetur, tenet: vnde dicit Innoc. in cap. dilectus. de præb. quod si quis non alienare librum iurauit, & tamen alienet, tenet venditio, licet sit vendens periurus, pariter si quis vnam in vxorem ducere iurauerit, & aliam ducat, valet matrimonium, licet sit periurus, sicut ille, qui iurauit non reuocare procuratorem, vel religionem non ingredi, ratio esse potest, quia isti sunt actus, qui de per se, absque iudicis ministerio sortiuntur effectum, ob id valent, licet periurium committatur.

Rom.

Rom. in cons. 379. num. 12. c. vnic. de vot. in 6. c. sicut. & c. si inter. de sponsa. c. qui potest. de reg. iur. in 6. Glo. in c. fi. de procur. cod. lib. Bar. in l. cũ precario. ff. de precar. c. cũ accessissent. & ibi Abb. & Feli. num. 12 & Dec. num. 7. de const. Socin. cons. 58. col. 3. Roch. de Curt. in tract. de iur. patro. in verbo honorificũ. q 12. & de hoc late tractat Couar. in 2. part. relect. §. 2. num. 3. si vero factũ superioris requiritur, tunc gesta contra iuramentum non tenent, Rom. vbi supra. & licet pariter aliquis testamentum non reuocare iurauerit, & reuocando efficiatur periurus, tamen tenet reuocatio, quia nulla adest obligatio inter testatorem, & hæredẽ, quæ iuramento possit firmari: igitur si ex iuramento ius non insurgit, & nemo potest facere, quia leges in suo testamento locum non habeant. l. nemo potest. ff. de leg. primo. l. ius publicum. ff. de pact. & ambulatoria sit hominis voluntas vsque ad mortem, non obstante, quod reuocando sit effectus periurus secundum testamentum validum erit. Bal. in tract. de feud. in tit. de pac. iur. fir. §. item Sacramẽta. num. 17. & facit tex. in c. vltima voluntas. 13. q. 2. ubi Glo. & licet Hostien. in c. cum Marthæ. de celebr. miss. velit, quod secundum testamentum non teneat, tamen Io. And. vltra DD. supra relatos in c. quod semel placuit. de reg. iur. in 6. Hostiens. opinionem reprobat, quia iure non reperitur, quod tale testamentum subiaceat vitio nullitatis, si autem dispositio
25 actus non dependet à mera voluntate iurantis, quia interdicitur à lege, fauore ipsius iurantis, vt exemplificari potest in muliere, & minore, qui nec alienare, nec cõtrahere possunt, sine certa solemnitate, & tunc actus iuratus contra primum iuramentũ non valet, & ipso iure est nullus, & sic intelligitur Glo. in c. licet. de iur. iur. in 6. ratio est, quia actus sine iuramento stante legis prohibitione erat inualidus, secundum autem ex iuramento sustineri non potest, quia iam se obligauerat ratione primi iuramenti, & sic secundum fuit illicitum, quod etiam dicendum est;
26 quando actus prohibetur ratione publicæ vtilitatis. Iurans soluere non potest compensare. c. ad nostram. de iur. iur. Mathes. fing. 55. sed tenetur simpliciter adimplere, nec habet locũ in hoc regula; Dolo facis si petis, quod restituturus es, & licet Bar. in l.
27 amplius non peto. col. fi. ff. rem rat. hab. teneat, quod condictio soluentis compensando adimpleri, possit, tamen in casu nostro id non est verum, sed bene quando non adest iuramẽtum, at ubi
28 adest debet potius forma specifica, quam condictio adimpleri, & id propter iuramenti reuerentiam, & efficaciam. Ias. in consil. 134. num. 1. uol. 4. DD. & Maxime Imol. in c. ad nostram. de iur. iur. & sic clausula apponi solita per notarios in cõtractibus;

iurans

iurans omnia, & singula esse vera, obseruare, & non contraueni re, operatur, quod integre, & inuiolabiliter omnia ad plenum sint adimplenda, aliàs non adimplens in periurium, & pœnas in instrumento contentas incidit. Iaſ. d. conſ. ſupra citato. num. 4. Bart. in conſ. 113. incip. proceſſum fuit contra Titium. in fine verſ. item promiſit integre. & dictio, integre, importat abſq; diminutione. l. decem. ff. de fidejuſ. & liber. c. fi. §. 1. de hæret. in 6.
30 & ſi multa alia in materia iuramenti videre cupis, adeas Bal. in Rep. l. iuſiurandum. ff. de iur. iur. vbi diffuſe hanc materiam licet in diuerſis quæſtionibus in præſenti tractatu non tactis abundè pulchre diſputans, ponit, ſufficit eius dicta & locum oſtendere: reſiduum vero ex te, ſi libet, videre poteris.

DE COMMISSIONE AVOCATIONIS CAVSARVM.

COMMISSIO II.

SVMMARIVM.

1 Avocatio causæ, quid sit, & à quo fiat.
2 Roma caput mundi, communisq; patria, & forus est.
3 Causæ importãtia, et alia sũt incõmissione auocationis cõcessione cõsiderãda.
4 Causæ magnæ importantiæ Romana curia sunt dignę.
5 Causæ concernentes interesse animæ, Sedi Apostolicæ sunt reseruatę.
6 Causæ beneficiales sunt Rotales.
7 Causę minimæ, non debent in curia Ro. tractari.
Quę dicantur causę minimæ, & nu. 9.
8 Signatura Iustitiæ à xvi. scutis infra, non rescribit.
9 Durum est in causis minimis extra Patris lares, quęad litigandũ trahere.
11 Signatura declarat quę causæ sint magnæ, vel minimæ.
12 Forus tutus litigantibus assignari debet, aliàs non tenentur comparere.
Amplia, num. 13.
14 Pupillº, Ecclesia, uidua, et cęteri priuilegiati, trahũt, et nõ trahũtur et n. 29
15 Priuilegia in corpore iuris clausa, non tolluntur per generales clausulas.
16 Clericus pro persona miserabili, in foro laicali causam dicit.
17 Signatura, comprehensis in l. vnic. C. quando imper. int. pup. & vid. debet esse fauorabilis.
18 Miserabilis persona, quæ dicatur.
19 Pupilli, & orphani, quando miserabiles personæ dicuntur.
20 Pecuniæ omnia obediunt.
21 Lex vnica. C. quando imp. int. pup. & vid. comprehendit pauperes, & diuites.

uites, & nu. 23.

22 *Miserabilis persona illa dicitur, quę suam causam tueri non valet.*

24 *Priuilegiũ legis vnicæ. C. quãdo imp. int. pup. & vid. Statui concessũ est.*

25 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet.*

26 *Recedendum non est à verbis legis.*

27 *Regma vidua, etiam miserabilis dici potest.*

28 *Signatura tenet, & pauperes, & aduites in l. vnica. C. quando imp. int. pup. et vid. comprehendi.*

29 *Quod declara habere locum solum in viduis honeste viuentibus.*

30 *Amplia locum habere etiam in causis iuris patronatus.*

31 *Fallit in causa Criminali.*

32 *Causæ matrimoniales, non demãdantur, nisi ordinarijs, vel eorũ vicarijs.*

CAP. I.

1 AVocatio est litis pendentis corã inferiore, ad Principem, vel superiorem, absq; prouocatione facta translatio. Couar. pract. quæst. c. 9. nu. 1. Rebuf. in tract. de auocat. q. 2. super l. regn. Taur. tom. 1. & vt ibidem dixit Couar. nu. 2. per tex. in l. iudiciũ soluitur. ff. de iudic. causas auocare ad Principem, vel aliũ superiorẽ, qui iudicẽ dare possit, pertinet, Cumq; in Romana Curia, or-

2 bis totius caput, & cõmunis patria, in qua omnes conueniri possunt, vt nostri DD. asserũt in l. 2. §. omnes. ff. de iudi. l. Roma. ff. ad munic. l. nemini. C. de cons. lib. 12. c. fi. de for. cõp. Rot. de app. in antiq. decis. 19. num. 3. §. fi. inst. qui satisd. cog. c. 2. & c. 3. de transl. præl. de cuius excellentia meminit Bal. in Aut. quæ supplicatio. nu. 7. & 8. C. de prec. imp. offer. Resideat Sum. Põt. Sanctiss. D. N. Iesu Christi Vicarius, hodie Sãctiss. D. N. Gregorius XIIII. Mediolanen. ex antiquissima ac nobilissima Sfondratorũ familia, & omniũ cõmunis sit forus. c. fundamẽta. de elect. c. vbi maius. §. cæterum. eod. tit. in 6. c. quoties. 1. q. 7. Innoc. in c. quanto. de cõsuet. Abb. in c. licet. in princ. de electio. merito totius orbis in ea causę tractãtur, quas multoties de partibus auocari cõtigit, & in curia committi; vel aliquando è conuerso, auocatas à Ro. curia, in

3 partibus demandari. In hac autẽ facti contingẽtia certa dari regula minime potest, ic circo, signaturæ arbitrio remissũ erit, quę cõsideratis causæ illius qualitatibus, circũstantiis, grauitate personarum, ac loci qualitate, quid, quomodo, & in quo loco rescribẽdũ sit, determinabit, necessarioq; in rescripti cõcessione supra dicta sũt cõsiderãda, cũ tales auocationes iustæ sint faciẽdę. Paul.

4 de Castr. in Aut. qua in prouincia. col. 1. C. vbi de cri. ag. opp. Nã causæ magnæ importãtiæ, ac inter magnates, & Romana cur. dignæ, & in ea tractãdæ veniũt. c. vt debitus. ubi Dec. n. 10. de app.

Rot.decis.1.n.2.de elec.in nou.c.quãuis.de elect.in 6.clem.causã. eod.tit. c.quoties.24.q.1.c.maiores.de bapt.c. quo ad translationem,vbi glos.in verbo, reseruata.de off.leg.Innoc. in c. innotuit.in 1. glo.de elect.Milis in suo repert.in verbo,dispensare potest.& specialiter multas causas in Rom.cur.tractãdas commurat Mandos.in com.caus.pro.cred.cõtr.hæred.in verb. deuolutæ. Illæ præ cæteris sunt ei reseruatæ, quæ interesse animæ cõcernũt. Vestr in sua prax.li.3.c.6.n.3.Doct.in.c.sæpe. de app. Petr.Duen. in reg.85.incip.causæ.de part.limit.1.& 2.Mand.in 4. for. cõmi. in verb.de sui natura. quæ causæ piæ dicuntur,Bal.in Aut. similiter.C.ad leg.Falc.Fran.Arc.in cons.97.in prin.& late Bero. in c. cũ oës.n.44.& n.83.de cõst.& ideo causæ beneficiales iuxta dispositionẽ.clem.1.de elect.& decis.36. nu.2.de app. in nou.merito in sacro Rotæ Auditorio, per tot tantosue prudentissimos Patres, iuris nostri lucernas, quã alibi tractantur, hinc adagiũ illud dici in6 leuit, quod causę beneficiales sint rotales, dec.139.de app.in nou & Beneficialis causa dicitur, siue agatur de dignitate, siue personatu, officio, præbẽda, vel beneficio, c. si gratiosẽ. vbi glos.in verb. beneficia.de rescrip.Alber.in suo dict.in verb.causæ beneficiales. sicut pariter causã dicimus spiritualẽ, quando de interesse Eccle siæ tractatur.Phil.Frãc.in c.cũ qui.n.7. de eo qui mit.in poss. in 6. c.dudũ.de dec.eod.lib.Franc.in c.si duo procuratores.9.fane.n.1. de pact.in 6.quod intelligẽ, seruata forma sacri Concil. Trident. in x.c.causæ oës.24.sess.& maxime si beneficiũ de quo agitur sit reseruatũ, quia cũ nullus præter Papã de illo disponere valeat. d.c. quo ad trãslationẽ.Rom.sing.59.n.2. ita pariter in curia erit suis iudicibus causa demandanda,& præcipue in Rota. Aliæ aũt causæ minime in curia nec tractandæ, nec cõmittendę sunt, maxime in7 Rota, quia nõ conuenit, vt in illo supremo tribunali causæ infimis ac pedaneis iudicibus dignæ cognoscantur, & sic inibi nõ demandabuntur, nisi ascendant ad summã 500.scutorũ,& licet causa 10. scutorũ habito respectu ad pauperimã personã, dicatur magna. Ias. in rep.l.admonendi.n.272.ff.de iur.iur.l.sed & si susceperint. §.1.vbi Bar.in fi.& Ang.ff.de iud.l.illicitas.§.nec tenuis. vbi glos. in verb.lumine.ff.de offic.præs.Tamen non erit talis, quę nec in curia demãdanda, nec rescribẽdũ in ea sit, quia nõ solet Signatura à 16.scutis infra rescribere, itaque cauti sint domini mei Referen-8 darii, vt summa certa in cõmissione præcise exprimatur, & licet etiam causæ breuiores considerentur à 100.aureis infra. Bart.in l.imperium.vers. sexta est iurisdictio.ff.de iurisd.omn.iud. Tamẽ9 verior in hoc est regula, quod breuiores causæ illæ dicuntur, in quibus plus in scripturis, itineribus, ac litigando erogatur, quã

esset

essetsumma principalis.Feli. in c. non nulli.in prin.de rescrip.l. mediterranee.vbi Bar.C.de anno.& trib.lib.10.glo. & DD.in c.
10 de appellationibus.eod.tit.& in istis causis minimis, durũ est alĩ quem extra patrios lares ad litigandum trahere, laboribus expensiue vexare.Franc.in c.sæpe.col.9.vers. secundo quæritur.de app.Nic.Ant.Grau.in addit.ad Vestr.lib.3.c.6.n.9.Ias.in d.l.admonendi.n.272.decis.1.nu.2.de electio.in nou.Sed quia certa regula in hoc(vt præmissum est)dari non potest,nec per consequẽs ita de plano iudicari, quæ sint causæ maiores, & quæ sint minimæ,aut Romana curia dignæ, arbitrio signaturæ committendũ erit,vt cõmuniter dicunt scrib.in Aut.nisi breuiores. C. de sent. ex breui. reci.& Bar.in l.diuus.ff.de bon. damn. Ias.in d.l. admonendi.nu.273.Host.in c.fi.de crim.fals.Anchar.q.45.nu.1.par.1. Rom.cons.346.nu.5.Butr.in c.si pro debilitate. col.2. de off. deleg. & ideo si interdum Aud. cameræ inhibitionem ex sua ordinaria iurisdictione concederet in huiusmodi causis minimis, si requisitus nollet eam moderare,& ad partes remittere causam, etiam si esset in secunda, seu tertia instantia, ad hoc ne expensæ sortem principalẽ excedant,& ne partes nimis eis grauẽtur,per cõmissionem solet Signatura eas remittere multoties. Et dum supra dixi fore loci qualitatem considerandam, intellige maxi-
12 me, si locus in quo causa tractanda sit, propter inimicitias alicui ex collitigantibus non esset tutus, quia à iure cautum est, vt sibi locus tutus petere possit,& assignari.decis.5.de dol.& cont. in antiq. quod tamen intellige verum, quando adest inimicitia
12 capitalis,vel personalis,quia à personali comparitione tunc excusaretur, secus autem si essent generales guerræ Patriæ, quia non excusaretur, maxime si haberet saluum cõductum guerram facientis,vt late dixit Rot. decis.12.per tot.de dol.& cõt.in nou. quod etiam extenditur si habuerit inimicitias in locis, vbi esset transiturus, & isto casu licet haberet saluum conductum, inibi transeundo ad locum non tutum,non tenetur accedere, nec cita
31 tio ad id facta valeret,vti ipso iure nulla, vt colligitur ex tex. in Clem.pastoralis.§.Pisana. de re iudic.c.ex parte.vbi Abb.de appel.Ias.late multos congerens in cons.86.n.13.vol.3.Bar.& DD. in l.de ętate.ff.ad Trebel.Oldrad.cõs.43.c.accedens,el 2.vbi Feli.q.5.vt lit.non contest.& in hac conclusione ne prætermittas videre tex.in d.clem.Pastoralis.ibi,hæc quidem iure timẽtur, qui loquitur in suspitione mortis irreparabili. Feli.in c. cum inter. nu.8.vers.inducitur.de excep. Dumq; supra dicebã ratione personæ,contingere poterit,quod causa auocationẽ petens, esset à iure priuilegiata,vti Ecclesia,pupillus,vidua,pauper,&similes,

de quibus habemus tex. in l. vnica. C. quand. imp. int. pup. & vid. cũ præfatis connumerantur pauperes mẽbris debilitati, ac mulieres virum inutilem, seu condemnatũ habentes, vt Bart. & Bal. voluere in d.l. vnica. & tale priuilegium præfatis cõcessum, est in corpore iuris clausũ, adeoq; fauorabile, quod per generalẽ
15 concessionem, & derogationẽ priuilegiorum, nisi specialis de eo mentio fiat, non censetur sublatum. Bar. in extrau. ad reprim. in verb. non obstante. nu. 11. & 12. & solũ tollitur per signaturam Gratiæ S. D. N. quia cum derogare legibus, statutis, & priuilegiis, signaturæ Iustitię nõ sit permissũ, manus in hoc nõ apponit, Staf. de liter. iusti. c. secundũ est pro nunc. n. 4. l. 2. ibi, ad ius rescribuntur. C. de diuers. rescrip. c. causã quæ. de rescrip. Ideo quando practici porrigunt cõmissiones, siue supplicationes signandas, dũ apponunt clausulã priuilegiorũ derogatoriã, non obstãtibus priuilegiis, &c. addũt hæc verba, etiã in corpore iuris clausis; & sunt tantæ importantiæ, vt in vna Pampilonensis Prioratus corã Mohedano, aliàs Rota resoluit, quod pauper, & miserabilis persona, vigore priuilegiorũ Magni Magistri, & Religionis Hierosolymitanę, licet efficacissima, ac cum pręgnantissimis clausulis, non poterat trahi Melitæ ad litigandum, cum ex tali priuilegio non censetur prædictæ l. vnicę. derogatum, nisi expres-
16 se fiat mẽtio, vt supradixi. Crescen. de iur. iur. deci. 16. præfatisq; multum insuper lex diuina indulget, & quamuis Clericus corã Iudice laico patrocinare nequeat in causis laicorũ, licet in Romana curia, ex tolerantia Sum. Põt. seruetur cõtrariũ, vt aduocationis, & procurationis munus exerceãt. Vestr. in sua prax. li. 3. c. 4. n. 5. Tamẽ pro miserabilibus id sibi à iure indulgetur. tex. est clarus in c. 1. de postul. c. licet. vbi Gl. & Abb. in fi. de censib. illorũq; & misereri, & tueri Ecclesiæ, munus, ppriè esse debet. Innoc. in c. significantibus. nu. 1. de off. deleg. c. 1. 87. dist. sicq; si ad Romanã
17 curiam aliquem supradicti trahere, vel ab ea causas auocare volunt, eis erit Signatura fauorabilis. Innoc. vbi supra nu. 5. Milis in suo repert. in verbo Minor, pupillus, & vidua. & pśertim quando aduersarii potentiam timent, seu in partibus litigare perhorrescunt, ac inibi iustitiæ complementum consequi non sperant, tãto magis auxilio, & Principis fauore sunt digni. Bal. in d.l. vnica. nu. 2. qui licet in fine subdat arbitrarium esse Iudici declara-
18 re, quæ nam personæ miserabiles dicantur: tamẽ ad hoc vt proprie quis miserabilis dici possit, requiritur actus, & habitus, ex quibus ad miserendum natura commoueatur. Abb. in d.c. significantibus. nu. 6. Nec actus, vel habitus tantum sufficit, sed cumulatiue ambo insimul requiruntur, vt dixit Feli. in d.c. significantibus.

tibus.nu.6.& Abb.in c.licet ex fuscepto. de for.comp. & quæ mi
19 serabiles psonæ dicantur,latissime tradit Mascard.de probatio. concl.1061.lib.2. Pupillus vero,seu Orfanus miserabiles dicuntur,quando pauperes sunt,& nõ aliàs. Alex.cõs.121.n.14.vol.1. & secundũ Innoc.vbi supra,idem de vidua censendũ erit. Ratio
20 præmissorũ esse potest,quia cum omnia pecuniæ seruiant, & obediant. Eccles.c.10.si sunt diuites defensione non carebũt.Iccirco Affl. in const. regn. incip. lege præsenti. quando loquitur de supradictis,dicit de pauperibus, nõ diuitibus esse intelligendum, aliàs sequeretur absurdum; quod pauper, miserabilis, & diues eiusdẽ essent cõdictionis,vt dixit Ale.in d.cõs.121.n.14. & Spec. in tit.de instr.edit.§.nunc vero aliqua. vers. scias, el 2.sed quicquid supradicti dicant,non credo de iure in iudicãdo posse subsi
21 stere.Quia præfatis à iure priuilegium generaliter concessũ est, & sic tam diuites, quã pauperes in eo comprehensos esse, nemo est qui ambigat,vti dixit idẽ Innoc.in d.c. significãtibus.& Abb. in c.ex parte B.col.2.de for.cõp.& in c.cæterũ.de iudic.Bal.nou. in tract.de dot.par.9.priuil.17.Bulg.in l.1.ff.sol.mat. Necuiz in silu. nupt.fol.mihi 25.col.3.Abb.in c.licet ex suscepto.nu.7.de for.cõp. vnde si consideremus generalitatẽ verbi viduæ, vel pupilli,omnes,& diuites, & pauperes comprehendi concludemus. Abb.in q.4.nu.15.vers.vnde pondera bene,& qualitatẽ personarum inspiciẽdo,miserabiles apparebũt,vt voluit Dec. in d.c.cæ-
22 terũ.de iudic.qđ suadeatur,quia miserabiles personæ illæ dicuntur,quæ proprias causas dicere nequeũt.c.1. in fi.de postul. Rol. à Val.cons.76.a nu.4.ad fin. vol.1.at pupillus non habens velle, neque nolle,& mulier derelicta,Vidua,seu similes personæ.talis condictionis sunt,ideo in d.l. vnica, comprehensi, & dato quod
23 diuites sint,tanto magis vt eorum bona conseruentur, ne occupata egestate oppressi mendicare cogãtur,lex debet eis se fauorabilem præbere,& dũ Affl.loquitur,& intelligit de pauperibus, nõ de diuitibus,nõ dicit in proposito nostrę quęstionis,sed quod Aduocatus pauperũ, non tenetur gratis inseruire pupillis,& vi-
24 duis diuitibus,quia nõ eis,sed pauperibus datus est.Accedat qa ad instar priuilegii clericorũ omnibus generaliter cõcessi & ita tui istud datũ esse apparet,vnde sequitur absurdũ,negãdo,quod
25 nõ intelligatur æque de oĩbus,nã lex generaliter loquẽs,generaliter intelligi debet,& si nõ distinguit,nec nos distinguere debemus.l.3.§.liber hõ.ff.de asser.l.illã.C.de collat.l.adigere.§ quãuis ff.de iur.patr.l.liberti.ff.de iur.iur.l.cũ pater.§. dulcissimis.ff.de leg.2.Idq; clare colligitur ex verbis Rubricæ, quãdo Imp inter pupill.& vid.vel miserabiles psonas, quia primo ponit generali-

26 ter de pupillis,& viduis,deinde loquitur p dictionẽ,vel quæ diſiũ
git,&inter diuerſa ponitur.Bal.in l.filiæ.in 1.oppoſ. C.de collat.
Card.in clem.2.q.2.de ætat.& qualit. Cum igitur viduæ,pupilli,
& miſerabiles diuerſimode ponãtur,neceſſario priuilegium om-
nibus vti diuerſis,ſed coniunctim, & vnicuique in ſtatu ſuo con-
ceſſum fore concludendum erit, cum à verbis legis recedendum
non ſit. l. proſpexit. ff. qui & à quib. c. in memoriam.19. diſt.
27 Nam Regina vidua reſpectu eius ſtatus, & qualitatis, poterit
etiam dici miſerabilis. Dec. in d. c. cæterum.num. 18. de Iudic.
Bald. in l. ſi quis ad declinandum . col. 3. verſ. infertur. C. de
Epiſc. & cler. Corn. conſ. 21. num. 2. vol. 1.. Præterea ſuper hoc
nõ inſiſto,quia quotidie hanc ſententiam Signatura amplectitur,
28 & ita pluries fuit per RR. PP. Dominos meos concluſum,tenen-
do vniuerſaliter priuilegium ſtatui conceſſum, omneſque tam
pauperes, quã diuites in eo cõprehendi,qui trahunt & non trahi
valent, & ita etiam poſt multos, quos allegat, tenet Menoch. de
Arbitrar. lib. 2. q. 66. num. 4. Rol. à val. conſ.76. num. 4.vol. 1.
Dec. in d. c. cæterum. num. 18. vbi Abb. num. 16. de iudic. Abb.
in cap. cum eſſes. num. 33. de teſtam. & cauſam à curia auocatam
fuiſſe,& ad partes remiſſam,etiam ſi ſententia in rem iudicatam
non tranſiuerit,dicit Achil. deciſ. 65. aliàs 11. de commiſ. Quod
verum intellige, niſi in iuriſdictionem conſenſum ſit, quia non
conceditur tunc Commiſsio auocatoria,Bero. in conſ. 138.n.10.
ad fi. vol. primo. Commiſsio erit pariter nulla, ſi in ea litis pen-
dentia de partibus non fuerit narrata, quia præſumendum non
eſt, quod Papa velit in dubio cauſam coram vno iudice penden-
tem auocare, & alteri committere abſque cognitione c. coram.
de off. deleg. c. inter monaſteriũ. de re iud. Staf. de lit. iuſt. c. nunc
dicendum. nu. 10. & 11. quando aũt inſtructa reperitur, non ſolet
auocari,ideo in cõmiſsione auocationis cauſæ extra curiã appo-
nitur clauſula,quatenus cauſa inſtructa non ſit,&ſimiliter quãdo
narratur in cõmiſsione, quod ad nonnullos actus deuentum fuit,
addi debet(ſi ommiſsũ ſit)nõ tamen ad cauſæ cõcluſionẽ,quia nõ
ita de facili datur tunc cõmiſsio auocatoria. Staf. vbi ſup. in c. Si-
gnatura.n.6.& in c. quando aliquis.n.7.c. paſtoralis.ibi,ſi vero cõ
29 clusũ.de cauſ. poſſ.& pr. Declara priuilegiũ d.l. vnicę. habere locũ
ſolũ in viduis honeſte viuẽtibus,quia nõ cõprehendit impudicas,
cũ in tali ſtatu priuilegii factæ ſint incapaces,& indignę. l. his ſolũ
vbi Bal. n. 4.& Sal. C. de reuoc. don. Aut. iudex peius. C. de ſec. nup.
Specu. in tit. de tut. §. nũc videamus. verſ. itẽ excipitur. Fel. in d. c.
ſignificãtibus. n. 8. Corn. conſ. 21. n. 2. vol. 1. & ſimiliter ſi ad ſecun
da vota tranſierint,quia cũ in totũ ſit,tunc mutatus ſtatus ceſsãte

cauſa

causa productiua priuilegii, illud amittũt. Bar. in l. quoties. n. 1. & 2. C. de priuil. scho. lib. 12. Feli. in c. nouit. n. 2. de iud. Alex. in l.
30 1. ff. de iur. immunit. amplia. l. vnicam habere locum, etiã si agatur de causa beneficiali, puta super iure patronatus, quæ de spirituali, & temporali participat: nam circa rem Ecclesiasticam, & præambulum ad institutionem præbet, quæ iuris est, spiritualis, & de temporali, quia laico cõpetit, & ad hæredes transit. c. filiis. 16. q. 6. Vestr. in sua prax. li. 3. c. 2. n. 4. vti de anno 1585. Proponẽte R. P. D. Anselmo Dandino Cesenaten. in vna Foroliuiẽsis iuris patronatus, in qua aderant duæ viduæ, habẽtes interesse super iure præsentandi, ex dispositione dictæ legis vnicæ, de communi Patrum consensu obtinuerunt causam à curia auocari, & ad partes remitti, & sic quotidie magis, magisque videmus quã amplum, & vt ita dicam, inuiolabile sit præfatum priuilegium.
42 de præsump. Tutius autem in huiusmodi commissione auocationis erit partis citatio, quia cum simus in odiosis, & præiudicialibus, semper est vocanda. l. de vno quoque. ff. de re iud. l. in naue. §. causa cognita. ff. de minor. c. 1. de caus. poss. & prop. licet interdum prima commissio, cuius reformatio petitur, adeo calumniosa esse poterit, ac mendaciis plena, quod absq; citatione illā R. P. D. Referend. signandam iudicabit, tamē regulariter (vt præmisi) requiratur partis citatio, & ita vidi, & ab omnibus RR. PP.

43 Dominis meis seruari, & seruatum fuisse audiui. Auocatio causarum interdum fit ex motu proprio, interdum ex supplicatione signata manu S. D. N. vel ex Signatura Iustitiæ, exempli gratia, Cōmissio quando Iudex allegatur suspectus, & ab illo causa auocari petitur, vel (vt seq. cōmissione dicā) sunt plures litescōtra diuersas personas, & coram diuersis iudicibus pendentes, ad alicuius instantiam, vel contra ipsum, vt pluries fit, in hæreditati-

bus

bus,& succesionibus, ne ita vagare litigando cum tot maximis sumptibus cogatur, in diuersis tribunalibus, licet forsã instructe reperiantur, porrigit commissionem, in qua petit causas ita pendentes ab omnibus auocari,& vno Iudici committi, quod vtraq; Signatura facere solet. Abb. in c. super secundo. num. 3. de app. Mandos. in commissione Auocat causarum in verbo coram diuersis Iudicibus. Tunc autem Signatura iustitiæ auocat, quando ius assistit, quoniam iustitiæ rescriptum illud est, quod ad iustitiæ administrationem tendit. c. pastoralis. c. scilicitatus. & c. super literis. de rescrip. Rebuf. in prax. Benef. de clauſ. mand. in diuisione rescrip. sig. gra.& iusti. & in different. inter sig. gratiæ & iusti. qui multa ponit, signatura vero Sanctissimi in præmissis aditur, quando aliquid ex mera liberalitate Papæ petitur, vt puta, reuocatio priuilegii alicuius, quod non possit nisi certo loco conueniri, si adsit persona priuilegiata, si causæ tales forent, quæ ex aliqua æquitate essent auocandæ, licet non de rigore iuris, tamen vt consulatur quieti,& similibus, nam tũc ita dispensando, & rescribendo gratia vocari potest. c. si gratiosæ. de rescrip. Archi. in c. grati. 1. q. 1. Rebuf. vbi sup.& vt asserit Gomes. in cõpẽd. vtriusque sig. q. 16. vers. ex quo infertur, tempore Alex. Papæ V. fe. rec. huiusmodi signaturæ gratiæ,& institiæ diuisę fuerũt, quia per prius vsque ad tempus fere Sixti IIII. diuersimode procedebant, de quibus signaturis late ibi meminit Gomes. quem vide, & quomodo signentur per Papam, quomodo per alias signaturas, infra dicam. At quando Papa signat aliquid motu proprio, se liberalem ostendit,& non coacte, nec habita ratione petitionis partis gratiam concedit. c. sedes. de rescrip.& motu proprio etiam Papa concedit, quando impetrans petit, licet ex se nõ fuerit motus, nam habita notitia negotii, vti se habet, ex se mouetur licet impetrans petat, quia mouetur ex suo spontaneo, & liberali motu, vt dixit Dec. cons. 51. num. 2. vers. ex quibus datur intelligi,& vers. nec obstat,& sic clausulę ex certa scientia,& motu proprio geminatę, maiorem producunt effectum, vt ibi Dec. & Alex. cons. 101. col. 9. lib. 1. & licet probetur ad instantiã partis concesum esse non per hoc tollitur, quin proprio motu concessum intelligatur, adeo quod probare volens præfata, non esset audiendus; vti volens de mendacio Papam redarguere, vt dixit Rebuf. loc. citato. num. 22.& 23. & latius effectus motus proprii rescripsit idem Rebuf. in concord. in form. mand. vbi 47. effectus connumerat, de stylo etiam motus proprii impetrant, vt dixit Gomes. in reg. de impetrat. Benef. viuent. q. 1. vers. nec obsta ret. Card. in cons. 142. in fi. Fel. in c. si quando. & Dec. in [illegible] col. de

col.de reſcrip.licet in dubio nõ prę ſumatur,quod ex impetratione motus proprius concedatur.Dec.conſ.341.num.4. quamuis proprie & ſtricte ille motus proprius dicatur,qui à ſummo Pontifice met ſit,non ad alicuius inſtantiam,vt dixit Mandos.in 6.q. Reg.cancell.16.num.2. An autem debeat dici auocare cauſam, ſeu aduocare causam, non inſiſto,quia quæſtio nominis eſt pertinacibus relinquenda, nec de eo in hoc curare debemus, dummodo habeamus effectum,id tamen plene Mand.tetigit loco citato, & an commiſsio noſtra liget ignorantes,uide Mandos.ibi
44 ad quem te remitto.Hoc autem dicam,nam quando auocatio fit ex motu proprio, dicitur expreſſa, adeo quod ſi deinde aliquid agatur in contrarium,erit ipſo iure nullum;licet de ea iudex adhuc notitiam non habuerit,vel ignarus, vel in totum inſcius fuerit.Abb.in c. cum.M.num.33.de cõſt.vbi Rip.num. 196. & Dec. col.fin.Gemin.conſ.47.Abb.Imol.& DD.in c.cæterum. nu.7. de reſcrip.Rebuf.ſuper.ll.reg.in tit.de euocatio. numero 18.maxime ſi aderit decretum irritans. c. 1. vbi Glo. communiter recepta in verbo referri.de cõceſſ.præb.in 6.c.dudũ.§.conſiderantes. & c.pen.de preben.in 6.Card.in d.Clem.1. q.18.Feli.in d.c.cętèrum.num.18. & Dec. num.6. Immo idem volunt etiam, ſi non adeſſet decretum irritans Franc.in c.vt noſtrum. nu. 8. de app. Rebuf.loco citato.q.3.nu.19. Rip. vbi ſup. deciſ. Achil.61.aliàs 6. de commiſ. vbi ita fuiſſe reſolutum in Rota in vna Salernitana S.Andreæ aſſerit: Quod limita non procedere, quando pars non obſtante motu proprio, cum decreto irritanti ei renunciaſſet,ſeu ipſo vti nollet, quia acta facta illo caſu valebunt. Couar. in c.quamuis pactum.§.2.num.6.de pact. in 6.nam vnuſquiſq; fauori ſuo renunciare poteſt.Card.in Clem.1.q.18.de elect.Rom. conſ.330.col.5.Contrariũ verius puto,nam vt DD.in d.c.cæterũ & Rebuf.loc.cit.aiunt vbi Feli.num.11.quo ad iudicem inferiorem neceſſaria eſt huiuſmodi auocationis ſcientia, ad hoc vt geſta deinceps nulla dici poſsint.Rom. conſ.57. & 566. Dec.in c.ſi duobus: de app. non autem cenſetur, cauſa ſemel pendens corã Iudice ab eo auocata,niſi ea ſibi intimetur.Iaſ.in l.maiorũ.nu.8. ff.de iur.om.Iud.Calder.conſ.4.de off.legat.Boer.deciſ.347.col. pen.Clem.vnic.de renunc.ſufficit autem quod de tali auocatione motu proprio facta, quomodocunque notitiam Iudex habue
45 rit,vt dixit Feli.in d.c.cæterum.num.11.& num.17. Dec. num.7. vbi Ant.& Abb.de reſcrip.Epiſcopus vero cauſam ab eius Vicario auocare poteſt. Io. de Imol. in c. paſtoralis. col. 2. de off.deleg.ratio eſt,quia cum libere ei iuriſdictionem tribuerit,eodem modo libere reuocare poteſt,cum idem ſit Tribunal.c.2.de conſuet.

46 fuet. in 6. c. Romana. in princ. de app. cod. lib. At Metropolitanus causam ab Episcopo eius suffraganeo auocare non valet, quoniam quo ad subditos Episcopo est tantum Iudex in causa appellationis. c. pastoralis. de off. ord. c. 1. in princ. de for. comp. in 6. & licet suffraganeus Archiepiscopo sit subditus nō per hoc sequitur, quod causas ab ipso auocare possit. Conar. prac. quæst. c. 19. nu. 2 & in materia auocationis, vide late eundem Couar. ibi per tot. & alia tradita per Mād. in cōmiss. auocat. cuius dicta nō refero. Petitur multoties causa auocari ab vno Iudice, & alteri remitti, vt exēpli gratia, duæ commissiones directæ, in vna eademque causa diuersis Iudicibus expediuntur, etiam Rotæ Auditoribus, vnusquisque vt Iudici, cui sua est commissio directa, causa remaneat, in porrecta commissione Signaturę contendit,

47 & licet antiquitus rescriberetur, audiat, qui præuenit id ab aula recessisse videtur, nam Signatura hodie solet degustare de valida præuentione, & illi qui præuenit causam ab alio auocando remittere ea nempe ratione, quia occasione istius præuentionis, inter dictos iudices vnusquisque suam inhibitionem, & iurisdictionem tuendo, poterit discensio oriri, ac nouæ lites interdum, cum procuratorem præiudicio, seu carceratione, qui inhibitioni alterius iudicis obedire noluerint. Ic circo ad lites ex litibus oriundas dirimendas, in huiusmodi auocatione Signatura, citata parte, resoluit, coram quo causa remanere debeat, penitus eā

48 ab alio auocādo, & ita frequentius practicatum esse video: & circa præuentionem scias, quod in Rota dicitur facta in simili ab illo Auditore, coram quo prius fuit præsentata commissio, vt dixit decis. 1. de constit. & 6. de rescrip. in antiq. Bellam. decis. 584. cum seq. & tunc alius Auditor nullo modo de causa cognoscet, vt patet ex constitutione Innocentiana, de qua per Cassad. in de cis. 5. de rescrip. At secus extra Rotam, quia per illum Iudicem

49 dicitur facta præuentio, cuius citatio prius exequuta fuit, & nō per rescripti præsentationem, vt ibi Cassad. num. 1. & ideo si extra Rotam prius corā vno iudice fuisset Cōmissio producta, & coram alio, alia commissio in eadem causa, & secundus prius citauerit, secundum præuenisse dicendum erit, quia ad perpetuandam iurisdictionem, non sufficit præsentatio rescripti, sed bene citatio, vt Cassad. ibi num. 2. c. gratum. de off. deleg. c. fin. de off.

50 leg. alia etiam præmissorum ratio esse potest, quia res ante citationem integra est. Glo. in c. vt debitus in verbo assignare, VIde Innoc. Phil. & Franc. de app. Rom. de communi attestans in cōs. 112. num. 14. Bar. & Alex. in l. si pluribus. ff. de leg. 1. Bar. & DD. in l quia. ff. de iur. om. iud. Dec. in c. relatum. nu. 5. vbi Abb. eod. titulo.

titulo Marant.de ord.iudic.par.4.in 5.dist.princip.nu.56.quod declara,dūmodo citatio exequuta rite vel alius actus positiuus iurisdictionis inductiuus,sit legitimus & validus,alias secusper regulam c.quod nullum.de reg.iur. in 6. c. proposuisti.in verbo legitima.de for.comp.Rom.cons.442.nu.5.Corn.cons.55.col.4.
51 vol.3.Gomes.in reg.de annal.possess. q.45. Tiraquel.de vtroque retract. §.8. in glo. 24.Affl. decis. 294. & insuper vt dixit idem Vestr. in lib.4.suæ prax.c.1. num.1. in citatione debet inseri tenor commissionis. clem. 2. vt lit. pend. quia nisi ex ea citatus instruatur, non inducitur litis pendentia, vt ibi Zabarel. in 3.
52 notab.sex ad dictæ inhibitionis subsistentiam requiri asserēs. & copia citato dari debet, sumptibus citantis, alias comparere non tenetur,vt Vestr.lib.4.c.3.num.3.sed si citatio sit circumdu &a,non inducitur litis pendentia.Afflic.decis.366.num.14.

DE ADIVNCTIS DANDIS, SEV IVDICVM SVSPITIONE.

COMMISSIO III.

SVMMARIVM.

1 *DVrum est coram suspecto Iudice litigare.*
2 *Principes curare debent, ne subditi coram iudice suspecto litigent.*
3 *Suspitio quid sit.*
4 *Iudex suspectus, vel remouendus est, vel sibi adiunctus dandus.*
5 *Iudex suspectus legitime allegatus procedens in causa, nulliter facit & infra num. 36.*
6 *Adiunctus per Signaturam iudicibus dandus est, cum maxima consideratione.*
7 *Iudex secularis in terris Ecclesiæ recusatur, secundum Ius canonicum, in terris imperij secundum Ius ciuile.*
8 *Iudicem suspectum allegare cum iuramento sufficit de iure ciuili, absq; causæ expressione.*
9 *Secus de iure canonico, quia vltra iuramentum probari debet suspitio vt num. 13.*
10 *Arbitri de iure eligebantur ad cognoscendum an esset suspitionis causa legitima, hodie non est in vsu.*
11 *Delegatus si suspectus sit in totum remoueri potest, declara vt ibi.*
12 *Iudex allegatus suspectus in initio causæ facilius remouetur, quam causa instructa.*
14 *Arbitri, consultores, vel notarij allegantur suspecti secundum dispositionem iuris ciuilis.*

15 *Iuramentum quando iudex allegatur suspectus, de mandato iudicis præstari debet.*

16 *Procurator volens iudicem suspectum allegare debet habere speciale mandatum.*

17 *Iudex impetratus in curia per procuratores ambarum partium de communi consensu, non potest per principales recusari.*
Declara vt ibi.

18 *Iudex impetratus in litteris ante earum præsentationem, habet iurisdictionem in nube.*

19 *Iudex quando dicatur suspectus.*

20 *Exceptio suspitionis quando sit opponenda.*

21 *Iudex post sententiam subscriptam, non potest allegari suspectus.*

22 *Rescribi non solet in Ro. curia, nec ex certa scientia iudici quando est suspectus.*

23 *Arbiter, seu arbitrator an possint allegari suspecti.*

24 *Collegium, ciuitas, synodus, vel vniuersitas, an possint vti suspecti recusari. declara vt num. 25. limita num. 27. 28. & 29.*

26 *Suspitio augetur, quando ad instantiam partis aduersæ iudex datur.*

30 *Recusatio iudicis in scriptis, & non voce est facienda.*

31 *Delegatus qui in vna causa pronuntiauit, in alia simili potest allegari suspectus, ita etiam ordinarius, declara vt nu. 33. & 35.*

32 *Iudex allegatus suspectus in Possessorio, non erit suspectus in petitorio, declara vt num. 32.*

34 *Episcopus qui tulit sententiam, si deinde creetur Archiepiscopus, erit in eadem causa suspectus.*

36 *Iudex recusatus suspectus an nulliter procedat.*

37 *Iudici suspecto olim Episcopus ipso iure ad partis instantiam associabatur.*
Hodie non est in vsu, & quid seruetur. num. 38.

39 *Iudex si postquam adiunctus ei datus est solus procedat, nulliter facit omnia etiamsi protulerit sententiam, fallit vt num. 40.*

41 *Renunciatio iudicis suspendit iurisdictionem, sicut appellatio.*

42 *Appellari debet si nō obstante, quod iudex fuerit suspectus allegatus procedat.*

43 *Princeps non potest causam Iudici suspecto demandare, dempta facultate eum recusandi etiam de potestatis plenitudine, declara vt nu. 44 & 45.*

46 *Recusatio iudicis an sit de iure naturali, seu positiuo, declara vt num. 47. & 48.*

49 *Iudici ordinario, de iure ciuili adiunctus datur.*

50 *Iudex ordinarius in totum de iure canonico remouetur.*

51 *Arbitrorum electio est differens inter iuris Canonici, & ciuilis dispositionem.*

CAP. I.

1 Iniſtros euentus, ac triſtiſsimos parere ſolet effectus, dū à iudice ſuſpecto, coram quo durum eſt litigare, cauſa demandata, & agitata reperitur. c. cum inter. de excep. l. apertisſimi. vbi glo. in verbo libello. C. de iudic. Pariſ. conſ. 31. num. 89. vol. 1. Rol. à Val. conſ. 19. num. 1. vol. 3. Franc. Aret. conſ. 29. num. 3. c. ſuſpecti. 3. q. 5. ic circo iure medio ſtatutum eſt, ne quis eū facere iudicem cogatur, qui ſibi ſit aduerſus, ſuſpectus, inimicus ſiue odioſus. Stef. Aufr. in tract. de recuſatio. Io. Ferret. in tract. de iud. recuſ. Emergens igitur cauſa partem excitat ad commiſsionem porrigendam, in qua, vel iudicem remoueri, vel ſibi adiunctum dari petit, & de facili commiſsio conceditur, quando de vita hominis, membri mutilatione, vel ſcādala oriri dubitatur, ſeu ſi agatur de cauſa magni momenti, inter nobiles vel magnates, & ſimilibus, dato tamen aliquo valido ſuſpitionis fumo, ac Signaturæ legitimo viſo. Staf. de lit. iuſti. in cap. fatalia. num. 7. Mand. in forma commiſsionis de adiunct. dand. in vers. Auditoris Cameræ. c. fi. de probat. Princi

2 pibus autem cordi eſſe debet, ne ſubditi coram talibus ſuſpectis iudicibus causas tractare cogantur. l. apertisſimi. verſ. tamē quia. C. de iudic. d. c. ſuſpecti. 3. q. 5. Legibus etiā conſona præſens noſtra commiſsio videtur, de qua DD. in d. l. apertisſimi. & multo magis iuri Pontificio. c. vt debitus. & c. cum ſpeciali. de appel. & vt dixit tex. in d. c. ſuſpecti. naturale eſt declinare quo-

3 dammodo ſuſpectorū iudicum inſidias, ac inimicorum velle refugere, & licet ſuſpitio ſit quædam pasſio animi, non eligens firmiter aliquam concluſionem, vt notanter dixit Bal. in rub. C. de probat. num. 4. & alibi idem in l. ea quidem. num. 5. ff. de accusatio. quod ſit aliqualis applicatio animi ad aliquid cū vehementi titubatione, ac mentis motu, tandem vt idem Bald. dixit in l. impuberibus. 5. fi. ff. de ſuſpect. tutor. Suſpitio iudicis, eſt permiſta aliis præſumptionibus, & veriſimilibus coniecturis, ex qui-

4 bus à iudicando de facili remouetur, quia æquitas ſuadet, vt rationabili ſuſpitionis causa propoſita, vel iudex remoueatur, vel ſaltim vt ipſi ſuſpecto, non ſuſpectus aſſeſſor adiungatur. d. l.

5 apertisſimi. Tantamq; huiuſmodi obiectio debito tempore facta legitime parit efficaciam, quod ſi iudex recusatus, qui in causa ſupersedere debet, cum eius iurisdictio ſuſpendatur, ad aliquem actum vlterius procedat, nulliter faciet, vt late infra

6 dicam.num.36.sed cum maxima cõsideratione, & raro propter causarum intricationem, in causa ciuili huiusmodi adiuncti dantur, secus autem vt dixi in causa criminali. Staf. de lit.iust. in c. vtrum autem valeat.nu.2. Nam iudicem proprium recusare, & coram extraneo litigare, grauissimum est. Anchar. in cons.410.

7 num.2.l.1. C.de iur.om.iud.c. fin. de for.comp. Vnum tamen in hoc scias, quod iudex secularis in terris ecclesię recusatur secundum dispositionem iuris canonici, & non secundum tramites iuris ciuilis. Abb. in c. licet ex suscepto. num.17. de for. comp. c. si duobus. de app. secus autem in terris imperii, quia secundum

8 ius Cæsareũ. Rol. à Val. cons.19.num.14.col.3. Differt autem in hoc ius canonicum à iure ciuili, quia de iure ciuili sufficit suspitionis causa, seu iudicem suspectum allegare, absque alia causę expressione, dummodo iuramento eas affirmet. Bar. in l. quia poterat. num.2. ff. ad Trebel. Lanfr. de Orian. in sua prax. in verbo recusationes. num.11. Bal. Ang. & DD. in d.l. apertissimi. C. de iudic. Andreas Gail. de communi attestans in suis obseruationibus imper. obser.33.num.14. Nam iuramentum ad hoc datur, ne calumniose iudex respuatur & ad litis calumnias euitãdas. Glo. in d.l. apertissimi. in verbo recusare. ibi, potest. vbi Sali. num.8. Ideo praxis inoleuit in commissionibus apponere illa verba, videlicet eum suspectũ in manibus S.V. iurare paratus ẽ, & quatenus opus sit, iurat, licet supradicta verba debeãt intelligi, & ita obseruari in casibus, vbi tractatur ɗ paruo prętio dicio, & in quibus non requiritur probatio. Dixit Ias. in d.l. apertissimi. nu.21.l. Thesaurus. vbi Bald. ff. ad exhib. sed nec de iure ciuili debet esse temeraria. Ang. in l. quia poterat. vbi Alex. col.

9 2. ff. ad Trebell. de iure autem canonico alia seruatur forma, quia non sufficit solum iuramẽtum, sed requiritur & expressio, & causæ probatio, quæ an sit legitima, & rationabilis, iudicabitur per arbitros ad hoc eligendos, qua iustificata, & reperta vera ac sufficienti, iudex remouetur, & alteri causa demandatur. c. cum specialis. & c. secundo requiris. §. 3. de app. Lanfr. vbi supra numero 18. vers. de iure canonico. Andr. Gail. communi

10 attestans, vbi supra num.16. præfinitusque terminus, seu tẽpus statuendũ ẽ ad decidendũ, an causę suspitionis sint legitimæ, nec ne, & si discordes erũt, tertius eligi, & ex tribus duorum opinio prævalere debet. d.c. cũ speciali. ac isto casu arbitri ex iuris necessitate assumpti, quodammodo delegati erunt dicendi. l. cum speciali. C.d e iudic. Fulg. in cons.142.col.3. sed quia talis Arbitrorum electio hodie nõ est in vsu, vt testatur Castr. in d.l. apertissimi, in princ. & ab aula reçesit. Dec. in d. c. cum speciali in princ.

princ. Alex. consi. 12. col. 1. vol. 6. Couar. pract. quæst. c. 26. nu. 1. in Romana Curia ad Signaturam recurretur, vel S. D. N. vel Iustitiæ, vbi causis examinatis mature quid faciendū sit, mandatur & extra Ro. cur. quādo officiales sunt suspecti, recurritur ad proximiores iuris præsides. si illis subsunt, sin secus ad sacram consultam seu ad Signaturas. At quando apparet suspitionem allegatam esse notorie nullam friuolam, seu iniustam, tunc arbitri etiam in terminis iuris communis non erunt eligendi. Feli. inc. accedens, el primo. num. 6. vt lit. non contest. Lap. alleg. 1. in princ. Si vero contingat, quod allegetur suspectus legitime iudex delegatus, in totum poterit remoueri. Marant. de ord. iudic. in verb. an sit iud. ord. vel deleg. num. 42. DD. in d. l. apertissimi. Id tamen verum intellige, dummodo non esset delegatus ad vniuersitatem causarum, quia cum eo vti cum iudice ordinario agetur. Glo. in l. fin. in verbo, cum specialis. C. de iudi. similiter si non esset iudex datus à Principe, recusatioue prohibita, quia tunc nisi ex causis à iure permissis, recusari non poterit. Glo. in d. l. apertissimi. in verbo recusare. vbi Ias. num. 17. & seq. vt infra dicā. Quando autem iudex antequam causa sit instructa allegatur suspectus, cum simus in initio facilior est Signatura ad alteri causam demandandam, secus autem si esset instructa, quia si non apparet de causis legitimis suspitionis, difficilius rescribi solet, nam aperitur via faciendi lites immortales, & quādo iudex informatus causam expedire vellet, vtique si eo suspecto allegato alter daretur, in infinitum lites protraherentur, cū habeamus regulā, quod pro iudice sit præsumendū. eo quia non opinatur, quod animā suā perdere velit. l. 2. C. de off. ciuil. iud. Bal. in l. vnica. in fi. C. ne qs in sua iur. Castr. in cōs. 220. col. 1. vol. 2. Alciat. de psump. reg. 3. prę sump. 9. nu. 1. c. abbate. de verb. sig. c. cū olim, el 2. vbi glo antep. de prę sumpt. c. cū Ioannes. de fid. instrum. l. certi. C. de iudi. nam non iudices suspectos se faciunt, sed partes illos suspectos allegāt, absq; causa, ob id repellendę. Ad rē igitur redeūdo dico, quod de iure pōtificio causas suspitionis plene, pbare oportet, licet de iure ciuili sufficiat solū iuramentū. Rol. à Val. in cōs. 31. num. 26. vol. 3. Alex. cōs. 104. nu. 4. vol. 5. Dec. in c. postremo. col. 2. de app. Andr. Gail. ubi supra obseru. 33. n. 16. Tū scias, qd in arbitri, cōsultoris, notarii, siue, p curatoris recusatione, iuris ciuilis dispositio locū hēt, & tūc sufficit, p ratione volūtas. Anch. cōs. 163. nu. 2. Dec. in d. c. postremo. col. 2. de app. & id q a loco recusati, alter facillime subrogari pōt, & in hac recusatione, nulla inter ius canonicum, & ciuile adest differentia, cum solum iuramentum sufficiat. Rol. à Val. cons. 31. num. 25. volu. 3. Anchar. cons. 264. Rot. Ianuen. decis. 189. num. 9. Sed si delegatus etiam

in totum causam subdelegauerit, & subdelegatus vti suspectus recusetur, tunc non sunt eligendi Arbitri, sed coram delegante causæ suspitionis probandæ, etiam si exequutorem dederit. Felin. in cap. super quæstionum. num. 19. vbi Abb. de off. deleg. &
15 in hoc non habet locum regula quod arbitri eligi debeant. Nã licet iuramentum quo ad iudicem suspectum allegandum sufficiat, & effectum pariat, tamen opus est, vt non ex se ipso quis iuret, sed quod ei à iudice, seu potestatem habente deferatur. Rui. cons. 6. num. 6. vol. 4. l. 3. in princ. & §. fin. vbi Bal. ff. de iur. iur. Io. Baptista Caccialup. in tract. de Debit. fugit. in 6. quæstione princ. col. antep. versatè aduerte. Ratio est in promptu, quia si recusans iudicem iurare debet, illum suspectum habere non potest ex se ipso iuramentum suscipere, cum nõ habeat auctoritatem, sed per iudicem est deferendum. quando de ipso copia haberi potest, aliàs coram honestis hominibus illud interponere sufficit. Rui. d. cons. 6. nu. 8. c. fin. de appel. l. 1. C. de his qui permet. iud. & iudicialiter dari, quia iudicis recusatio extraiudicialiter facta non valet, nam libellus offerendus est in terminis iuris communis. l. fin. C. de iudic. Bald. & Sali. & scriben. in d. l. apertissimi Rui. d. cons. 6. nu. 10. & sicut non valet protestatio facta extra iudiciũ parte absente, quãdo requiritur eius præsentia, ita nec recusatio l. in contractibus. §. in omni tempore. C. de
16 non num. pec. l. vt perfectius C. de excep. Rui. vbi sup. nu. 10. sed si Procurator voluerit aliquem iudicem suspectum allegare, & iurare, debet habere speciale mandatum, quia cum in animo principalis suspitio consistat, absque eo id facere non valet, cum absconditam sui principalis voluntatem declarare ad eum non pertineat. Rol. a val. cons. 19. num. 1. 2. & 3. vol. 3. Alex. cons. 26. col. 2. vol. 6. Ang. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. Paris. cons. 31. nu. 72. 112. & 115. vol. 1. C. causam quæ. de elect. Fel.
17 in c. 1. vt lit. non cont. l. si procuratorem. ff. de cond. inde. Verum si procuratores ambarum partium de communi consensu, iudicem impetrarunt, in curia non possunt principales illum nec recusare, nec allegare suspectum. c. olim. de caus. pos. & prop. nisi nouam causam superuenisse probarẽt. Ang. in d. l. quia poterat. post alios per eum adduct. Imol. in c. 1. nu. 8. de iudi. quod etiã annuit Ias. in d. l. apertissimi. nu. 2. neque etiam loci nõ tuti exceptionem opponere. Anchar. in cons. 158. nu. 19. quod verum hoc credo, per ea quæ in supra proxime posita commissione retuli, & electio loci non tuti facta per procuratorem, qui ea, quæ in animo principalis consistunt (vt dixi) ignorat ipsi principali non præiudicat. Rot. in antiq. de dol. & contum. decis. 5. Clemẽt.

Pasto-

Pastoralis. §. Pisana. de re iudi. dasilate alios alleg. in cons. 86.
18 num. 13. vol. 3. & licet iudex in literis deputatus, ante illarum præsentationem habet iurisdictionẽ in nube, eam nisi post præsentationem exercere non valet. Fed. de Sen. cons. 24. num. 1. &
19 per totum. Suspectus dicitur Iudex, qui plus vni, quam alteri ex collitigantibus est fauorabilis, & recusari potest. Dec. cons. 256. num. 4. c. accedens, il secũdo. ibi, nimis fauens. vbi Abb. vt lit. nõ contest. ac enim si alterius partis defensionem suscipiat, consiliumque, seu fauorem præstet. c. causam quæ. & c. cum R. canoni cus. de off. deleg. Franc. in c. postremo. vbi Doct. de app. Alex. in l. solent. num. 8. vbi Ias. num. 1. ff. de iur. om. iud. Paris. cons. 31. num. 93. vol. 1. Præterea si testis fuerit, pariter recusari poterit. Franc. Aret. in cons. 20. num. 5. Spec. in titulo de iud. deleg. §. superest. vers. item quia fuit testis in causa. Abb. & Modern. in c. di lectus. de test. c. statuendum. 2. q. 6. l. fi. in fi. C. de off. assess. ac etiã si procurauit se ipsum in causam deputari Spec. in tit. de iud. de leg. §. superest. vers. item si se ipsum. Innumerabiles sunt autem causæ, ob quas iudex allegari suspectus valet, quas sigillatim re censere esset extra tractatus intentionem, & magis laboriosum, quam vtile, quia videri possunt cõnumeratæ per Ias. in d. l. apertissimi. à princ. vsque ad num. 10. & per Lanfr. in sua prax. in verbo recusationes. num. 19. per Marant. de ord. iudic. in verbo, & quandoque appellatur, a num. 28. vsque ad num. 73. Abb. in c. conquerente. num. 10. & seq. de rest. spol Feli. in c. causam, quæ num. 2. vbi enim Glo. de off. deleg. Marant. de ord. iud. par. 6. in verbo appellatio. à num. 26. vsque ad 76. Apostil. ad Bar. in d. l. apertissimi. Feli. Franc. & Card. Alexand. in c. postremo. de appel. Nam si vltra causas à iure non expressas iudex uidet, quod æquitas suggerat, vt se in causa de qua agitur non ingerat, debet abstinere. Innoc. in c. cum speciali. num. 3. vers. super his de app. & hinc sequitur, quod si Episcopus fuerit suspectus, Vicarius, & tota curia poterint suspecti allegari. Franc. in c. dilectus colum. 10. & in cap. postremo. colum. 7. 12. casu. de app. Imol. in cap. insinuante. de off. deleg. a s. in d. l. apertissimi
20 num. 9. vers. aduerte tamen. sed quæro; quando huiusm od. exceptio sit opponenda; & communiter DD. asserunt ante litẽi contestatam, in d. l. apertissimi. Glo. & Canon. in c. pastoralis. de excep. Dec. in l. fin. C. eod. quia cum ex litis contestatione dicatur in iudicem consensum. Ias. in d. l. apertissimi. num. 11. Capr. in tract. prærog. num. 87. concl. 1. & habetur in c. inter monasterium. de re iudic. post eam cessat recusatio. de communi att. Couar. prac. quæst. c. 26. sub num. 2. Bursat. cons. 269. nu. 12. vol. 3.

& sic si aliæ exceptiones opponantur, & istęc committatur, non poterit amplius opponi, quia per omissionem illi videtur renũciatum. Innoc. in c. inter monasterium. de re iudic. Bart. in l. quidam consulebant. ff. eod. tit. & in l. fi. C. de iudi. Lanfr. vbi supra num. 1. Id tamen intellige, quando in initio aderit causa suspitionis, seu illam pars sciuerit, secus autem si ignorauerit, vel denuo etiam post litem contestatam orta fuerit, quia vtroque casu habebit locum recusatio, vt Delegatus amoueatur, vel ordinario adiunctus detur, & de primo est Glo. pen. in l. 2. C. de consor. eiusd. lit. & glo. in c. cũ speciali. de app & tradũt Cin. Ang. & Castr. in d. l. apertissimi. de secundo est doctrina Castr. in d. l. apertissimi num. 2. & de vtroque lat. per Couar. prac. quæst. d. c. 26. num. 2. Feli. in c. pastoralis. num. 17. vbi Dec. num. 9. de except. Franc. in c. cum speciali. num. 22. de app. ignorantia autem causæ suspitionis, iuramento allegantis probatur. Ang. in d. l. nemo carcerum. C. de exact. lib. 10. & tex. in d. c. pastoralis. de except. Ratio est, quia ignorantia in animo consistit, & ideo sicut ea quæ in animo, vt diximus, residunt, iuramento probãtur. Rot. de rescrip. in nou. decis. 30. & decis. 23. in antiq. de probat. Dec. in cons. 256. num. 9. ita etiam ignorantia, vt late per Mandos. post alios quos congerit, Rom. cons. 398. num. 5. atcõclusio, quod causa suspitionis, quæ venit in notitiam tãtum, vel orta sit post, ampliatur habere locum in quacunque parte iudicii, sec. Fel. in c. insinuante. col. pen. de off. deleg. & Maran. in verbo & quandoque appellatur. vbi supra num. 74. & licet Gemin. in c. iudex. de off. deleg. in 6. videatur contrarium tenere, tamen eius opinionem non esse sequendam ibidem asserit Io. de Imol. & Feli. in c. insinuante. num. 15. de off. deleg. quod tamen ordinarie intelligi procedere, antequam sit conclusum in causa, nam post nõ potest iudex allegari suspectus. Feli. in cap. cum dilectus. num. 6. de fid. instr. & in d. c. insinuante. num. 15. nec adhibetur in ea distinctio scientiæ, & ignorantiæ, quæ adhibetur post litem contestatam. Couar. dict. c. 26. num. 2. consuenit tamen Signatura post conclusum in causa, ratione allegatæ suspitionis dare adiunctũ. Staf. de lit. iust. vers. dantur literæ. num. 3. fol. mihi 129. & in aliis casibus, non nisi ex vrgenti causa, & in magna iustificatione, idem Staf. vbi supra vers. si appellatus. sub num. 5. fol. 136. Quando autem dicatur in causa conclusum, vide Abb. in c. cum dilectus. num. 8. de fide instr. circa istud ad vnum est aduertendum, quod licet per citationem ad sententiam dicatur in causa conclusum. Rom. cons. 277. & Ruin. cons. 6. num. 13. volum. 4. intelligitur tamen respectu obtinentis citationem, & citare facientis

tantum,

tantum. Bero. q. 124. n. 3. solent enim iudices aliquando post tentum terminum ad sententiam animũ suum propalare, ideo cauti procuratores id videntes, partem aduersam citant, & noua iura producere nituntur, ob quorũ non productionẽ terminus tentus circumducitur, & deinde sumpta causa iudicem allegant suspectum, sed iudex magis procuratore cautus non fit fatuus in propalando animũ suum, tamen si forte loquatur, videns ad rem iura non facere, & quod cauillose ad lites in longũ protrahendas id quæritur, supradictis reiectis expedire causam debet, obuiuando malitiis partis, sin autẽ dubium esset an iura facerent ad causam, tunc illa admittere poterit, ac ad partes poni mãdare, quia ob admissionem factam non circumducitur terminus tentus ad sententiam, & postea si in causa vrgentia sibi iura visa fuerint, poterit mandare illa poni in actis, sin secus ad causæ expeditionem vt sibi videbitur procedere, verum si clare sibi iure fore admittenda, & causæ necessaria apparebant, ea admittere debebit. Sed postquam sententia est subscripta, iudex non potest amplius allegari suspectus. Couar. prac. quæst. c. 26. nu. 3. at si causa pluribus iudicibus demandata foret, cum clausula, quod si nõ omnes, &c. & aliqui eorum allegati fuerint suspecti, non debent arbitri eligi ad iudicandum de causis suspitionis, sed id cognoscere Socii superstites. c. si contra vnum. de off. deleg. in 6. licet Couar. loco supracitato. nu. 5. teneat contrarium, ea nempe ratione, quia in solidum supradictis iudicibus competit iurisdictio, dumq; aliqui sint impediti cæterorum officium silere debet, vti late ibidem per eum. Rescribi vero per Sedem Apostolicam non solet iudici, quando parti est suspectus, neque etiam ex certa scientia text. est in c. cum inter, de except. nec minus id Princeps facere debet. Abb. in c. ad hæc. nu. 8. de rescr. Ratio est ne iniuria oriatur, vude ius speratur & de facili pars illa grauaretur, sed suspecto iudici Papa pòt cõmittere negotiũ, & tollere omnẽ recusationẽ, immo iudici, à quo cõmittere etiã causam appellationis. Villalob. in litera P. n. 21. cũ seq. & Abb. qui de cõi testatur. in c. ad hoc de rest. in fin. Vtrũ arbiter, seu arbitrator possint allegari suspecti, quæro. Differentia etenim est, inter arbitrium & arbitratorem, quia arbiter ille dicitur qui iuris ordine seruato procedere debet. Innoc. in c. Quintauallis. circa med. versi. item nota differentiã. de iur. iuran. Bald. in marg. ad Innocen. in verb. arbiter. 7. & in l. fi. q. 3. C. de contr. empt. Cuma. consil. 31. & consil. 7. col. 88. DD. in l. 1. ff. de arbi. licet aliquando ex conuentione de partium consensu detur ei facultas procedendi de facto, & sententiandi de iure. l. non distinguemus. §. cum quidam, vbi scrib. ff. de arbitr.

Laufran.

Lanfr. in tract. de arbi. par. 7. q. 34. & etiam post litem contestatã glo. in d. §. cum quidam. in verbo speciès. Ang. in l. fi. C. de feriis. & etiam post conclusum in causa, ad instar iudicum ordinariorum vt supra dixi, quia arbitri, & iudices æquiparantur. l. 1. ff. de arbit. Spec. in tit. de libel. concep. §. restat. vers. sed nunquid coram arbitro, & sic quemadmodum Iudex ex causa recusari potest, ita etiam arbiter, secus autem in arbitratore. d. l. 1. vbi DD. ff. de arbit. Episcopale. C. de episc. aud. Lanfr. in d. tract. de arbi. par. 7. q. 24. & in c. quoniam contra. de probat. qui possunt proce
24 dere de facto, sed de iure sententiare, vt ex supradictis patet. Videamus subsequenter, an totum collegium, Synodus, Ciuitas, seu vniuersitas allegari possint suspecti. Nam prima facie calumniosum videtur, omnes vnius ciuitatis iudices suspectos allegare. Alber. in d. l. apertissimi. in fin. & si id fiat, in fraudem fieri censendum est. Alber. in secunda part. statut. q. 101. vbi à magnis viris totum collegium recusari non posse, se audisse asserit, quia si aliquos suspectos habet, opus est vt nominet eos in specie, quibus demptis, cæteri non suspecti remanebunt. Præsumendum præterea est, pro integritate, & ingenuitate illorum, qui huiusmodi synodis, collegiis, & vniuersitatibus sunt præpositi, tamen de iure contrariam sententiam affirmatiuam, à doctoribus communiter sequutam reperio, pro qua primo videtur facere text. in c. licet ex suscepto. vbi Abb. nu. 4. de for. comp. Dec. qui de communi attestatur in c. 2. lec. prima. num. 15. de iudic. Cald. in cons. 56. incip. an officialis. num. 1. de appel. And. Sicul. in tract. de præst. Card. par. 2. q. 3. qui pariter hanc esse communem sententiam asserit. Feli. in c. 1. num. 6. de iudi. Burs. consi. 269. num. 25. lib. 3. Rationes sunt in promptu, nam recusatio, & appellatio de pari procedunt, c. super eo. de app. & sicut à synodo, seu collegio potest appellari, ita etiam & recusari. c. multis. 17. distin. Franc. in c. postremo. q. 8. de app. & pro hac parte habemus textum clarũ
25 in clem. pastoralis. §. Pisana. de re iudic. Hanc tamen secundam sententiam intelligo veram quando, qui præsunt synodo, siue cõsilio, quibus cæteri tenentur obedire, sunt suspecti, & isto casu, si principaliores (vt dixi) erunt suspecti, pariter totum collegium recusari poterit. Abb. in d. c. 1. num. 14. de iudi. vbi Dec. num. 17. vers. quod uerum. Bal. in l. 1. n. 5. C. rect. prouin. & rationem ibi Bal. num. 6. assignat dicens, quod quando aliquid fit opera mea, si ab alio fiat, perinde est, si mecum fieret. Alber. in secunda par. statut. q. 101. Feli. in c. causam quæ. in princ. de offi. deleg. Couar. in lib. pract. quæst. c. 26. num. 1. & tanto magis, si ad instantiã partis aduersæ inibi causam committi procuratum fuerit, augebi-

tur,

tur suspitio. Specul. in tit. de iud. deleg. §. superest. versic. item si ad petitionem. Bal. in l. qui iurisdictionem. col. 1. ff. de iur. om. iud. Franc. in d. capit. postremo in. 22. casu suspitionis. de appel. Dec. in c. cæterum. num. 13. de rescript. quem vide super declaratione l. 15. observandum. Cde iudic. & supradicta secundū Feli. in d. c. 1. de iudi. num. 6. vers. quod ego intelligerem. declara dū modo caput sit tale, quod uniuersitas, synodus, seu collegium, nō
27 audeat sibi contradicere, ac illi subsint, sed ea quæ dixi, non procedunt, si aliqui ex collegio, synodo, vel vniuersitate sint suspecti & ipsis detractis, cæteri remanerent, in numero, seu ad iudicandum apti, quia paucorū suspitio, ad omnes de collegio remouē
28 dos non sufficeret, vti canon in d. c. 1. de iudi. declarant. Id tamē fallit in concilio generali, in quo nulla cadere potest suspitio, vt Feli. in d. c. 1. num. 6. vers. omnia ista ait & Dec. nu. 15. vers. opi-
29 nio tamen glossæ. & Abb. nu. 14. licet aliquātulum claudicare videatur. Fallit & secundo in principe superiorem non recognoscente, quia recusari non potest. Pari. consi. 31. late multos alleg. num. 105. vol. primo. Fallit tertio in religiosis, habentibus qualitates obseruantiæ perfectæ, quia nec etiam vti suspecti recusantur & exemplum. Paris. in d. consi. 31. num. 101. ponit in fratribus Cartusiensibus. Franc. in d. c. postremo. col. 5. q. 6. de app. Nec obstant in contrarium adducta, quia cum ista secunda magis communis sit, prima veritate caret, & vltra doctorum communem sententiam, ita de consuetudine seruari testatur. Alber. in d. secūda par. stat. q. 101. in fin. Pari. d. consi. 31. num. 99. nam licet stante dignitate collegiorum, præeminentia synodi, & eorum integritate, præsumptio quod in eis suspitio cadere non possit inducatur, tamen hoc dato, ob id non sequitur. quod suspecti allegari non queant, quia habemus regulam, quod omnes iudices, dummodo superiorem recognoscant legitima subsistente causa, possunt allegari suspecti, vt etiam Cardinales legati de latere, c. nouit. vbi Abb. & DD. de appel. Pari. d. consi. n. 97. Rol. à Val. consi. 19. nu. 17. vol. 3. Feli. in c. cum inter. col. 6. de excep. Barb. in trac.
30 de præst. Card. p. 2. q. 3. principali, in prin. Præfata vero recusatio non uoce, sed in scriptis est facienda. Sal. Ang. Fulg. & alii in l. cū speciali. C. de iudi. Fed. de Sen. consi. 24. Franc. in c. cum speciali. de app. sed in talibus recusationibus, & causæ allegatæ sunt optime considerandæ, & cum maxima maturitate scribendum, vt sapientissime more suo Domini mei faciunt. Vlterius te latere nolo quod delegatus, qui in vna causa pronunciauit, si aliam similem habeat, potest suspectus allegari: nam est impossibile, qd in eodem facto, respectu diuersarum personarum habeat diuersum

sum animum. Franc. Aret. in cons. 29. nu. 25. vers. quid si delegatus. Innoc. in c. irrefragabili. in princ. de off. ord. Capic. dec. 146. & succesiue videamus, an iudex ordinarius, vna causa finita, & ab ipso cognita, in cognitione causæ illi connexæ remaneat suspectus, adeo quod recusari valeat, & breuiter dico, quod si agi-
31 tur possessorio coram vno iudice, eo finito coram eodem agi debet petitorio. Ratio est, quia licet super possessorio sententiam tulerit, tamen in petitorio non potest recusari, & si causæ istæ respectu eiusdē subiecti videantur connexæ, nihilominus habēt se-
32 paratam defensionis materiam. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss. id tamen intellige verum in possessorio, quod cum petitorio concurrere, seu cumulari non potest, vt declarat Bar. in l. nulli. n. 1. vers. sed contra hoc oppono. C. de iudi. vel si diuisio nō esset necessaria, vt habemus casum in l. nā & si fur. ff. si cert. petat. & ad hoc vt præsens regula locū habeat, opus est quòd reus opponat. Inn. in c. cū M. Ferrarien sis. de const. n. 1. Bal. in Aut. sed nouo iure. n. 9. C. de ser. fugit. & in c. 1. de cont. feu. int. par. igitur si in iudice, qui in possessorio pronunciauit, nulla remanet suspi-
33 tio, causa in petitorio vti informato, corā ipso tractari debet. At qñ causa prima est expedita, in cōnexa, merito pōt haberi suspectus. Ratio (vt dixi) clara est, quia cogitari nō debet, qđ contra aliū in causa connexa diuersam à prima proferat sententiā, cum iam semel animū suū declarauerit, & obiter hac nactus occasio-
34 ne dico, qđ si eps tulerit sententiam, & deinde fuerit creatus Archieps, licet in causa appellationis nouę fieri possint probationes, & iudicis forsan opinio mutari, quia intrat præsumptio, qđ multū suæ late iam sententiæ faueat, poterit suspectus allegari, Spec. in ti. de iud. del. §. superest. n. 14. vers. ité si prius. & in §. nunc tractemus in fi. đ app. But. in c. quærelā. super 1. glo. de elec. & ad quæstionē præpositā reddeundo circa eā intellige, qñ sunt plures
35 rei in vna causa, idē interesse habētes. Nā tūc si contra vnū, iudex ferat sententiā, alter collitigās poterit eū allegare suspectū, ex supradictis rōnibus, qa ridiculū esset dicere, qđ vnū animū iudex haberet respectu vnius personæ, & aliū respectu alterius, in eadē decisione causæ cū iam sententiādo suā intentionē propalauerit. Inno. in c. irrefragabili. n. 2. vers. respondeo. de off. ord. Canon. in c. cum speciali. de app. nam si pro actoribus pronunciet, erit reis suspectus, si pro reis, erit actoribus: stante igitur cōnexitate causæ, corā ipso litigare iniquū erit, quia magis æquū, & naturale ē, qđ coram iudice suspecto quis non cogatur litigare, quā quod ratione cōnexitatis causa corā eodē iudice suspecto terminetur, vt elegāter dixit Franc. Aret. in cons. 39. nu. 25. sed quid si vti suspectus

tus iudex recusatus sit, qui non obstante recusatione ad vlterio
ra procedat, an nulliter id faciat, & videtur dicendum quod sic,
quia non est æqualis conditionis, vt erat prius ante recusatione
cum turbida notitia fuerit eius iurisdictio, & recusatione pro-
posita, statim desierit esse iudex, nam eius iurisdictio suspendi-
tur, nec ad vlteriora procedere valet. Bar. & DD. in d. l. quia po-
terit. ff. ad Trebel. Marant. de ord. iudic. in verbo quandoque ap-
pellatur. nu. 24. Rom. consi. 220. nu. 23. & seq. Gem. in c. iudex. de
off. deleg. in 6. Oldr. consi. 6. Thema est. Bal. in Marg. ad Innoc. in
verbo processus. Vant. in tract. de nullit. sent. ex def. iurisd. num.
140. immo, non solum acta sed sententia, cum omnibus inde se-
quutis erunt nulla. Bar. in d. l. quia poterat. Lap. alleg. prima. Lan
cell. de attent. in tit. de attent. post recus. iud. quod intellige de iu
re ciuili, secus de iure canonico, cũ nec sententia, neque processus
sint nulla. Put. decis. 370. in princip. lib. primo. licet circa hoc va-
rias scribentium referat sententias. Rom. d. consi. 220. à nu. 3. vs-
que ad 8. l. 1. C. si qua præd. pot. Innoc. in capit. cum speciali. de
36 app. Corn. in consi. 247. n. 40. cũ addu. vol. primo. Sed omissis mul
tis quæ hinc inde adduci possent, rem perstringendo, dico quod
tex. in c. iudex. de offic. deleg. in 6. tres faciendo considerationes,
hanc quæstionem determinat. Nam aut fuit voce iudex recusa-
tus, tunc gesta tenent, cum (vt dixi) in scriptis offerri debet li-
bellus recusationis. Rui. in consi. 6. nu. 10. vol. 4. l. fi. C. de iudic. &
aliter facta cõtra iuris dispositionem non est attendenda, sed tũc
gesta tenent, immo alteri causam subdelegare poterit, si erit de-
legatus, & ideo suspitio, quæ eis personam afficit, cessabit, cum
personalis exceptio personam non egrediatur. l. exceptiones. ff.
de excep. capit. cito. 1. q. 1. igitur mutatâ per subdelegationem
persona, euanebit suspitio, vt dixit gl. in d. c. iudex. in verbo pro-
ponatur. Aut erat propositus libellus recusationis, sed nõ adhuc
pronunciatum, an causæ essent legitimę nec ne, & tunc vtrum be
ne, vel male fecerit, procedendo, dependebit ex euentu causæ, nã
si erit legitime recusatus, in consequenti omnia gesta erunt nul-
la: si autem causæ suspitionis non erunt legitimæ, omnia acta va-
lida censenda erunt. Rom. consi. 120. num. 7. Aut fuit pronuncia-
tum super, & pro causis recusationis, tamen postea iudex proce-
sit, seu sibi fuit inhibitum, vel appellatum, quo casu stante appel-
latione, processus redderetur nullus. Corn. cõs. 247. n. 38. vol. pri
mo. Innoc. in d. c. cum speciali. & tunc quia fuit declaratum cau-
sas suspitionis fore legitimas, & id non obstante processit, aper-
te omnia erunt irrita iudicanda. Alex. consil. 89. num. 9. vol. 1.
l. 1. in princ. ff. nil ap. pen. nou. c. cum appellationibus friuolis. de

appel.

37 app.in 6.Quando verò iudex ordinarius allegatur suspectus,epi
scopus sibi associari debet, & ab allegante suspitionem produ-
cto libello, seu per iudicem ordinarium recusatum, instandum
est declarari sibi esse per legem associatū. Bal. in d. apertissimi.
nu.6.Aut.si vero.C.de iudic.quod cessat in causa vbi esset impo-
nenda pœna sanguinis, respectu irregularitatis in qua incurre-
38 ret,vt ibi Bal,ait. Sed quicquid sit de iure in contrarium se con-
suetudo habet,quia non seruatur, quod in adiunctum episcopus
detur,sed alium sibi associari sufficit. Gugl. de Cun. Bal. Sali.&
Castr.in d.Aut.si uero.C.de iudi. Alex.consi.112.nu.5.vol.6. Man
dos.in commissione deputationis adiuncti, in verbo adiunctum.
vers.sed quod dicitur.Episcopo autē Archiepiscopus associatur,
vt dixit Alex.inibi ac etiam delegato ad uniuersitatem causarū,
quia vt Mand.loco cit.ait,habetur ad instar ordinarii.Rui.cons.
60.n.12.vol.5 glos.in c.causam.in verb.à Principe delegatus.de
39 app.Tamen quādo datur adiunctus,si iudex cui datur solus pro-
cedat,omnia erunt nulla,quia potius dolus, & malignitas dete-
getur,quàm animus administrandi iustitiam.Dec.in consi. 165.
40 nu.2.Gem.in consi.24.nu.11.& seq. si autem recusans compare-
ret simpliciter, cum per contrarium actum comparitionis cōtra
ipso recusato,recusationi renunciatum intelligeretur.Paris.cōs.
31.nu.59.vol.1.Aegid.dec.137.Gab. de app. cōcl.2. nu.2.Aegi.
dec. 624.Cald.consil.5. de appel.Dec.in c.1.lect.1. num.17. de
iudi.tunc rite procedere poterit.Abb. in c. sciscitatus.de rescri.
ideo si stante legitima recusatione ferat sententiam,erit manife
ste nulla.Canon.in c.cum speciali.de appel.Alex.in d.l. quia po-
terat.nu.6.ff.ad Treb.Castr.consil.22.circa princ.vol.2. Bologn.
consi.36. col.3.versi. præterea hic iungo. Pari,d.consi.31.nu.88.
41 vol.primo.Ratio (vt dixi) est, quia talis renunciatio legitima,
ad instar appellationis suspendit iudicis iurisdictionem. c.quo-
42 ties.2.q.6.canon.in c.super eo.de appel.Pari.vbi supra & eo ma-
xime quando fuerit appellatum ab vlteriori processu, seu nō ad-
missione iurium,quod necessario tunc requiritur. Corn. consil.
281.nu.38.vol.primo. Inno.d.c.cum speciali.nam si tunc reiecta
appellatione procedit,nulliter facit.Pari.vbi supr.nu.87.tot.tit.
C.ap.pen.nil nou.c.non solum.de app.in 6.l.ex illo.C.quorum ap
pel.non recip.sed quid si causa fuerit demādata remota, seu sub-
lata causa qualiber suspitionis?In hoc articulo reperio Abb.in c.
43 ad hæc.n.8.de rescr.dicentem.Quod Princeps non potest de ple-
nitudine potestatis causam suspecto committere sine facultate
recusandi,asserens id alibi ita expressum non reperiri, sed idem
in c.cum inter.nu.9.de excep.aliter loquitur, distinguendo. Qđ

aut

44 aut Papa recusatione remota committit causam, cuius decisio pendet ab eius potestate, vt in beneficialibus, & similibus, tunc quia est sola voluntatis exequutio, & ille, cui demãdatur est merus exequutor causam vt supra (de iure tamen loquendo) demã
45 dare valebit suspecto. Aut nõ dependet à potestate sua, quia agitur de statu personæ, vel rebus temporalibus, inter laicos, & tunc si aderit causa rationabilis suspitionis, parte reluctante, non poterit eam suspecto demandare, & rationem ibi reddit,
46 quia iudicis recusatio est de iure naturæ, vti defensionem concernens. c. suspecti. 3. q. 5. cui Princeps derogare non valet sine causa. At Felin. in d. c. cum inter. num. 8. non de iure naturæ, sed positiuo iudicis recusationem esse ait; quod Abbatis opinionem reprobando, comprobate per multas rationes, quas ibi vide.
47 Vtranq; opinionẽ iudicio meo veram credo: nam in casu Clc. Pastoralis. de re iud. & similibus, video Abb. opinionẽ veriorẽ, quia si adesset mors certa, seu metus illius, vel vulnerum, quod morti simile est, illa suspitio esset de iure natura, licet etiam nõ in actu finali intetuenirent mors seu miuę. Corn. in consi. 53. nu. 4. uol. 4. & vt dixit Bal. in c. 1. num. 1. quib. mod. feud. amit. licet homini certe semel mori datum sit, tamen id naturæ abhorret & fugit:
48 in aliis uero casibus lites ciuiles tangentibus, propter multiplices rationes ibi per eum adductas, credo opinionem Feli. præualere, quia recusatio iudicis ad ius refertur, non ad naturam, & licet omnis lex dicatur secundum naturam, non tamen sequitur, quod sit de iure naturali, quia ius naturale est immutabile, & leges tolli possunt, tamen quo ad Principis dispositionem. Feli. nu. 8. vers. sed tenendo. cum Abb. concordat, vbi plures limitationes affert, quem vide. & ibi omnes canon. eandem sequuti sunt sentẽtiam, & licet ista recusatio habeat rationem naturalem, non est proprie de iure naturæ, sed de iure positiuo, vt Feli. in d. c. cum inter. nu. 9. affirmat. Petitur dari adiunctus interdum iudici or-
49 dinario, interdum delegato. Nam de iure ciuili loquendo, si petatur dari ordinario, non denẽgatur. Ratio est, quia non remouetur à iudicando, & in hoc secundum iuris dispositionem arbitri iuris sunt eligendi, qui videant (vt dixi) an legitima causa suspitionis subsit. l. item si suspectus. ff. de proc. Bar. in l. nemo. ff. de iur. om. iud. & tunc metus suspitionis ratione talis adiuncti purgatur. Ias. & Sali. in d. Aut. si vero. nu. 2. Istud tamen fallit, si iudex recusatur, quia fuit aduocatus, & ex aliis causis in iure expressis. Ias. loc. cit. nu. 3. & seq. Spec. in tit. de iudice deleg. in §. superest videre. per tot. sin autem petatur dari iudici delegato, nõ est opus, quia in totum remouetur, si fuerit legitime suspectus.

Bart.

50 Bar. & alii in d.l. apertissimi. Aut loquimur de iure canonico, & delegatus, & ordinarius etiam vti suspectus recusatur. Doct. in c.cum speciali. vbi glo. de app. & in c.si quis contra clericum. de for. comp. & in c.suspitionis. de off. deleg. Iaſ. & Castr. vbi supra nu. 5. Lanfr. in sua prax. in verbo recusationes. n. 9. sed in electione arbitrorum ius canonicum, & ciuile differunt, quia de iure ci-
51 uili super meritis causæ pronuntiare possunt, de iure autem canonico solum, an causæ suspitionis sint legitimę, Sali. in d.l. apertissimi. nu. 7. & text. in c. prudētia. & in c. suspitionis. de off. dele. & in c.cum speciali. de app. Io. And. in c. legitima. de appel. in 6. in nouell. & sec. Rom. in sing. 455. legitima causa subsistente, ac seruata forma d.c.cum speciali. vt ait gl. in c.si quis contra clericum. de for. comp. tam iudicibus Romanæ curiæ, quàm extra eā, Signatura adiunctos dare consueuit. Staf. de lit. iust. in c. utrum autem valeat. nu. 2. & quæ causæ sint addendæ, tradit idem Staf. in c. in commissionibus. in princ. Milis in suo rep. in verb. iudex ordinarius. & multa in hac materia etiam vide congesta per Mando. in trac. commiss. in cōmissione de adiunctis deputandis, per totum, cuius dicta nō repeto, quoniam ex te videre peteris.

DE

DE COMMISSIONE SVPER DILATIONIB. MORATORIIS ALTERNATIVIS CESSIONE BONORVM

C. PERVENIT. DE FIDEIVS. Et c. Odoardus. de solutio.



COMMISSIO IIII.

SVMMARIVM.

1 *Debitores quomodo ex dispositione legis 12. Tabularum tractabantur olim.*

2 *Legislatores nostri benigniores legis 12. tabularũ seuitiam moderarunt.*

3 *Ecclesia S. Rom. legibus benignissima, alia tam pro clericis, quàm laicis ære alieno grauati, mitiora edidit.*

4 *Debitor conuento tempore non soluens, & periuris efficitur, et creditori iniuriam affert.*

5 *Hæres si ex testatoris mandato eius debita nõ soluat, an illi faciat iniuriã.*

6 *Dilationes debitoribus ex gratia ad tempus S.D.N. concedit.*

7 *Dilationes ad soluendum obtinens, an teneatur cauere de soluendo in fine termini. Quid si non petatur à creditore. num. 8.*

9 *Præparatoria iudiciorum omissa (excepto libello,) vel præpostera, non reddunt iudicium nullum.*

10 *Rescriptum vitiatur, quando conditiones in eo contentæ non implentur, & iudex caret tunc iurisdictione.*

11 *Debitor pauper non valens cauere de soluendo in fine termini, admittitur ad iuratoriam cautionem. Quæ in hac iuratoria cautione concurrere debeant, & num. 12.*

13 *Bona debitoris pẽdente dilatione an sint sequestranda, distingue vt n.* 14.

15 *Fideiussio de soluendo in fine termini, an per Principem tolli possit.*

16 *Mentio an sit facienda in principio de lege particulariter contraria, & an ei per clausulam generalem, legibus in contrarium facientibus non obstante sufficienter sit derogatum. Quod sic num.* 17. *secus in Priuilegio, num.* 19.

18 *Princeps ex sola voluntate contra ius positiuum dispensare potest.*

20 *Princeps supremus superiorem non recognoscens solum in rescriptis vtitur clausula legibus non obst. & iuri derogare pōt. Non autē inferiores.*

21 *Dilationem ne debitor vnquā soluat, princeps de iure concedere nō pōt.*

22 *Dilationem petens ad soluendum, videtur approbare debitum.*

23 *Debitor meus petit dilationem contra me, si e conuerso ego sum debitor suus, possum eadē dilatione contra ipsum vti: qua ipse vtitur cōtra me.*

24 *Dilatio principali concessa, an prosit fideiussori, non prodest in obligatione dandi, prodest in obligatione faciēdi exēpla vt ibi, Distingue vt n.* 25.

26 *Princeps regulariter iuri tertii præiudicare non intendit.*

27 *Mercatoribus decoctis ad tempus, saltē conductus seu moratoriæ conceduntur.*

28 *Debita iurata sub rescriptis non continentur, nisi specialiter fuerit facta mentio, & dicatur iuramento non obstante.*

29 *Dilatio Principis laici non attenditur, vbi adest iuramentum.*

30 *Iudex ecclesiasticus adiri potest propter obseruantiam iuramenti, etiam pendente lite coram iudice laico: caute agant laici, ne iram iudicis, & superioris in se concitent, num.* 31.

32 *Cautela pro officialibus, vt non obstante iuramento creditores non molestentur.*

33 *Consensus maioris partis creditorum, tam in numero, quam quātitate debiti, seu personam in dilatione concedenda an requiratur. Fraus sit in hoc creditoribus, nu.* 34.

35 *Sixtus V. S.D.N. dilationes non concedebat debitoribus, nisi ex magna causa miserabilique & illas mandauit in Signatura non proponi.*

36 *Dilationes quibus concedendæ sint.*

37 *Creditores in minori numero an teneantur partem debiti remittere, quando maior pars id facit, Reprobatur decis. Affl.* 288. *& num.* 44. *& declara vt num.* 38. 39. *&* 40.

41 *Debitori, cui casu fortuito sinistra euenerunt, miserendum est. Declara vt ibi.*

42 *Miseratione sunt digni, qui casualiter in paupertatem inciderunt.*

43 *Misericordia est virtus, quæ laudes, & fauores meretur.*

45 *Creditor remittens decocto mercatori partem debiti, non obstante remissione, poterit petere, vt de residuo sibi satisfiat.*

46 *Debitori fiscali non conceditur dilatio, maxime ex delicto.*

47 Qui

47 *Qui non habet in ære, luat in corpore.*

48 *Mercatori malitiose decocto, non conceditur dilatio, immo puniri debet.*

49 *Debitori pro rebus ambarum riparum, numquam conceditur dilatio, maxime stante obligatione camerali.*

50 *Roma caput mundi gratia, & victualiis abundare debet: limita vt numero 51.*

51 *Dilatio ad soluendum denegatur lusori, guloso, tabernas frequentanti, malamque & inhonestam vitam ducenti.*

52 *Saluus conductus concessus in veniendo, intelligitur etiam in reddeundo.*

CAP. I.

1 PRISCORVM temporibus, lege 12. Tabularũ creditoribus, in debitorũ odium facultas propria autoritate eos capiẽdi, & in vinculis coniiciendi attributa erat, & interdum ære alieno grauati, in temporaneã seruitutẽ, vt nexi adiiciebantur, cuius legis hæc sunt verba: Aeris cõfessi, rebusque iure iudicatis, 30. dies iusti sunto. Post deinde manus iniectio esto, ni ius ducito, in iudicatum fecit, aut in pseudo eo iure vim dicit, secum ducito, vincito, aut neruo, aut compedibus 15. pondo, ne minore, aut si volet maiore vincito, si volet suo viuito, ni suo uiuit, qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato, si uolet plus dato. In uinculis 60. dies habeto, inter eos dies, trinis nundinis continuis ad Prætorẽ in comitiis perducito, quantęque pecuniæ iudicatus erit, prædicato: Tertiis autẽ nundinis (si inter pactus non sit) capitis pœnas dato, aut trãstybe rim peregre venum ito, si plures forent, quibus reus esset iudicatus, tertiis nundinis partes secanto, si plus, minusue secuerunt, sine fraude esto. De hac lege pariter aliquantulũ fit mentio in li. Reg. 4. c. 4. Ecce inquit creditor venit, vt tollat filios meos ad seruiendum sibi, & vide late Couar. var. resol. lib. 2. cap. 1. nu. 1. le gem illam declarantẽ, sed vt habetur in l. obes. & in Aut. immo. C. de actio. & oblig. statutum fuit, ne amplius in seruitutem, etiã si bona deficerent, filii darentur. Multoties itaque creditores missellos debitores in propriis domibus ad instar belluarũ, ac pro eis etiam pascẽdis, in ergastulis, in continuos labores detinebãt, & de hac dira lege, & ab omni prorsus hominum commercio semota, quia tũc penitus à charitate alieni erãt: meminit Alex. ab Alex. in Genial. li. 7. c. 10. Bud. specialiter in addict. in Pandect. in tit. de in diẽ adiect. Hier. Magius in Miscell. 1. c. 8. Couar. var. res. lib. 1. cap. 2. Vestr. in sua prax. lib. 8. cap. 6. num. 5. & 28. At

si hodie lex præfata in aliquibus seruaretur, vtique multi non es-
set tam prompti in ære alieno contrahendo, & pecunias accipiē-
do animo non restituendi, sed illas per tabernas, lupanaria, &
ludos perditissime dissipando, loco vero supradictæ legis, ema-
nauit hodie motus proprius, de quo infra tractabimus. Anno au
tem quadrigentesimo ab vrbe condita teste Liuio decade prima
lib. 8. fuit sublata præfata lex 12. tabularum, vt constat ex §. nulli.
Aut. vt nulli iudi. &c. vbi Imperator subditos & angariis, atq; ex-
pensis illicitis non vexari, malamque in futurum non esse cōsue-
tudinem seruandam mandat, vt constat ex l. ob es. & in Aut. imò.
C. de actio. & obli. l. 2. C. quę res pig. obl. pos. c. 2. de pigno. & licet
tex. in c. ex rescripto, de iur. iur. velit qd̄ pro pecunia homo quasi
pignus in seruitutem constitui possit, tamen id intellige vt liber
homo non possit dari pro debito in pignus, nec vt pignus retine
ri, licet valeat se obligare, vt retineatur ex conuentione inita
ad inseruiendum, & non inuitus vt pignus, vt ibi DD. Rip. in l.
obligationem. n. 12. ff. de pignor. Couar. loco cit. vers. sunt etenim,
&c. maxime si interuenerit iuramentum. Benignius autem le-
2 gislatores nostri, supradictæ legis duritiem resecantes, ac eam
omnimode abolentes, statuerunt, vt bonis deficientibus, carce-
ribus creditor mancipetur. Natta. consi. 610. in princ. ita vt non
valeat pactū qd̄ propria auctoritate debitor detineri possit. Vil
lalob. littera P. n. 11. Quod si carceribus debitor liberari velit ad
lacrimabile, miserādumue cessionis bonorū beneficium admitti
3 petat, vt clare patet ex tit. ff. de bon. cess. & C. qui bon. ced. poss. tñ
Sancta Mater Ecclesia Romana adhuc prę legibus imperialibus
benignissima, ad obuiandum in multis seruituti carcerum, ac
eti am ne infamiam vbi spes soluendi adesse poteſt, ex bonorum
cessione quis incurrat, & clericis particulariter beneficium ca.
peruenit. de fide inst. ac c. Odoardus. de solu. concesit, ac clericis,
& laicis ex sua gratia S. D. N. in Signatura, nonnullas dilationes
ad tempus vigore commissionum, seu moratoriarum sub diuer-
sis modis, & formis, secundum personarum, temporum seu nego
tiorum qualitatem, concedere solet. Idcirco quomodo singula
procedere, concedi, seu intelligi debeant, sigillatim summarie
perscrutemus. & Primum, Dilationum materiam aggrediamur,
circa qd̄ dico, quod debitor conuento termino non satisfaciens,
4 vltra quod si iureiurando se soluturum asseruit, pœnam periurij
incurrit, vti supra in prima commissione tractauimus, creditori
pariter iniuriam facit, quia iniuste, & dolose aliena retinet. Al-
ciat. de præsump. Reg. prima. præsump. 3. num. 2. l. 2. ff. de dol. ex-
cept. & inibi subnectit Alciat, quòd si testator mandauerit in suo

testamento,

testamẽto, vt satis, fiat de omnibus iniuriis, seu forfactis; debet exequutor creditoribus satisfacere, pro debitis testatore viuẽte maturatis. Ac etiam si mandatum fuerit Conseruatoribus monasteriorum, vt contra iniuriantes Monasterium cognoscant, poterunt compellere debitores ad solutionem, si soluere recusent, quia iniuriam inferre non satisfaciendo dicuntur, idem etiã voluit Guid. Pap. decisio. 18. in. 3. Spec. in §. nunc vero aliqua. versic. hoc autem quæritur. de fide instrum. licet vt asserit text. in cap. Rodulfus. de rescript. & in capit. 1. de offi. deleg. in 6. nuncupari in iuria impropriè supradicta possit, quia cum verba rescripti sint in specie capienda, de manifestis iniuriis, est intelligendum, non autem de istis, quæ iudicialem indaginem requi-
6 runt. Quotidie autem multos videmus, qui finistris casibus, vel infortuniis miseratione dignis prævenit, ad misserrimam carcerum seruitutem effugiendam, S. D. N. humiliter supplicant, sibi beneficio temporis, siue dilationis iuuari, quod de iure or-
7 dinarie concedi non debet, nisi præstita cautione de soluendo in fine dilationis. ad tex. expressum in l. vniuersa. vbi Bal. num. 1. & DD. C. de prec. imp. offer. decis. Pedem. 130. nume. 14. l. si constante. §. quoties. vbi Alex. in princ. ff. sol. matr. l. in omnibus. ff. de iudic. Caccial. in tract. de debit. suspect. q. 3. Affli. decisio. 27. n. 4. Cotta. in memo. in verb. debitor, & in prax. præfatã clausulã fore apponendã dixit. Stasil. de litteris iusti. in cap. ulterius quæro. num. 9. & est Praxis approbata per cap. vniuersa. 25. q.
8 2. tamen ad talem cautionem præstandam arctari debitor non debet, nisi à parte petatur. Ias. in d. l. vniuersa. nu. 2. & in termin. Franc. Aret. in consi. 136. num. 1. Nam cautio vbi dari debet intelligitur si petatur. Lancellot. de attenta. resti. in integ. penden. secunda par. cap. 28. num. 72. vti sing. Abb. consi. 96. num. 4. nam nil petenti nil impertitur & ex quo creditor ad vlteriora procedendo, ab initio eam non petiit, tacite remisisse videtur, adeo quod contra eam allegare amplius non potest, late Afflict. decisio. 378. per tot. cum adduct. & hinc signanter dixit Bal. in l. qui crimen. numero 18. versiculo septimo quæro. C. qui accusa-
9 re non possit, quod præparatoria iudiciorum omissa, vel præposita, (excepto libello) non reddunt iudicium nullum, cum iudicium in illis non fundetur, igitur si non fuerit ab initio petita, censebitur remissa, l. quoties. C. de priuil. fis. libr. 12. l. Sed & si susceperint. ff. de iudiciis. l. si mancipium.
10 §. si communi. ff. de euict. si autem petita fuerit iuxta formam rescripti, & dari omissa, tunc ipso iure, & rescriptum, & gratia vitiantur, quia defectus conditionis non impletæ, impe-

dit ne litteræ gratiæ impetratæ suum producant effectum, immo quando conditio, in principio non fuerit perfecta, iudex cui dirigitur rescriptum caret iurisdictione. Ias. in d. l. vniuersa. isu. 8. & 9. secus autē si post actum adimpleri ualeat, vt Ias. ibi nu. 10. declarat. & in l. uniuersis. nu. 3. C. eo. tit. Dilatione autē simpliciter concessa quando intelligatur præstita cautione. Fel. in c. quo ad consultationem, de re iudic. Sed quid si dilationem obtinens sit adeo pauper, vel debitis inuolutus, quod fideiussorem nō ha-
11 beat, seu inuenire non possit, an gratia quia legem non adimplet, reddatur indignus, & dico quod nō, quia sufficit vt det eam fideiusionem, quam potest, & sic iuratoriam. Stafil. de lit. Iusti. in c. vlterius. pro declaratione nu. 12. Arg. tex. in Aut. generaliter. C. de episc. & cler. l. fi. §. insuper. C. de assert. toll. c. alma, de sen. excom. in 6. glo. in l. 1. ff. qui satisd. cog. Nam cautio plena ob paupertatem remittitur. Feli. in c. significantibus. de offic. deleg. Dec. in c. 1. de pro. Marc. in l. 1. §. præterea. n. 83. ff. de quæstio. Bar. in l. cū nō facile. ff. si cui plusquā per l. Falc. & immobilia nō possidens de iudicio sisti cauere non tenetur. deci. Pedem. 1. nume. 9. Ange. & Ias. in l. Iulianus. in fi. ff. qui satisd. cog. alias ob impossibilitatem cauēdi rescriptum rederetur vanum, quod nō est dicendū. In hac uero Iuratoria cautione duo consideranda sunt, & requiruntur, primo, quod iuret fideiussores non habere, nec inue-
12 nire, secundo, quod quicquid ei incumbit, adimplebit, de quibus per Bal. in Aut. generaliter. C. de episco. & cler. licet extraneis, & aduenis magis sit cautio Iuratoria propria, quia ita de facili fideiussores non inueniunt. Bal. in l. 2. §. si dubitetur. in fine. ff. de iudi. & in simili habemus tex. in l. cum nō facile. ff. si cui plusquā per leg. Falcid. vbi legatarius, qui tenetur cauere, & nō potest, nihilominus consequitur legatum, ac onus præstandæ fideiussionis est sibi remissum. Talis autem iuratoria cautio, quando alia quis præstare non valet, licet ex statuti dispositione eam dare necesse sit, sufficit. Alex. in consi. 57. n. 7. vol. 3. Io. de Imol. in l. immo facile. ff. si cui plusquam per l. Falc. nam ad impossibile non debet induci obligatio. l. impossibilium. ff. de reg. iur. ca. nemo po-
13 test. eod. tit. in 6. Poterunt autem, si debitor introitus habebit, vt creditorum indemnitati consulatur, sequestrari pendēte dilatione, ne una cum ea consumantur, vti multi asserunt, licet hoc de iure procedere non videatur, quia omnis sequestratio prohibita est, nisi particulariter sit a iure permissa. l. vnic. C. de pro. seq. pec. l. fi. fideiussores. §. fin. ff. qui satisd. cog. sed istęc inter expressas non adest, igitur in casu nostro fieri de iure non poterit. In hoc
14 ego distinguēdum fore ducerem, nam aut persona debitoris est

suspecta

suspecta de dilapidatione, & tunc indemnitati creditorum prouidendū est, per sequestrationem, seu depositionem, introitum apud personā fide, & facultatibus dignā, & idoneam vti quotidie fieri assolet, quia multoties praui homines voluptatibus dediti, & ære alieno grauati, dilationem quærunt, qua pendente residuum bonorum dilapidant, l. postquam. §. Imperator. ff. vt leg. nom. caue. & expleta dilatione, ita & facultates, & sic decepti creditores remanent, id tamen ita intelligendum vt debitor fame non pereat nam pauperi ne fame pereat non fit sequestrū. Gram. resp. 21. Aut non est persona suspecta, & tunc absque sequestratione sufficiens erit iuratoria cautio, & ita elegāter dixit Bart. in l. vsufructu. num. 6. C. de vsufr. concludo igitur ex præmissis, quòd si creditor satisdari sibi petat, tenetur debitor, vt supradictum est, adimplere, quia per suum rescriptum par
15 ti, contra quam rescribit, non vult princeps graue damnum inferre. Ias. in d. l. vniuersa. num. 5. tamen ista fideiusio vti à iure introducta, per Principem tolli potest Ias. loco citato. num. 15. quod indubitati iuris est, sed videamus an d. l. vniuersa. sufficiat derogare per clausulam ordinariam, & generalem, videlicet legibus in contrarium facientibus minime obstantibus, an vero particularis, seu indiuidua sit mentio facienda; & Sali. in l. fin.
16 num. 4. C. si con. ius vel utilita. publi. ait, quod quando adest aliqua lex specialis, debet particulariter de ea fieri mentio, & quādo non est lex singularis, nec de directo rescripto contraria, tunc per generalem clausulam, supra positam sufficit derogatio, & hanc opinionem ibidem tenent Bal. nu. 6. & Bart. nu. 3. quorum sententiam non sequendam videtur in casu nostro; Ratio est, quia si S. D. N. gratiam alicui concedere intendit, vel dilationem
17 iam de ipsius mente constat, cum igitur omnia iura habeat in scrinio pectoris, & sit lex animata, Aut. de consult. in fin. & §. si igitur licentia Aut. qui. mod. nat. eff. sui. dicēdum erit, quod præfata lege non obstante gratiam concedere uoluerit, quia ex sola vo-
18 luntate contra ius positiuum dispensare ualet, & legis dispositionem sine causa extensę, & apparenter tollere. Abb. in cap. ex litteris. num. 10. de rest. in integ. Castr. in d. l. fin. num. 3. C. si con. ius vel vtil. pub. Abb. in rub. de rescrip. num. 2. Feli. in c. nonnulli. col. 6. versi. amplia secundo. & col. 12. versi. secunda regula. eo. tit. Franc. in c. 1. num. 5. de const it. & ex quo de certa scientia rescribit, eum habeat potestatis plenitudinem illi derogat. glos. no tab. in cap. ad hæc. in verbo eleganter. in fin. de rescrip. Abb. in c. cum inter. in princ. de except. & in hoc stat pro ratione voluntas Feli. in cap. si quando. num. 12. vers. vbi uero agitur. de rescript.

37 app.in 6.Quando vero iudex ordinarius allegatur suspectus,epi
scopus sibi associari debet, & ab allegante suspitionem produ-
cto libello, seu per iudicem ordinarium recusatum, instandum
est declarari sibi esse per legem associatū. Bal. in d. apertissimi.
nu.6.Aut.si vero.C.de iudic.quod cessat in causa vbi esset impo-
nenda pœna sanguinis, respectu irregularitatis in qua incurre-
38 ret,vt ibi Bal.ait. Sed quicquid sit de iure in contrarium se con-
suetudo habet,quia non seruatur, quod in adiunctum episcopus
detur,sed alium sibi associari sufficit. Gugl. de Cun. Bal. Sali.&
Castr.in d.Aut.si vero.C.de iudi.Alex.consi.12.nu.5.vol.6. Man
dos.in commissione deputationis adiuncti, in verbo adiunctum.
vers.sed quod dicitur.Episcopo autē Archiepiscopus associatur,
vt dixit Alex.inibi ac etiam delegato ad uniuersitatem causarū,
quia vt Mand.loco cit.ait,habetur ad instar ordinarii.Rui.cons.
60.n.12.vol.5 glos.in c.causam.in verb.à Principe delegatus.de
39 app.Tamen quādo datur adiunctus,si iudex cui datur solus pro-
cedat,omnia erunt nulla,quia potius dolus, & malignitas dete-
getur,quàm animus administrandi iustitiam.Dec.in consi. 165.
40 nu.2.Gem.in consi.24.nu.11.& seq. si autem recusans compare-
ret simpliciter, cum per contrarium actum comparitionis cōtrā
ipso recusato,recusationi renunciatum intelligeretur.Paris.cōs.
31.nu.59.vol.1.Aegid.decis.137.Gab. de app. cōcl.2. nu.2.Aegi.
decis. 624.Cald.consil.5. de appel.Dec.in c.1.lect.1. num.17.de
iudi.tunc rite procedere poterit.Abb. in c. sciscitatus.de rescri.
ideo si stante legitima recusatione ferat sententiam,erit manife
ste nulla.Canon.in c.cum speciali.de appel.Alex.in d.l. quia po-
terat.nu.6.ff.ad Treb.Castr.consil.22.circa princ.vol.2. Bologn.
consi.36. col.3.vers. præterea hic iungo. Pari.d.cons.31.nu.88.
41 vol.primo.Ratio (vt dixi) est, quia talis renunciatio legitima,
ad instar appellationis suspendit iudicis iurisdictionem. c.quo-
42 ties.2.q.6.canon.in c.super eo.de appel.Pari.vbi supra & eo ma-
xime quando fuerit appellatum ab vlteriori processu, seu nō ad-
missione iurium,quod necessario tunc requiritur. Corn. consil.
281.nu.38.vol.primo. Inno.d.c.cum speciali.nam si tunc reiecta
appellatione procedit,nulliter facit.Pari.vbi supr.nu.87.tot.tit.
C.ap.pen.nil nou.c.non solum.de app.in 6.l.ex illo.C.quorum ap
pel.non recip.sed quid si causa fuerit demādata remota, seu sub-
lata causa qualiber suspitionis?In hoc articulo reperio Abb.in c.
43 ad hæc.n.8.de rescr.dicentem.Quod Princeps non potest de ple-
nitudine potestatis causam suspecto committere sine facultate
recusandi,asserens id alibi ita expressum non reperiri, sed idem
in c.cum inter.nu.9.de except.aliter loquitur, distinguendo. Qd

aut

44 aut Papa recusatione remota committit causam, cuius decisio
pendet ab eius potestate, vt in beneficialibus, & similibus, tunc
quia est sola voluntatis exequutio, & ille, cui demãdatur est me-
rus exequutor causam vt supra (de iure tamen loquendo) demã
45 dare valebit suspecto. Aut nõ dependet à potestate sua, quia agi
tur de statu personæ, vel rebus temporalibus, inter laicos, &
tunc si aderit causa rationabilis suspitionis, parte reluctante,
non poterit eam suspecto demandare, & rationem ibi reddit,
46 quia iudicis recusatio est de iure naturæ, vti defensionem concer
nens. c. suspecti. 3. q. 5. cui Princeps derogare non valet sine cau-
sa. At Felin. in d. c. cum inter. num. 8. non de iure naturæ, sed po-
sitiuo iudicis recusationem esse ait; quod Abbatis opinionem
re probando, comprobate per multas rationes, quas ibi vide.
47 Vtranq; opinionẽ iudicio meo veram credo: nam in casu Cle. Pa
storalis. de re iud. & similibus, video Abb. opinionẽ veriorẽ, quia
si adesset mors certa, seu metus illius, vel vulnerum, quod morti
simile est, illa suspitio esset de iure natura, licet etiam nõ in actu
finali interuenirent mors seu minę. Corn. in consi. 53. nu. 4. uol.
4. & vt dixit Bal. in c. 1. num. 1. quib. mod. feud. amit, licet homini
certe semel mori datum sit, tamen id naturæ abhorret & fugit:
48 in aliis uero casibus lites ciuiles tangentibus, propter multiplices rationes ibi per eum adductas, credo opinionem Feli. præualere, quia recusatio iudicis ad ius refertur, non ad naturam, & licet omnis lex dicatur secundum naturam, non tamen sequitur, quod sit de iure naturali, quia ius naturale est immutabile, & leges tolli possunt, tamen quo ad Principis dispositionem. Feli. nu. 8. vers. sed tenendo. cum Abb. concordat, vbi plures limitationes affert, quem vide. & ibi omnes canon. eandem sequuti sunt sentẽtiam, & licet ista recusatio habeat rationem naturalem, non est proprie de iure naturæ, sed de iure positiuo, vt Feli. in d. c. cum inter. nu. 9. affirmat. Petitur dari adiunctus interdum iudici or-
49 dinario, interdum delegato. Nam de iure ciuili loquendo, si petatur dari ordinario, non denegatur. Ratio est, quia non remouetur à iudicando, & in hoc secundum iuris dispositionem arbitri iuris sunt eligendi, qui videant (vt dixi) an legitima causa suspitionis subsit. l. item si suspectus. ff. de proc. Bar. in l. nemo. ff. de iur. om. iud. & tunc metus suspitionis ratione talis adiuncti purgatur. Ias. & Sali. in d. Aut. si vero. nu. 2. Istud tamen fallit, si iudex recusatur, quia fuit aduocatus, & ex aliis causis in iure expressis. Ias. loc. cit. nu. 3. & seq. Spec. in tit. de iudice deleg. in §. superest videre. per tot. sin autem petatur dari iudici delegato, nõ est opus, quia in totum remouetur, si fuerit legitime suspectus.

50 Bar. & alii in d.l. apertissimi. Aut loquimur de iure canonico, & delegatus, & ordinarius etiam vti suspectus recusatur. Doct. in c.cum speciali. vbi glo. de app. & in c.si quis contra clericum. de for.comp. & in c.suspitionis. de off.deleg. Ias. & Castr. vbi supra nu.5. Lanfr. in sua prax. in verbo recusationes. n.9. sed in electio-

51 ne arbitrorum ius canonicum, & ciuile differunt, quia de iure ciuili super meritis causæ pronuntiare possunt, de iure autem canonico solum, an causæ suspitionis sint legitimę, Sali. in d.l. apertissimi. nu.7. & text. in c. prudētia. & in c. suspitionis. de off. dele. & in c.cum speciali. de app. Io. And. in c. legitima. de appel. in 6. in nouell. & sec. Rom. in sing. 455. legitima causa subsistente, ac seruata forma d.c.cum speciali. vt ait gl. in c.si quis contra clericum. de for.comp. tam iudicibus Romanæ curiæ, quàm extra eā, Signatura adiunctos dare consueuit. Staf. de lit. iust. in c. utrum autem valeat. nu.2. & quæ causæ sint addendæ, tradit idem Staf. in c. in commissionibus. in princ. Milis in suo rep. in verb. iudex ordinarius. & multa in hac materia etiam vide congesta per Mando. in trac. commiss. in cōmissione de adiunctis deputandis, per totum, cuius dicta nō repeto, quoniam ex te videre peteris.

DE COMMISSIONE SVPER DILATIONIB. MORATORIIS ALTERNATIVIS CESSIONE BONORVM

C. PERVENIT. DE FIDEIVS. Et c. Odoardus. de solutio.

COMMISSIO IIII.

SVMMARIVM.

1 DEbitores quomodo ex dispositione legis 12. Tabularum tractabantur olim.

2 Legislatores nostri benigniores legis 12. tabularũ feuitiam moderarunt.

3 Ecclesia S. Rom. legibus benignissima, alia tam pro clericis, quàm laicis ære alieno grauati, mitiora edidit.

4 Debitor conuento tempore non soluens, & periuris efficitur, et creditori iniuriam affert.

5 Hæres si ex testatoris mandato eius debita nõ soluat, an illi faciat iniuriã.

6 Dilationes debitoribus ex gratia ad tempus S.D.N. concedit.

7 Dilationes ad soluendum obtinens, an teneatur cauere de soluendo in fine termini. Quid si non petatur à creditore. num. 8.

9 Præparatoria iudiciorum omissa (excepto libello,) vel præpostera, non reddunt iudicium nullum.

10 Rescriptum vitiatur, quando conditiones in eo contentæ non implentur, & iud ex caret tunc iurisdictione.

11 Debitor pauper non valens cauere de soluendo in fine termini, admittitur ad iuratoriam cautionem. Quæ in hac iuratoria cautione concurrere debeant, & num. 12.

13 *Bona debitoris pẽdente dilatione an sint sequestranda, distingue vt n. 14.*
15 *Fideiussio de soluendo in fine termini, an per Principem tolli possit.*
16 *Mentio an sit facienda in principio de lege particulariter contraria, & an ei per clausulam generalem, legibus in contrarium facientibus non obstante sufficienter sit derogatum. Quod sic num. 17. secus in Priuilegio, num. 19.*
18 *Princeps ex sola voluntate contra ius positiuum dispensare potest.*
20 *Princeps supremus superiorem non recognoscens solum in rescriptis vtitur clausula legibus non obst. & iuri derogare pōt. Non autē inferiores.*
21 *Dilationem ne debitor vnquā soluat, princeps de iure concedere nō pōt.*
22 *Dilationem petens ad soluendum, videtur approbare debitum.*
23 *Debitor meus petit dilationem contra me, sit e conuerso ego sum debitor suus, possum eadē dilatione contra ipsum vti: quā ipse vtitur cōtra me.*
24 *Dilatio principali concessa, an prosit fideiussori, non prodest in obligatione dandi, prodest in obligatione faciēdi exēpla vt ibi, Distingue vt n. 25.*
26 *Princeps regulariter iuri tertii præiudicare non intendit.*
27 *Mercatoribus decoctis ad tempus, salui conductus seu moratoriæ conceduntur.*
28 *Debita iurata sub rescriptis non continentur, nisi specialiter fuerit facta mentio, & dicatur iuramento non obstante.*
29 *Dilatio Principis laici non attenditur, vbi adest iuramentum.*
30 *Iudex ecclesiasticus adiri potest propter obseruantiam iuramenti, etiam pendente lite coram iudice laico: caute agant laici, ne iram iudicis, & superioris in se concitent, num. 31.*
32 *Cautela pro officialibus, vt non obstante iuramento creditores non molestentur.*
33 *Consensus maioris partis creditorum, tam in numero, quam quātitate debiti, seu personam in dilatione concedenda an requiratur. Fraus sit in hoc creditoribus, nu. 34.*
35 *Sixtus V. S.D.N. dilationes non concedebat debitoribus, nisi ex magna causa miserabilique & illas mandauit in Signatura non proponi.*
36 *Dilationes quibus concedendæ sint.*
37 *Creditores in minori numero an teneantur partem debiti remittere, quando maior pars id faciet, Reprobatur decis. Affl. 288. & num. 44. & declara vt num. 38. 39. & 40.*
41 *Debitori, cui casu fortuito sinistra euenerunt, miserendum est. Declara vt ibi.*
42 *Miseratione sunt digni, qui casualiter in paupertatem inciderunt.*
43 *Misericordia est virtus, quæ laudes, & fauores meretur.*
45 *Creditor remittens decocto mercatori partem debiti, non obstante remissione, poterit petere, vt de residuo sibi satisfiat.*
46 *Debitori fiscali non conceditur dilatio, maximē ex delicto.*

47 Qui

47 *Qui non habet in ære, luat in corpore.*

48 *Mercatori malitiose decocto, non conceditur dilatio, immo puniri debet.*

49 *Debitori pro rebus ambarum riparum, numquam conceditur dilatio, maxime stante obligatione camerali.*

50 *Roma caput mundi gratia, & victualiis abundare debet: limita vt numero 51.*

51 *Dilatio ad soluendum denegatur lusori, guloso, tabernas frequentanti, malamque & inhonestam vitam ducenti.*

52 *Saluus conductus conceditur veniendo, intelligitur etiam in reddeundo.*

CAP. I.

1 PRISCORVM temporibus, lege 12. Tabularũ creditoribus, in debitorũ odium facultas propria autoritate eos capiẽdi, & in vinculis coniiciendi attributa erat, & interdum ære alieno grauati, in temporaneã seruitutẽ, vt nexi adiiciebantur, cuius legis hæc sunt verba: Aeris cõfessi, rebusque iure iudicatis, 30. dies iusti sunto. Post deinde manus iniectio esto, ni ius ducito, in iudicatum fecit, aut in pseudo eo iure vim dicit, secum ducito, vincito, aut neruo, aut compedibus 15. pondo, ne minore, aut si volet maiore vincito, si volet suo viuito, ni suo uiuit, qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato, si uolet plus dato. In uinculis 60. dies habeto, inter eos dies, trinis nundinis continuis ad Prætorẽ in comitiis perducito, quantęque pecuniæ iudicatus erit, prædicato: Tertiis autẽ nundinis (si inter pactus non sit) capitis pœnas dato, aut trãstyberim peregre venum ito, si plures forent, quibus reus esset iudicatus, tertiis nundinis partes secanto, si plus, minusue secuerunt, sine fraude esto. De hac lege pariter aliquantulũ fit mentio in li. Reg. 4. c. 4. Ecce inquit creditor venit, vt tollat filios meos ad seruiendum sibi, & vide late Couar. var. resol. lib. 2. cap. 1. nu. 1. le gem illam declarantẽ, sed vt habetur in l. obes. & in Aut. immo. C. de actio. & oblig. statutum fuit, ne amplius in seruitutem, etiã si bona deficerent, filii darentur. Multoties itaque creditores miseros debitores in propriis domibus ad instar belluarũ, ac pro eis etiam pascẽdis, in ergastulis, in continuos labores detinebãt, & de hac dira lege, & ab omni prorsus hominum commercio semota, quia tũc penitus à charitate alieni erãt: meminit Alex. ab Alex. in Genial. li. 7. c. 10. Bud. specialiter in addict. in Pandect. in tit. de in diẽ adiect. Hier. Magius in Miscell. 1. c. 8. Couar. var. res. lib. 1. cap. 2. Vestr. in sua prax. lib. 8. cap. 6. num. 5. & 28. At

si hodie lex præfata in aliquibus seruaretur, vtique multi non essent tam prompti in ære alieno contrahendo, & pecunias accipiendo animo non restituendi, sed illas per tabernas, lupanaria, & ludos perditissime dissipando, loco vero supradictæ legis, emanauit hodie motus proprius, de quo infra tractabimus. Anno autem quadrigentesimo ab vrbe condita teste Liuio decade prima lib. 8. fuit sublata præfata lex 12. tabularum, vt constat ex §. nulli. Aut. vt nulli iudi. &c. vbi Imperator subditos & angariis, atq; expensis illicitis non vexari, malamque in futurum non esse cõsuetudinem seruandam mandat, vt constat ex l. ob es. & in Aut. imò. C. de actio. & obli. l. 2. C. quę res pig. obl. poss. c. 2. de pigno. & licet tex. in c. ex rescripto, de iur. iur. velit qđ pro pecunia homo quasi pignus in seruitutem constitui possit, tamen id intellige vt liber homo non possit dari pro debito in pignus, nec vt pignus retineri, licet valeat se obligare, vt retineatur ex conuentione inita ad inseruiendum, & non inuitus vt pignus, vt ibi DD. Rip. in l. obligatione. n. 12. ff. de pignor. Couar. loco cit. vers. sunt etenim, &c. maxime si interuenerit iuramentum. Benignius autem legislatores nostri, supradictæ legis duritiem resecantes, ac eam omnimode abolentes, statuerunt, vt bonis deficientibus, carceribus creditor mancipetur. Natta. consi. 610. in princ. ita vt non valeat pactũ qđ propria auctoritate debitor detineri possit. Vil lalob. littera P. n. 11. Quod si carceribus debitor liberari velit ad lacrimabile, miserãdumue cessionis bonorũ beneficium admitti petat, vt clare patet ex tit. ff. de bon. cess. & C. qui bon. ced. possit. tñ Sancta Mater Ecclesia Romana adhuc prę legibus imperialibus benignissima, ad obuiandum in multis seruituti carcerum, ac eti am ne infamiam vbi spes soluendi adesse potest, ex bonorum cessione quis incurrat, & clericis particulariter beneficium ca. peruenit. de fide ius. ac c. Odoardus. de solu. concesit, ac clericis, & laicis ex sua gratia S. D. N. in Signatura, nonnullas dilationes ad tempus vigore commissionum, seu moratoriarum sub diuersis modis, & formis, secundum personarum, temporum seu negotiorum qualitatem, concedere solet. Idcirco quomodo singula procedere, concedi, seu intelligi debeant, sigillatim summarie perscrutemus. & Primum, Dilationum materiam aggrediamur, circa qđ dico, quod debitor conuento termino non satisfaciens, vltra quod si iureiurando se soluturum asserit, pœnam periurij incurrit, vti supra in prima commissione tractauimus, creditori pariter iniuriam facit, quia iniuste, & dolose aliena retinet. Alciat. de præsump. Reg. prima. præsump. 3. num. 2. l. 2. ff. de dol. except. & inibi subnectit Alciat, quòd si testator mandauerit in suo

testamento,

teſtamẽto, vt ſatis, fiat de omnibus iniuriis, ſeu forfactis; debet exequutor creditoribus ſatisfacere, pro debitis teſtatore viuẽte matriatis. Ac etiam ſi mandatum fuerit Conſeruatoribus monaſteriorum, vt contra iniuriantes Monaſterium cognoſcant, poterunt compellere debitores ad ſolutionem, ſi ſoluere recuſent, quia iniuriam inferre non ſatisfaciendo dicuntur, idem etiã voluit Guid. Pap. deciſio. 18. nu. 3. Spec. in §. nunc vero aliqua. verſic. hoc autem quæritur. de fide inſtrum. licet vt aſſerit text. in cap. Rodulfus. de reſcript. & in capit. 1. de offi. deleg. in 6. nuncupari in iuria improprie ſupradicta poſsit, quia cum verba reſcripti ſint in ſpecie capienda, de manifeſtis iniuriis, eſt intelligendum, non autem de iſtis, quæ iudicialem indaginem requi-
6 runt. Quotidie autem multos videmus, qui ſiniſtris caſibus, vel infortuniis miſeratione dignis præuenit, ad miſerrimam carcerum ſeruitutem effugiendam, S. D. N. humiliter ſupplicant, ſibi beneficio temporis, ſiue dilationis iuuari, quod de iure or-
7 dinarie concedi non debet, niſi præſtita cautione de ſoluendo in fine dilationis, ad tex. expreſſum in l. vniuerſa. vbi Bal. num. 1. & DD. C. de prec. imp. offer. deciſ. Pedem. 130. nume. 14. l. ſi conſtante. §. quoties. vbi Alex. in princ. ff. ſol. matr. l. in omnibus. ff. de iudic. Caccial. in tract. de debit. ſuſpect. q. 3. Affli. deciſio. 27. n. 4. Cotta. in memo. in verb. debitor, & in prax. præfatã clauſulã fore apponendã dixit. Stafil. de litteris iuſti. in cap. ulterius quæro. num. 9. & eſt Praxis approbata per cap. vniuerſa. 25. q.
8 2. tamen ad talem cautionem præſtandam arctari debitor non debet, niſi à parte petatur. Iaſ. in d. l. vniuerſa. nu. 2. & in termin. Franc. Aret. in conſi. 136. num. 1. Nam cautio vbi dari debet intelligitur ſi petatur. Lancellot. de attenta. reſti. in integ. penden. ſecunda par. cap. 28. num. 72. vti ſing. Abb. conſi. 96. num. 4. nam nil petenti nil impertitur & ex quo creditor ad vlteriora procedendo, ab initio eam non petiit, tacite remiſsiſſe videtur, adeo quod contra eam allegare amplius non poteſt, late Afflict. deciſio. 378. per tot. cum adduct. & hinc ſignanter dixit Bal. in l. qui crimen. numero 18. verſiculo ſeptimo quæro. C. qui accuſa-
9 re non poſſit, quod præparatoria iudiciorum omiſſa, vel præpoſita, (excepto libello) non reddunt iudicium nullum, cum iudicium in illis non fundetur, igitur ſi non fuerit ab initio petita, cenſebitur remiſſa, l. quoties. C. de priuil. fis. libr. 12. l. Sed & ſi ſuſceperint. ff. de iudiciis. l. ſi mancipium.
10 §. ſi communi. ff. de euict. ſi autem petita fuerit iuxta formam reſcripti, & dari omiſſa, tunc ipſo iure, & reſcriptum, & gratia vitiantur, quia defectus conditionis non impletæ, impe-

dit ne litteræ gratiæ impetratæ suum producant effectum, immo quando conditio, in principio non fuerit perfecta, iudex cui dirigitur rescriptum caret iurisdictione. Ias. in d. l. vniuersa. iſu. 8. & 9. secus autē si post actum adimpleri ualeat, vt Ias. ibi nu. 10. declarat. & in l. uniuersis. nu. 3. C. eo. tit. Dilatione autē simpliciter concessa quando intelligatur præstita cautione. Fel. in c. quo ad consultationem. de re iudic. Sed quid si dilationem obtinens sit adeo pauper, vel debitis inuolutus, quod fideiussorem nō habeat, seu inuenire non possit, an gratia quia legem non adimpleuit, reddatur indignus, & dico quod nō, quia sufficit vt det eam fideiusionem, quam potest, & sic iuratoriam. Stasil. de lit. Iusti. in c. vlterius. pro declaratione nu. 12. Arg. tex. in Aut. generaliter. C. de episc. & cler. l. fi. §. insuper. C. de assert. toll. c. alma, de sen. excom. in 6. glo. in l. 1. ff. qui satisd. cog. Nam cautio plena ob paupertatem remittitur. Fel. in c. significantibus. de offic. deleg. Dec. in c. 1. de pro. Marſ. in l. 1. §. præterea. n. 83. ff. de quæstio. Bar. in l. cū nō facile. ff. si cui plusquā per l. Falc. & immobilia nō possidens de iudicio sisti cauere non tenetur. deci. Pedem. 1. nume. 9. Ange. & Ias. in l. Iulianus. in fi. ff. qui satisd. cog. alias ob impossibilitatem cauēdi rescriptum redderetur vanum, quod nō est dicendū. In hac uero Iuratoria cautione duō considerāda sunt, & requiruntur, primo, quod iuret fideiussores non habere, nec inue
12 nire, secundo, quod quicquid ei incumbit, adimplebit, de quibus per Bal. in Aut. generaliter. C. de episco. & cler. licet extraneis, & aduenis magis sit cautio Iuratoria propria, quia ita de facili fideiussores non inueniunt. Bal. in l. 2. §. si dubitetur. in fine. ff. de iudi. & in simili habemus tex. in l. cum nō facile. ff. si cui plusquā per leg. Falcid. vbi legatarius, qui tenetur cauere, & nō potest, nihilominus consequitur legatum, ac onus præstandæ fideiussionis est sibi remissum. Talis autem iuratoria cautio, quando aliā quis prestare non valet, licet ex statuti dispositione eam dare necesse sit, sufficit. Alex. in consi. 57. n. 7. vol. 3. Io. de Imol. in l. immo facile. ff. si cui plusquam per l. Falc. nam ad impossibile non debet induci obligatio. l. impossibilium. ff. de reg. iur. ca. nemo po-
13 test. eod. tit. in 6. Poterunt autem, si debitor introitus habebit, vt creditorum indemnitati consulatur, sequestrari pendēte dilatione, ne una cum ea consumantur, vti multi asserunt, licet hoc de iure procedere non videatur, quia omnis sequestratio prohibita est, nisi particulariter sit à iure permissa. l. vnic. C. de pro. seq. pec. l. fi. fideiussores. §. fin. ff. qui satisd. cog. sed istę inter expressas non adest, igitur in casu nostro fieri de iure non poterit. In hoc
14 ego distinguēdum fore ducerem, nam aut persona debitoris est

suspecta

ſuſpecta de dilapidatione, & tunc indemnitati creditorum prouidendũ eſt, per ſequeſtrationem, ſeu depoſitionem, introituum apud perſonã fide, & facultatibus dignã, & idoneam vti quotidie fieri aſſolet, quia multoties praui homines voluptatibus dediti, & ære alieno grauati, dilationem quærunt, qua pendente reſiduum bonorum dilapidant, l. poſtquam. 6. Imperator. ff. vt leg. nom. caue. & expleta dilatione, ita & facultates, & ſic decepti creditores remanent, id tamen ita intelligendum vt debitor fame non pereat nam pauperi ne fame pereat non fit ſequeſtrũ. Gram. reſp. 21. Aut non eſt perſona ſuſpecta, & tunc abſque ſequeſtratione ſufficiens erit iuratoria cautio, & ita elegãter dixit Bart. in l. vſufructu. num. 6. C. de vſufr. concludo igitur ex præmiſſis, quòd ſi creditor ſatisdari ſibi petat, tenetur debitor, vt ſupradictum eſt, adimplere, quia per ſuum reſcriptum par
15 ti, contra quam rescribit, non vult princeps graue damnum inferre. Iaſ. in d. l. vniuerſa. num. 5. tamen iſta fideiuſsio vti á iure introducta, per Principem tolli poteſt Iaſ. loco citato. num. 15. quod indubitati iuris eſt, ſed videamus an d. l. vniuerſa. ſufficiat derogare per clauſulam ordinariam, & generalem, videlicet legibus in contrarium facientibus minime obſtantibus, an vero particularis, ſeu indiuidua ſit mentio facienda; & Sali. in l. fin.
16 num. 4. C. ſi con. ius vel utilita. publi. ait, quod quando adeſt aliqua lex specialis, debet particulariter de ea fieri mentio, & quãdo non eſt lex ſingularis, nec de directo reſcripto contraria, tunc per generalem clauſulam, ſupra poſitam ſufficit derogatio, & hanc opinionem ibidem tenent Bal. nu. 6. & Bart. nu. 3. quorum ſententiam non ſequendam videtur in caſu noſtro; Ratio eſt, quia ſi S. D. N. gratiam alicui concedere intendit, vel dilationem
17 iam de ipſius mente conſtat, cum igitur omnia iura habeat in ſcrinio pectoris, & ſit lex animata, Aut. de conſult. in fin. & 6. ſi igitur licentia Aut. qui. mod. nat. eff. ſui. dicẽdum erit, quod præfata lege non obſtante gratiam concedere voluerit, quia ex ſola vo-
18 luntate contra ius poſitiuum diſpenſare ualet, & legis diſpoſitionem ſine cauſa extenſę, & apparenter tollere. Abb. in cap. ex litteris. num. 10. de reſt. in integ. Caſtr. in d. l. fin. num. 3. C. ſi con. ius vel vtil. pub. Abb. in rub. de reſcrip. num. 2. Feli. in c. nonnulli. col. 6. verſi. amplia ſecundo. & col. 12. verſi. ſecunda regula. eo. tit. Franc. in c. 1. num. 5. de conſtit. & ex quo de certa ſcientia reſcribit, cum habeat poteſtatis plenitudinem illi derogat. gloſ. notab. in cap. ad hæc. in verbo eleganter. in fin. de reſcrip. Abb. in c. cum inter. in princ. de except. & in hoc ſtat pro ratione voluntas Feli. in cap. ſi quando. num. 12. verſ. vbi uero agitur. de rescript.

Nec uti irrationabilis gratia redargui poterit, quia eam ex causa concessisse præsumendum est, ideo cum sit temporalis, & parui præiuditii DD. in l. quoties. C. de prec. imp. off. per generalem clausulam supradictam sufficienter derogatum fore concludendum erit, licet plus clausula præfata operetur, quando Princeps rescribit, non lædendo ius partis. Bal. in Proh. Feud. num. 37. qd suadeatur, quia clausula nō obstātibus legibus, & quomodolibet in contrariū facientibus, in Papæ rescriptis apposita, potestatis plenitudinem operatur. Rolan. à val. consi. 67. nu. 6. vol. 3. Iaſ. consi. 11. n. 3. vol. 3. Alex. consi. 187. nu. 19. in fi. vol. 5. Dec. consi. 55. nu. 5. Idem Alex. consi. 37. vol. primo, & per eam censetur Papa omnia in contrarium facientia tollere, maxime quādo adest clausula quorū tenores, p expressis, &c. quæ Clausula, p vt Iaſ. cit. consil. nu. 3. asserit, ide importat, ac si in specie, & singulariter requirentibus specialem, & indiuiduam derogationem (vt præfertur,) esset cum insertione derogatum, et idem tenuit Rom. consi. 327. num. 7. Bal. consil. 119. quidem vxoratus. vol. 5. Paris. consi. 15. num. 66. & 67. vol. 2. Corn. consi. 278. nu. 21. & 22. vol. 3. & in terminis. Ruſ. con. 127. n. 11. vol. 4. Nā si dictæ clausulæ id nō operarentur, maximum sequeretur absurdum, quod Papæ esset sublata reuocandi facultas, vti formaliter dixit. Feder. de Sen. consi. 47. num. 3. & Iaſ. in consi. 184. num. 3. late allegans vol. 2. Si vero essemus in derogatione priuilegii, ac iuris tertii perpetui, secus esset, & tunc procedere posset supradictorum opinio, quòd esset faciendæ specialis mentio, quam quæstionem vlterius non prosequor, cum non sit tractatus nostri intentio. Hoc tamen sciās, quod inferiores Principes, superiorem recognoscentes, nec ius tertii tollere, nec in eorum rescriptis apponere clausulam iuris derogatoriam possunt, nec debent, quoniam id ad superiores, siue supremos Principes neminem, nisi Deum supra se cognoscentes, pertinet, Castren. in dicta l. quoties. nume. 2. Iaſ. in lege fina. num. 3. C. si contra ius vel vtilit. publ. versicu. postremo, & in l. rescripta eodem titulo. Dilationem vero, quod debitor nunquam soluat, de iure Princeps concedere non potest, quia vt dixi, & suo rescripto non est magnum damnum parti inferendum, sed intelligi debent, absque graui læsione, tertii, ius in dicta leg. quoties num. 3. vbi Saliſ. eodem. nume. Igitur ad limitatum tempus, Puta quinquennii conceduntur, rationibus supra narratos. l. si debitori. ff. de Iudi. at quando quinquennium excedit, graue affert præiudicium, vt ibidem Castr. num. 3. & an interim pendente dilatione vsuræ

debeantur,

22 debeantur, vide Sali. ibi. Dilationem igitur ad soluendum petens, videtur approbare sententiam, in qua est condemnatus, seu iura, ex quibus actum fuit, & debitum fateri, etiam si egerit procurator. Hipp. de Marsi. in sing. 186. l. ad solutionem. vbi DD. C. de re iudic. & appellationi renuntiare, Aegid. decis. 137. de renunc. incip. procurator. Felin. in cap. quo ad consultationem. columna septima circa
23 med. de re iudic. & scias quod si debitor, puta Titii, ex alio capite esset Titii creditor, & dilationem contra Titium obtinuerit, si deinde pro eius credito Titium conueniat, vtique Titius eadem dilatione, qua ipse vtitur in sui fauorem, vti poterit contra eum. & sic non soluere dum aduersarii dilatio durat, Villalob in coll. com. opin. in litera D. numero sexto. Rip. in rub. de rest. numero 4. de communi attestans
24 Praeterea succesiue quæro, an dilatio concessa principali prosit fideiussori. Bald. in d. l. quoties. numero 4. sic distinguit, Aut erat obligatio dandi, aut faciendi, Primo casu, cum dilatio sit concessa debitori, & eius personæ, non comprehendit fideiussores, secundo, si fuerit obligatio faciendi, vt puta seruitutis, industriæ, vel itineris, tunc concessa principali, prodest fideiussori, non per se, sed per accidens, quia fideiussor in tali contractu non tenetur, nisi post moram, rei, at si ratione dilationis concessæ reus non potest esse in mora ergo nec fideiussor, cùm ex vi dilationis, mora impedita reperitur. Sed Salicet. ibidem numero 4. aliter dicit, & distinguit; Nam aut reus debendi dilationem obtinet, respectu omnium suorum creditorum, tunc non comprehendit fideiussores, quia licet lato sumpto vocabulo creditores dici possint, cum eis regressum non competat, ex quo tempore concessę dilationis non soluerunt. Bart. in l. per diuersas. numero 19. ver. sol. expone. C. mand. sed cũ ex priori obligatione retroacta teneantur, creditori non sunt in ea comprehensi, & licet agere valeant, vigore obligationis cameralis pro liberatione à molestiis, secundum unam opin. relat. per Gallesi. ad oblig. in forma camerę. part. tertia. De perso. petent. execut. numero quinto, tamen vt ibi asserit idem, quia non soluerunt, non sunt proprie creditoris. Aut fuit concessa dilatio respectu vnius creditoris tantum, & tunc subdistinguit, aut ad supplicationem, aut ex motu proprio, primo fideiussor excluditur, secundo non, ratio est, quia in primo casu ad importunitatę concessa videtur, & ob id non comprehenduntur fideiussores

25 cum l.

cum tali rescripta ad lesionem tendant, sed in alio continen-
25 tur, quia rescriptum ex motu proprio latissime interpretãdum est. Ego autem clarius in presenti dubio distinguendum censerem. Nam aut in rescripto est facta de fideiussoribus mẽtio, qui semper, & ordinarie deleri solent, & pro ipsis dilatio non concedi vna cum principali, nisi rarissime, ex causa vrgenti, ex Sanctissimi D. N. Benignitate, tunc stante speciali mentione, sunt pariter & ipsi comprehensi, nec abs re est, si ordinarie debcãtur fideiussores, quia in obligatione dandi, idem promittit principalis quam fideiussor, qui vti principalis, & insolidum est obligatus, & fideiubendo soluere promisit, at si ipsum dilatio comprehenderet, promissio inutilis redderctur. l. qui sic. ff. de solutio. & creditor cum omnibus æqualiter, & principaliter contraxit, ac omnium sequutus est bonam fidem sub legis auctoritate non debet decipi. Spec. in tit. de actore. vers. sed pone, quod filius quod alia suadeaturratione, nã si ambobus prodesset, inanis redderetur actio principali, quia ei non daretur regressus cõtra fideiussorem, vt dicit Bar. in l. fi. nu. 4. C. de fideiuss. minor. eximitur autem à rigore obligatis solus debitor principalis ac cæteri remanent, & dilatio in isto casu regulari debet ad instar restitutionis in integrũ, quæ restitutio data principali non prodest alteri correo, neq; ad præiudiciũ alterius nõ expressui extendi debet. l. fi. vbi Bar. C. si un. ex pluri app. ideo cũ sit personale, & odio sum alios non comprehendet, Spec. de instr. edit. §. nunc autem videri. vers. itẽ quod fuit personale. Bal. in l. si infanti. in 3. opp. C. de iure delib. Innoc. in c. dudum. in princ. de priuil. Ias. in l. fi. in 6. col. vers. circa priuilegium. ff. de const. princ. & in terminis Alex. in l. si quis quenquam. num. 1. ff. si quis cautionibus. & Bar. in l. cum filius familias. §. si stipulatus sum. nu. 2. ff. de verb. oblig.
26 & in d. l. quoties. num. 4. Nec regulariter præsumẽdum est, quod iudex iuri alicuius præiudicare voluerit. l. nec auus. vbi Glo. & Bal. C. de emanc. lib. c. audita. vbi Glo. in verbo insurrexerunt. de rest. spol. l. 2. §. merito. & §. ne quis a principe. ff. ne quid in loco publ. & sic in expressis præiuditium, noluit inferre in non expressis. Bal. in c. super eo in primo not. de off. deleg. Intentio autem Principis talis præsumitur, qualis scripta reperitur, & est naturalis ratio, quando maxime de tertii præiudicio tractatur. c. super eo. de off. deleg. Dec. in cons. 33. num. 5. & 6. Bald. in c. 1. col. 2. Apud quem vel quæst. cont. inuest. term. deb. Angel. Aret. in rub. insti. de excep. num. 13. & quod dilatio principali tributa non extendatur ad fideiussorem, affirmauit pariter
27 Franc. de Aret. in cons. 33. num. 3. Decoctis Mercatoribus ne ad

certum

certum tempus moleſtentur, quotidie principes literas ſalui conductus concedere ſolent, ſed ſcias, quod huiuſmodi dilatio-
28 nes non comprehendunt debita iurata, niſi de eis ſpecialis fiat mentio. Alex. conſ. 38. nu. 7. vol. 3. Gramat. deciſ. ſecunda. nu. 2. Cepol. caut. 55. num. 2. & ſuadetur quia per quamuis conſtitutionem etiam Papalem, non tollitur id quod eſt iuramento vallatum, niſi Papa dicat iuramento non obſtante. c. cum deceat. vbi glo. in verbo effectus. de elect. in 6. Abb. in c. 1. num. 7. de his quæ fi. a maio. par. cap. Iaſ. in d. l. quoties. num. 2. Alex. in conſ. 125. num. 12. vol. 1. Feli. in c. cõſtitutus. num. 3. & 18. de reſcrip. & inſuper vt ibi Feli. nu. 4. Cepol. vbi ſup. nu. 3. c. cõſtitutus. vbi DD. de reſcrip. etiã ac ſi adſit clauſula obſtant. excep. ibi n. 4. & Rom. in conſ. 303. col. fi. verſ. reſpondetur. & in conſ. 404. Alex. cõſ. 125. col. fi. verſ. cõfirmo. lib. 4. dicũt, quod licet aliquẽ Papa à promiſsione iurata abſoluat, non ſufficit, niſi dicat iuramẽto nõ obſtante. Lud. Rom. in conſ. 379. num. 12. cap. 1. vt lit. non conteſt. in 6. vbi glo. in verbo finita. Idem voluerũt Gram. deciſ. 12. num. 2. Alex. in conſ. 104. num. 12. & in conſ. 37. vol. 3. At ſi lai-
29 cus ſuperior concedat ſaluum conductum, dilationem, ſiue moratoriam in caſu, vbi adſit debitum iuratum, nec de iure tenet, nec attendi debet, quia cum non valeat iuramentum remittere, nec ſuper eo diſpenſare, & id ad eccleſiaſticum pertineat, vt in prima commiſsione late dixi, talia debita non comprehen-
30 det. Gram. deciſ. 12. num. 4. Hoſt. in c. quemadmodum ſuper. de iur. iur. Affilic. deciſ. 111. num. 14. Immo propter obſeruantiam iuramenti, adiri poterit etiam ſi lis pendeat coram laico ea non obſtante, iudex eccleſiaſticus, & virtute iuramenti ab ipſo exequutionem petere. Ias. in terminis in conſ. 11. nu. 3. vol. primo. Bal. in l. ſi cum Patruo. C. com. vtri. iudi & in Aut. ſacramenta puberum. col. 4. C. ſi adu. vend. c. 1. §. item ſacramenta. de pac. iur. fir. & melius in l. 1. col. fi. C. de reb. cred. & iur. iur. poterit igitur in tali caſu iudex eccleſiaſticus adiri, & peti, vt non obſtante dilatione obtenta, cogat, & compellat impetrantem ad obſeruantiam iuramenti, quia eſt in hoc iudex compe-
31 tens. c. fi. vbi DD. de for. comp. c. licet. de iur. iur. in 6. & maxime quando agitur de eius obſeruantia. dec. Pedem. 78. nu. 4. & 14. l. 2. vbi Bar. & Bal. C. vbi & apud quem cog. Dec. in rub. de iudi. col. 3. verſ. nõ obſtat quod ſupra dixi. Immo eccleſiaſticus iudex valebit periurũ declarare. Sed caute agat, nẽ laici ſuperioris in
32 ſe irã concitet, vti quotidie fieri videmus ſpernentibus eorũ iuriſdictionẽ, ſed officiales laici, qui ẽt ex cauſa iuratorũ debitorum relaxant mandata, dant ſaluos conductos ad tempus, qui

uocantur

quisque quod suum est consequatur. §. 1. insti. de iust. & iur. sed
37 quid si debitor petat, vt sibi pars debiti remittatur, puta 20. pro quolibet centenario vel circa, & maior pars creditorum consentiat, vtrum minor pars concordiæ stare teneatur, & portionem à maiori parte remissam condonare, vtque verbis Affl. vtar in decis. 288. in tribus casibus præfatæ concordiæ stare tenentur. Primo quando debitor est defunctus, & hæres adire recusat, nisi sibi debiti portio remittatur, & ad hoc vt quem conuenire habeant, si maior pars remittat, minor & remissioni stare, & consentire tenetur. Hanc autem primam causam pace talis
38 decisionis veram non esse affirmatiue credo, & suadeatur, quia hæredi si cum beneficio legis, & inuentarii non vult adire ad deliberandum tempus datur & tunc si adit, habent intentionem fundatam, & quem conueniant: si vero recusat, ad creditorum instantiam datur hæreditati iacenti curator iudicis officio. Spec. in tit. de iudic. §. generaliter. num. 40. & 41. & in titulo de curatore. §. nunc videamus. vers. quid si nullus. col. pen. l. 1: C. de cur. bon. dand. & quando adest suus hæres, non datur curator hæreditati, quia non iacet. Bald. in l. cum hæreditas. per tot. C. depos. Bart. Bal. in l. fi. ff. de cond. instit. sed bene si non vult adire, vel repudiat hæreditatem. Spec. in d. §. generaliter. num. 41. & sic cum habeant quem conueniant, cessat ratio supradictæ primæ causæ, in qua minor pars consentire non tenetur, neque cõsensus maio-
39 ris illi præiudiciũ affert. Secundus est casus, si debitor aufugiat, & creditores ipsum, nec eius bona inuenire valent, tunc debitor reuersurus, à creditoribus satisfacere cupiens, petit partem debiti sibi remitti, siue dilationem aliquam concedi, & si annuit maior pars, minor & plurimorum voluntatem sequi, & illi acquiescere tenetur, etiam inuita. Istud forsan procedere posset, quia si aliter nec personam, nec bona habere valebũt, melius erit concordare, & quicquid possibile erit, retrahere, quam totum amittere, & isto casu minor pars non poterit vniuersalem satisfactionem aliàs impossibilem turbare. Tertius est casus, quãdo creditor paratus est cedere bonis, nisi sibi pars
40 debiti remittatur, seu ad soluendum detur dilatio. Nec pariter in hoc tertio casu consensum maioris partis creditorum, minori præiudicare posse dicerem, quia regulam habemus, quod nemo dat, quod non habet. l. impossibilium. ff. de reg. iur. c. nemo. cod. titulo. in 6. si ergo bona debitoris creditoribus sunt obligata, & ex eis, vel prætio inde redigendo satisfaciendum est, ad quid remittere partem debiti tenentur, si nulla adest causa? ex hac autem remissione sequeretur inconuenichs, quia debitor

malitiosè

malitio se locupletaretur cum iactura creditorum, qui iam in nõ consequẽdo, quod suũ erat, tẽpore debito damnũ passi fuerũt, & sic aut bona sufficiunt, & tũc frustra petitur remissio: si autem non sufficiunt, ad quid remittere tenentur si in alio iacturam patiuntur? & tanto magis quia deueniendo ad pinguiorem fortunam, tenetur in quantũ facere potest, vt infra dicam. Quar
41 tum ego adderem casum & ni fallor miseratione, & Principis gratia dignum, quando aliquo naufragio bona perierunt, aut igne consumpta, seu aliquo sinistro euentu, in quo nec adsit nec præsumi posset debitoris dolus, fraus, siue culpa, & tunc si debitor ita oppressus, de eo quod sibi supereſt satisfacere paratus sit, ac se (vt ita dicam) in seruitutem subiicere, si maior creditorum pars pietate infortunii mota, aliquam portionem, vt omnibus satisfieri valeat, illi compatiendo remittere vellet, seu dilationem concedere, minorem stare debere, & cogendam fore crederem, miseratione quippe digni sunt, qui casualiter in paupertatem redacti reperiuntur, vt colligitur ex Euangelio, Serue nequam. & ita voluit Bal. in conſ. 250. num. 15. vol.
42 primo. l. furti. §. pactus. ff. de infam. quia erga fratrem oppressum pietate, & charitate caret. Oportet autẽ seu debitoris misereri, quia nostri Dominus Iesus Christus miseretur, misericordia autem melior est omnibus holocaustis, & sacrificiis. c. ponderat. 50. dist. Mat. cap. 12. vnde Luc. cap. 6. ait, Estote misericordes sicut & pater vester misericors est. §. ex his. & §. præcepta. 24. q. 4. Iudicium vero sine misericordia erit ei, qui non fecerit misericordiam, Deuteron. c. 19. & 24. q. 4. c. instituta. Virtutes au-
43 tem, quæ laudes & fauorem merentur, sunt misericordia, & pietas. Corn. conſ. 296. nu. 2. vol. 4. & per humanitatem seruatur Dei immitatio. l. fi. in fi. C. de donat. int. vir. & vxo. Diu. Thom. 2. 2. q. 30. art. 3. & 4. & qui misericordiam non fecerit, Christum negat. c. omnis. 7. q. 1. ideo bene faciunt in similibus, qui pietatis opus exercent, cum etiam hosti capto, non tantum
44 debitori misericordia debetur. c. noli. 23. q. 1. In aliis quippe casibus consensus maioris partis minori præiudicium afferre non valet, iuxta opinionem Affl. d. decis. num. 4. quod patet, nã quod meum est, absque meo consensu alteri dari non debet, & meum est, quod mihi debetur. l. si ei me. vbi glo. not. in verbo pecunia mea ff. si cert. pet. l. solum. §. meum. ff. de rei vend. Bart. in l. si quid in libello. ff. de captiu. Igitur si sum creditor in centum, verbi gratia, & remittere recuso ex alieno facto prægrauari non debeo, quia ista remissio donationem capit, quæ ex liberalitate facienda est, & non coacte. Soci. conſil. 91. numero 6.

vol.

volum. primo. l. 1. ff. de donat. l. si quis obligatus. ff. de reg. iur.

45 Sed cõtra prædicta vnũ dicit Hipp. de Marſ. in ſing. 432 ſæpe contingit, quod ſi creditor remittat partem debiti, vt de reſiduo ſibi ſatisfiat non obſtante tali remiſsione facta, deinde poterit remiſſum petere ex condictione ob turpem cauſam. Rom. & Alex. ac Iaſ. in l. fin. ff. de cond. ob turp. cauſ. & ita in facto obſeruatum, & iudicatum fuiſſe contra mercatores fallitos, vt eius vtar verbis, qui vti mali debitores à creditoribus partẽ debiti remitti petunt, vt tota die occurrit, aſſerit, ſed ſi adeſſet iuramentum in remiſsione per ea, quæ ſupra diximus, cre-

46 derem ſing. Hippol. non habere locum. Denegatur autem huiuſmodi commiſsio debitoribus fiſci, ſeu Cameræ Apoſtolicæ, & præcipue quando ex delicto, tunc ſi concederetur, daretur occaſio ob impunitatem facilius delinquendi, vltra præiudicium fiſci. Caſtren. l. 2. numero 3. Sal. in l. 1. numero ſexto. C. qui bo. ced. poſ. Iaſ. in l. quoties. numero tertio. C. de prec.

47 imp. offer. nam ſi in ære non poſſunt ſoluere, in corpore luant. l. 1. §. generaliter. ff. de pœn. Igitur ſi alicui aut dilationem, aut bonorum ceſsionis beneficium Princeps concedat, ſemper cenſebuntur debita fiſcalia excluſa, vt infra dicam. Marti. Laud. in tract. de priuileg. & reſcrip. §. decimus quartus ſaluus conductus. l. creditores. cum duabus ll. ſeq. & l. creditor. ff. de verb. ſign. Denegatur pariter mercatoribus mali-

48 tioſe decoctis, quia non ſolum dilatione, verum etiam bonorum ceſsione indigni effecti ſunt. Bald. in conſil. vndecimo. incip. in quæſtione D. Milane. col. pen. verſ. ſed adhuc reſtat vnum fragmentum. volum. tertio. Caccialup. in tractat. de debit. ſuſpect. & fugit. quæſtio. prima. colum. vltima. verſi illud. Verall. deciſ. 278. parte prima, in impreſsis. Nam multoties pro ſe pecunias in ſuis manibus biſas percipiunt, & pauperes pupilli, & viduæ, videntes ſub proditoria fide ſuas ſubſtantias diſsipatas, continue clamant, ac in obſcœnum, & perniciem, vnà cum eorum familia labuntur. Nec ita de facili eorum iuramentis credendum eſt, iuxta illud Fauſtellini dictum.

Peritura ſuo poſtponit munera lucro.
Mercator, ſtigijs non niſi dignus aquis.

Nam vt tertios decoquant, valde ſe decoctos fingunt, immitando illud nefandiſsimum cuiuſdam Ianuẽſis mercatoris dictum, qui

posset deuenerit fortunam.

6 *Cedens bonis, omnia bona suis creditoribus indicare tenetur, & si aliquid sibi reseruat, cessio erit nulla.*

7 *Cedere bonis debitor antequam condemnetur, seu carceretur, vel excommunicetur, non potest.*

8 *Debitor non debet audiri, si potius vellet fustigari, quam soluere creditoribus.*

9 *Negans debitum, an ad cessionem bonorum sit deinde admittendus.*

10 *Cessio bonorum, an præiudicet creditoribus, qui post eam superuenerunt.*

11 *Cedentibus bonis vestes sunt relinquendæ, & super ipsis non potest fieri exequutio.*

12 *Debitor carceratus inuitis etiam creditoribus, facta cessione bonorum statim relaxatur.*

13 *Commissiones cessionis bonorum nobilibus non solent concedi, sed si volunt dantur, & quare.*

14 *Mulier an bonis cedere possit.*

15 *Mulier an pro debito carcerari valeat.*

16 *Cedens bonis an pœnitere possit.*

17 *Creditorum arbitrio remissum est, an debitor sit admittendus ad cessionem bonorum, seu quinquennalem dilationem.*

Quid si maior pars non habens cameralem obligationem consentiat in fauore debitoris, & habentes cameralem obligationem dissentiant. num. 18.

Quid si par esset numerus. num. 19.

20 *Debitor an cum iuramento beneficio cessionis bonorum renunciare valeat distingue, vt num. 24.*

21 *Iuramentum præstitum contra bonos mores, non est obligatorium.*

22 *Creditor, qui vult debitorem in carceribus mori, caninus est appellandus.*

23 *Fauori suo renuntiare vnusquisque potest.*

25 *Cedens bonis an liberetur à ciuili, & naturali obligatione.*

26 *Carceratus pro debito ciuili, si non habet vnde viuat, est alendus per creditorem, alias erit relaxandus. num. 27.*

28 *Hebreis an commissio cessionis bonorum sit concedenda, quod sic.*

29 *Clausula cum potestate citandi extra curiam non datur in commissione cessionis bonorum.*

30 *Iuramentum perhorrescentia non admittitur in commissione cessionis bonorum.*

31 *Commissio cessionis bonorum denegatur laicis extra terras ecclesiæ.*

32 *Commissio cessionis bonorum denegatur malitiosè decocto.*

33 *Falliti sunt faciles ad mentiendum.*

34 *Commissio cessionis denegatur illi, qui in ludis reprobatis, seu meretricibus bona consumpserunt.*

35 *Commissio cessionis bonorum denegatur illi, qui est obligatus ad factum.*

36 *Commissio cessionis bonorum denegatur ei, qui creditoribus potest satisfacere.*

37 *Commissio cessionis bonorum denegatur illi, qui obtinuit quinquennalem dilationem, & ea transacta vult cedere bonis.*

38 *Commissio cessionis bonorum denegatur debitori publico.*

39 *Commissio cessionis bonorum denegatur illi, qui ex delicto fisci est debitor.*

40 *Clausula derogatoria motus proprij Pij V. Sanctæ memoriæ est ponenda in gratia dilationis concessæ per Signaturam Papæ.*

41 *Viride biretum, quare debitores portare teneantur.*

42 *Appellatio an detur si fuerit pronuntiatum debitorem ad cessionem bonorum esse admittendum.*

43 *Hæres bonis cedere potest, & cessio facta per testatorem ei prodest.*

44 *Moratoriæ an concedantur, & quomodo.*

45 *Moratoria non datur laicis extra terras ecclesiæ.*

CAP. II.

EXpeditis iis, quæ mihi in materia dilationum occurrerunt, cessionis bonorum cõmissionem aggrediamur, ex ea nanq; tres oriuntur effectus. Primus liberat cedentem à pœna carcerum. l. 2. C. qui bo. ced. pos. Secũdus cedenti Privilegium confert, ne conueniatur, nisi in quantum facere possit, quo ad post acquisita. l. iis. C. eod. titulo. Milis. in suo repert. in verbo debitor cedẽdo. Tertius est quod licet ex ea quis nõ liberetur nec ab obligatione ciuili nec naturali, ex ea tñ competit exceptio secundum communem, de qua per Io. Fichard. in addi. ad Villalob. lib. comm. opin. litera C. num. 32. Huiusmodi autem bonorum cessio fit secundum consuetudinem loci, in quo fieri contingit. Bal. in l. 1. num. 15. vbi Sali. nu. 8. & Bar. in l. fi. C. qui bo. ced. pos. ac insuper bonis cedens, cautionem præstare tenetur iuratoriam, quia forte in eo statu aliam reperire

reperire non poterit de soluendo, quam primum ad pinguio-
rem peruenerit fortunam. Couar. var. resol. lib. secundo. cap. 1.
numero quinto, decretis sibi tamen alimentis ne egeat, vt ibi
3 Couar. per tex. in l. 4. ff. de cess. bon. Præsens vero remedium est,
ne dum miserabile, sed, vt ita dicam, lachrimabile, quia cedentem miserum facit, & ad tantam vergit inopiam, quod vix sibi interula relinquitur, vt ait Bal. in l. cum solito. numero secundo. C. eod. titulo. Rom. cons. 439. Soci. in fallent. suis in verbo cedēs. fallent. antep. Rip. in l. in obligatione. numero 33. ff. de pignor. & fiebile est, cum cedere durum sit. Roland. à Val. cons. 5. numero tertio, volum. 2. & mendicum hominem reddit ex quo ab omnibus eius commercium, & vitatur, & spernitur. Immo in aliquibus locis statuta adsunt disponentia, vt cessio fiat cum vituperio, & ita faciendam esse asserit. Paris. de Put. in tract. syndic. in verbo culpa officialis. cap. 7. numero 10. & quod nemo bonis cede-
4 re valeat, nisi anum ad columnam percutiat, ex quo & videntium oculi infestantur, & res mali efficitur exempli, Romæ & bonis cedentes, ascendere, & equitare Leonem solebant marmoreum, qui erat in pede scalarum Capitolij, & dicere, cedo bonis, vt dixit Alex. in cons. 210. num. decimo. volum. secundo. hanc consuetudinem esse asserens, & Cin. in d. l. 1. quæst. 5. sed quod tale statutum de ascendente Leonem non valeat, vti contra bonos mores. dixit Roland. à Val. in consil. septimo. num. 12. & 15. volum. secundo, ea motus ratione, quia illud seruando, fit cum dedecore, & infamia cedentis, quia eam coram iudice facere sufficit. Sali. in l. in omni. C. qui bo. ced. poss. quem sequuntur Alberic. in prima parte statut. quæst. 37. Bald. in consil. 301. numero quinto. volum. quinto, & sic secundum eos talia non sunt statuta seruanda, nec quod cedendo bonis quis cum tuba in publicum ducatur, ad hoc ne renes, seu anum percutiat ad columnam, quia substantiale cessionis non est, sed potius quid fœditatem continens. Aym. de antiq. temp. parte quarta. numero 42. vers. videamus, & eo maxime, quando uigore rescripti principis ad cessionem quis admittitur, ex quo actum ignominiæ præfatum remittitur. Rol. ibi numero 16. & Bald. d. cons. 301. & tunc rescriptum est latissime interpetrandum, cum alium non lædat, & supplicanti prosit. C. ex tuarum. de aut. & vs. pal. l. beneficium. ff. de const. pec. Aym. vbi supra. Hodie autem vigore mo-
5 tus proprii sãctissimæ rec. me. Pii V. vt infra dicã, aliter seruatur sed qñ huiusmodi actus vituperii & infamiæ fiunt, quia infamiã irrogant, operantur, quod cedens bonis, si deinde ad pinguiorem deueniat fortunam, non teneatur amplius creditoribus so-

nere, quia per illū actū in omnibus est liberatus. c. sicut dignum. §. hi quoque vbi glo. in verbo si habent de Homi. Guid. Pap. decis. 343. satis enim ignominia, quæ solutionis loco succedit pœne fuit; glo. & DD. in d. cap. sicut dignum, §. hi quoque Rom. sing. 24. Cepol. caut. 3. l. si quis id quod vbi Ias. num. 29. Dec. numero 26. ff. de iur. om. iud. l. sed & si unus. §. sed & si ante. ff. de iniur. pœna autem corporalis, in pecuniariam mutatur; vt dixit Bald. in l. fi. ff. de in ius voc. sed hanc conclusionem reprobat Couar. lib. 2. cap. 1. numero 6. var. res. & licet in praxi. Guid. Pap. q. 34. præfatā decisionē magnā appellet. Tamen in foro conscientiæ voluit, quod creditoribus teneatur, motus auctoritate Sotti. lib. 4. de iust. & iur. quæst. 7. artic. vlt. quam sententiam in foro conscientiæ credo veram per c. peccatum. de reg. iur. in 6. licet de iure ciuili alia procedat. Præterea cedere bonis non potest debitor, antequam condemnetur, debitum fateatur, carceretur, seu excommunicetur, aut id fieri creditor instaret. Boer. decis. 349. num. 8. vers. nisi creditor Barb. in cap. Odoardus. colum. 4. vers. quid si creditor de solut. ratio vrget, quia beneficium cessionis est auxilium subsidiarium, vt quis à carcere excommunicatione, vel de persona à manibus creditorum liberetur, ideo si non molestatur, ad id admitti minime debet, & si ante præmissa admitteretur cessio, & debitor ad pinguiorem fortunam deueniret, forsan creditor non posset debitum probare propter mortem, vel absentiam testium, vel alia quæ diuturnitas temporis afferre solet, & fraudatus remaneret. Cum igitur à iure adinuentum sit tale beneficium, ex eo iniuria oriri non debet, ordine enim iudiciario prius liquidandum est debitum, deinde si nolit, cessio bonorum conceditur, cum isto casu impotentia non differat processum iudicis, seu condemnationem, sed bene exactionem. Abb. in c. Odoardus nu. 7. de solut. & in c. cum olim el 2. de rest. spo. Afflic. decis. 379. num. 5. at quando ad vnius creditoris solum instātiam est debitor carceratus, & pro omnibus aliis bonis cedere vellet, etiam quod carcerare non fecerint, id facere poterit. Salic. in d. l. nu. 4. Guid. Pap. de cis. 123. nu. 7. Couar. var. res. lib. 2. c. 2. num. 5. Immo si debitor, vt solutionem effugiat, potius fustigari vellet, nō debet audiri, sed bona vendi pro satisfactione creditorum. l. pollicitationes. ff. de pollic. Hip. de Marc. in sing. 651. puto te scire regulā Alex. in l. fi. ff. de in ius voc. Nec minus ad cessionē bonorum debitor est admittendus, quando creditor iuri illū carcerarie faciendi renunciat. Bald. in d. l. 1. num. 17. quam opin. com. esse asserunt Io. Fab. & Ias. in §. fi. nu. 17. insti. de actio. Franc. Vui. in lib. com. opin. in

verbo

verbo debitor recipiens. numero secundo. vers. debitor non po-
9 test. cessat autem tunc ratio carceris, quæ cessionis beneficium tollit, sed pone quod quis debitum negauerit, & fuerit condemnatus, & postea appellauit, pendenteque appellatione debitum fatetur, & petit ad bonorum cessionem admitti, an sit sibi commissio concedenda, & videtur dicendum quod non, quia cum debitum negauerit, bonis cedere non valet. Bart. in l. qui cedit. ff. de cess. bono. Tamen in contrarium est veritas, nam si habuit iustam causam litigandi, & negandi debitum, commissione dignus est. Afflic. decis. 379. numero tertio. Immo etiam si non habuisset iustam causam, ut iudicatum fuisse asserit Afflic. decis. 296. per tot. & decis. 379. numero quarto. d. l. 1. vbi Bald. numero secundo. & Sali. & scrib. C. qui bo. ced. poss. Rol. à Val. consil. settimo. numero sexto & septimo. volum. secundo. Dec. in l. nemo ex his. numero septimo. ff. de reg. iur. & quamuis negauerit in prima instantia, & succubuerit, tamen quia per appellationem in secunda instantia suspenditur pronunciatum, de iure ad miserandum refugium admittendus venit. Rol. d. consil. 5. numero 8. & Affl. vbi supra cum adductis. de quo articulo videdus est Lancellot. de attenta. lit. penden. secunda parte. cap. quarto. limitatione 11. Sed an cessio huiusmo-
10 di præiudicet creditoribus, qui postea superuenerunt, & Sali. in d. l. 1. numero quarto. ait, aut in cessione de eis mentio facta fuit, & eis præiudicat, quia vna cessio sufficit pro omnibus, sicut vnum inuentarium pro vniuersis creditoribus. Aut mentione de eis non fecit, & tunc illis cessio non potest præiudicare, quorum debitum non agnouit, nec eorum iura, vti non vocati deducere potuerunt. At quando cessio fit ex principis rescripto, non irrogat infamiam, secus autem quando fit in loco publico, percutiendo anum, vel similia faciendo. Bald. in con-
11 sil. 131. numero secundo. volum. quinto. Contra istos miselios executio non potest fieri super vestibus quas portant, quia eis relinquendæ sunt. Bart. & DD. in l. pen. ff. de cess. bon. Maran. de ord. iudic. parte sexta. numero 29. vers. aduertatur circa executionem, immo eis sunt relinquendæ omnimode. Rol. à Val. d. consil. quinto. num. decimo octauo. vol. 2. Parif. de Put. de Sind. in littera F. cap. 3. numero 14. Affl. in const. regni. in sexto not. Clu. & Sali. in d. l. 1. ratio est, quia sicuti damnatis ad mortem relinquuntur. l. diuus. ff. de bon. damn. ita etiam istis, ad hoc ne pudenda publice cum maximo dedecore, & scandalo detegere cogantur. Marant. vbi supra numero 30. Sed sec. Couar. loc. citato. numero quinto. pariter ei relinquenda

sunt instrumenta, quibus ad querendum victum vtuntur, scilicet ad artem suam pertinentia licet tandem clare non resoluat id, sed sub nube tantus doctor loquatur & non solũ vestes propriæ sunt ei relinquẽdę, sed ẽt aliquid pro alimentis. Neuiz. cons. 59. facta igitur bonorum cessione etiam inuitis creditoribus debitor est relaxandus, & citari debent ad eam illi creditores specialiter qui sunt certi, & incerti per proclama publicum ac pariter ista cessio feriarum tempore fieri poterit. Bal. d. cons. 301. num. 5. & 6. l. 1. ff. de fer. & seruatur habito a Iudice mandato exequutiuo debet in bonis si adsunt exequi & illa subastari ac ex pretio creditoribus satisfieri. l. a diuo Pio. §. ea venditione. ff. d. re iudic. Ideo in mãdatis quæ relaxantur in tribunali Auditoris Camerę praxis iuri consona inoleuit apponere, anserantur de bonis N. Debitoris, sin secus capiatur idem & carceretur: quia non existentibus bonis, ad personæ capturam proceditur. d. §. in venditione. vbi Alex. Ias. Bald. in l. si fine. ff. de in ius voc. Abb. in c. quo ad consultationem. col. 5. vbi Feli. num. 10. de re iudic. Franc. Aret. in l. maritus. §. eleganter. num. 7. ff. sol. mat. Rip. in l. obligatione generali. num. 20. ff. de pign. glo. in l. 3. §. tutores. ff. de suspect. tuto. Couar. var. res. lib. 2. cap. 2. num. 1. verũtamen etiam, Nobilibus non solent huiusmodi commissiones
13 dari, quia ordinarie eas non petunt & maxime hodie cum infamiæ viride biretum asportare erubescant, tamen si eas volunt non denegantur, nobilitati autem adiquid deferendum est. Couar. var. res. lib. 2. cap. 2. num. 4. Potius vt dixi & infra dicam dilationibus, seu moratoriis ex Principis benignitate ipsis subuenitur secundum status & facti qualitatem & maxime si habent filias nubiles, quia stante infamia patris virum de facili non inuenirent, & sic ex carnis fragilitate in sinistrum cadere possent, & huiusmodi commissiones dantur per Signaturam Iustitiæ; & non aliter nisi cum clausula seruata forma motus proprii Pii V. si igitur biretum impetrans asportare nequiuerit, id a Signatura Iustitiæ non petat, quia si non obseruant formam motus proprii, citantur ad comparendum legitime coram iudice cui directa est commissio, & si cum bireto non comparet non obstante commissione mandata con. ipsum exequuntur, ac interdum ad alias pœnas in d. motu proprio contentas proceditur. Nec absre erit quando impetratur dilatio in Signatura Gratiæ facere mentionem de non asportando biretum cum derogatione mo-
14 tus proprii præfati. Mulier pariter si vult bonis cedere potest. l. fi. C. qui bo. ced. pet. Boer. decis. 349. num. 8. olim autem pro debito priuato nisi bonis cedebat, carcerabatur. l. peniver. vtriusq;

sexus.

sexus vbi Sali.l.1.vbi Bal.colum.secunda vers.quæro.cum in ciui
taribus.& Sali. C. eod. titulo. Hodie vero non carcerantur mu-
15 lieres nisi pro debito Fiscali vel causa criminali.Quod locũ habe
re intellige in muliere honestæ vitæ, secus in muliere inhonestã,
Cin.& Alber.in Aut,hodie.& tex.in Aut.sed nemo.C.de cust.reo
rum.Barbat.in cap. lator. post princ. vers. adde primo. de pi-
gnor.Albe.in.l.sed & is.in fi.ff.de in ius voc.Bal.i trac.carcer.q.1.
tertia quæstione principali.Couar.var.res.cap.1.nu.3.lib.2.Prę-
pos. in cap. ex parte M. vlt. coll. de app. Hipp. de Mars. in prac.
crim.9.attingam.numero 64. & carcerari poterit si agatur con- 16
tra eam ratione administratę tutelæ. Bart. in l. si quis sub con- 17
ditione.ff.de test.tut.Sali.in aut.Matri & auiæ. C. quando mul.
tut.off.fung.potest.Barb. in cap.lator.numero 4.de pign. & licet
Bart.in l.si quis sub condictione.numero 20.ff. de test. tut. dicat
quod mater ratione administratæ tutelæ non valeat conueniri
nisi in quantum facere possit, & ea de causa non carcerari. Ta-
men vt ait Couar. loco supra citato vers. sed quia. cum hodie
renuncient omni legum auxilio quando filiorum tutela ei com-
mittitur pro pecunia ex præfata occasione filiis debita carcera-
ri poterit. vt etiam Bart. asseruit loc.præfato.num.18.& in Aut.
matri & auiæ. numero 13.vbi Sali.num.14.C. quando mul. tut.
off.fung.pos.Rom.in l.alia.§. eleganter. num.5. ff.sol.matr.Cæ-
cial. in tract.de debit.suspect. fug.q.6. sed supradictam opinio-
nem multis rationibus Couar. loc. citato reprobat, quem vide,
eius sententiæ ego inhæreo. Nam in huiusmodi casu adsunt ceu
in omnibus locis statuta,quæ seruanda sunt, sed ad rem nostram
16 redeamus. Videndo an impetrato cessionis bonorum rescripto
locus detur pœnitentiæ. & Bald.in l.fin.nu.4. C.qui bo. ced. pos.
resolutiue dicit quod non: at hanc sententiam simpliciter non
affirmo, quia aut res est integra si rescripto illud impetrans
vti nolit aut nulliter obtentum, vel creditores non sunt ci-
tati,tunc datur locus pœnitentiæ. Sali. in d. l. si quantitatem.
numero 1. & 2. Bald. in l. cum solito.numero 12. C. eod. titulo.
Brun.in tract.de cess.bono.q.14.cum adduct. per eum late. Aut
commissio,seu actus suum sortita est effectum & non datur,quia
non est amplius in potestate cedentis infringere actum,quod a se
approbatum & procuratum fuit,nã quod semel placuit amplius
displicere non potest.c.quod semel,de reg.iur.in 6.cum simil. Pe
titur in cõmissione de qua tractamus,quod iudici cui dirigitur,
committatur,vt oratorem ad alterum ex duobus beneficiis siue
cessionis bonorum siue quinquennalis dilationis arbitrio ma-
17 ioris partis creditorum admittat, & licet Cin.in l.fin. C.qui bo.

ced. pos. hanc electionem in ipsiusmet debitoris arbitrio resi-
dere asserat, & eligere vnum ex duobus quod magis vult, ta-
men id nullo pacto verum dici potest, quia sequeretur absurdū,
& exequntio contra formam rescripti fieret, & creditores quo-
rum voluntati committitur, vt ad eorum libitum vnum ex su-
pradictis debitori concedant, nihil possent, licet humanius agen
do cum debitore, vt plurimum quinquennalis dilationis be-
neficium concedere statuant, quam in carceribus, ex quibus
corpus affligitur eum detrudere. l. fin. C. de cust. reo. c. quam-
uis. de pœn. in sexto. Clem. prima. de hæret. sed quid si erunt
multi creditores partim ex obligatione camerali, partim vero
non, & plures non habentes cameralem obligationem dilatio-
ni consentiunt: ea vero muniti id negant, quorum consensus præ
ualere debeat, & an non vallati Camerali obligatione præiudi-
care poterint illam, & specialem hipotecam habentibus.
Hanc quæstionem decidit Ang. in consil. 213. numero primo di-
18 cens, quod maior pars creditorum licet non habeant camera-
lem obligationem, quæ in hoc casu non est attendenda cum de-
bitore paciscí valent, mouetur ratione, quia habito respectu ad
cumulum debiti & personarum maiorem partem faciunt, quæ
paciscendo aliis remittentibus etiam habentibus solam obli-
gationem personalem, siue personalem & hipotecariam præiu-
dicare valent: nam creditores sunt & cæterorum obligationis
exequutionem non elidunt. Gugl. de Cun. in l. & suum, s. hodie.
C. de pact. sed hæc sententia hodie non est tuta nisi specialiter
in rescripto præfata narrentur propter valida priuilegia obli-
gationis in forma Cameræ: sed aut pars debiti remittatur, aut
detur dilatio, aut ad bonorum cessionem quis admittatur sem-
per omne est faciendum cum iudicis decreto. l. 1. C. qui bo. ced.
pos. & ita per omnes Doctores Perusiæ fuisse iudicatum attesta-
tur Ang. d. consil. 213. numero primo. & per tot. & idem voluit
19 Bar. in d. l. cum solito. num. 5. si vero consentientes essent pares
& dissentientes, tunc attenditur numerus illorum, qui in maio-
ri parte sunt creditores, si etiam essent æquales in quantitate
debiti, tunc standum erit arbitrio & voluntati concedentium
dilationem quinquennalem, vti in mitiorem partem inclinan-
tium, ex qua debitori nulla resultat ignominia. Bart. vbi supra
numero primo. Præterea quotidie obligationes concipiuntur, in
20 quibus creditores apponere faciunt clausulā, quod cū iuramen
to beneficio cessionis bonorum debitor renūtiat, modo perscru
temus an talis renuntiatio teneat, & ad eam admitti petens sit
audiendus, & an ea facta liberetur á molestiis creditorum,

21 prò negatiua videtur dicendum quod non, quia tale iuramentū præstitum contra bonos mores non est obligatorium, c. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. ex tali quippe renunciatione inhumanum sequeretur, vt puta ad perpetuos carceres obligatio, & crudelitas absque utilitate, & commodo creditoris, valdeq; debitor ita detrusus fame nexaretur, inopinaq; oppressus, diem claudere posset extremū, quod non eueniret, si in libertate esset, quia lucrari posset, & ad pinguiorem fortunam deueniendo, creditoribus satisfacere. Nam creditor, qui debitorem in carceribus

22 marcescere cupit, caninus appellandus est, faciensq; contra præceptum charitatis, quia debitor in carcere diuina audire nō posset, & sic ad infidelitatem deduci: igitur talis renunciatio, quæ eo dependi damnationē æternam apportaret, vinculo iuramēti nō firmabitur. Arch. in c. quāuis. in verbo æternę salutis. de pact. in 6. Fed. de Sen. in consi. 60. Castr. in l. Titio centū. §. Titio centū. ff. de cōd. & dem. Gall. ad obl. in fo. cam. p. 2. ad tertiā p. q. 4. n. 2. Alciq. in c. cū cōtingat. n. 69. qui testatur de magis com. de iur. iur. Viu. in li. com. opi. opin. 65. li. 1. vlterius tale iuramentū esset Rei publicæ præiudiciale, nā sua liberos hoīes habere interest. l. 1. in fi. ff. sol. mat. vxoriq; & filiis qui nec victū, nec debitū matrimonii respectiue habere possent, damnū apportaret, & aliud præterea daretur inconueniēs, nā debitor interdū excōicatus soluere non ualens, neque bonis cedere, absolui minime poterit, & perpetuo remaneret excōicationis vinculo astrictus, propterea iuramentum præfatū, ad animæ interitū tendens, nū ualere dicendū erit, c. cū contingat. de iu. iur. & hāc opi. sequuti sunt feri. in l. antiquitas. C. de v sufr. Alex. consi. 327. n. 6. vol. 2. Alber. in rub. C. qui bo. ced. pos. col. fi. Cappel. Thol. q. 61. & hanc opinionē vti magis cōmunē amplectitur Couar. uar. res. li. 2. c. 1. n. 7. qui pluribus modis conclusionē limitat, quē videas. Contrariā vero sententiam

23 asserentes pro Iramenti veritate dicunt, vnumquemque fauori suo renuntiare posse. Fel. in c. si diligenti. n. 1. de fo. comp. Bar. in l. ius publicū. ff. de pact. Bar. Bal. Fulg. & Sali. in l. pen. C. co. tit. de pac. & in re priuata loquendo, id regulariter verū est. l. paciſci. ff. de pa c. nec asserta crudelitas ex carceratione oritur, quia carceratio pro debito, est quædam detentio in aperta, & libera custodia, & nidetur quoddā ostagiū, ad quod quis se obligare valet, & supradictis in contrar iū adductis unico fundamēto respōsum datur, quia cedere, vel nō cedere in ipsius debitoris arbitrio stat, & sic ad nō cedendū se obligare pōt. c. quamuis. de pact. in 6. Fed. de Sen. in consil. 60. Imol. in c. cum contingat. in 10. membro. de iur. iuran. Ang. & Rom. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. mat. In hac

igitur

igitur quæstione distincte loquendum puto. Nam aut ex præfata renunciatione, etiam iurata oriuntur, seu oriri poterunt inconuenientia in prima opinione narrata, & tunc renunciatio nõ erit valida. Feli. in cap. si diligenti. nu. 4. de for. comp. Ang. in l. nemo carcerum. C. de exact. tribut. lib. 10. glo. in aut. Immo. C. de actio. & oblig. Bar. in l. alia. 6. eleganter. ff. sol. mat. Paul. de Lazar. in disput. incip. quæritur vtrum electio. in 3. q. quia contra bonos mores est, vt quis grauetur vltra id, quod non posset, nec eorum pacto partes facere valent, quin ordo iudiciarius non seruetur, glo. in clem. sæpe. in verbo necessario. de uerb. sign. c. fi. de re iud. in 6. Bart. in Aut. offeratur, C. de lib. oblat. immo aliud daretur inconueniens, quòd debitor in carceribus, & marcescere, & mori coactus esset, & carcer non ad custodiam daretur, sed ad pœnam, Sali. in d. l. 1. n. 18. & licet de iure ciuili circa quod in materia æris alieni versamur, pœna perpetui carceris imponi possit, l. incredibile. vbi Bal. & DD. C. de pœn. Ias. in l. si victum. nu. 7. ff. de re iudic. tamen secus est de iure canonico. c. quãuis. de pact. in 6. Bart. in l. imperium. col. 6. ff. de iur. om. iud. debitor autem per pactũ ad perpetuos carceres se obligare non valet, DD. in d. l. alia. 6. eleganter. ff. sol. mat. Galles. de oblig. cam. par. 2. q. 4. nu. 2. etiam cum iuramento, Alciat. in c. cum contingat. num. 69. qui testare de cõmuni de iu. iur. Franc. Viui. in lib. com. opin. in littera D. num. 2. vers. Debitor non potest. Aut intrusio fieret ex aliqua humanitate, cuius gratia creditor suum consequi posset, iuxta dispositionem l. nemo. C. de exac. trib. lib. 10. puta quando debitor haberet amicos, qui vel pro eo soluerẽt, seu fideiuberẽt, vel erat vagabundus, & cum esset artifex bonus operare non curabat, & sic in carcere artificiũ exercere posset, & creditoribus satisfacere in totum, vel partem, dummodo sibi non adimatur facultas percipiendi ecclesiastica sacramenta, ac faciendo incũbentia, nec aliquod præiudicium saluti animæ inferri posset, seu ex carceratione nimia inhumanitas, atque crudelitas sequeretur; & tunc renunciatio facta cum iuramento tenet, vti distinguendo, ita tenuit Rota plene decisio. 31. nu. 4. de sent. & re iud. in antiq. quod ratione comprobatur, quia tempore renuntiationis iuratæ tale beneficium sibi non competebat, sed per cessionem competiturum erat; ideo facere poterat, ne sibi competeret. Nec obstat si dicatur ad illius instar, qui iurauit testamentũ, seu procuratorem non reuocare, & deinde si reuocet, tenet reuocatio, licet periurus efficiatur, vt dixi supra in prima commissione. c. fi. num. 24. quia illud procederet, & esset verum, quo ad bona, quorum dominium perdi poterat, tamen quo ad effectum,

prædictum

prædictum non teneret, quia cessione non obstante, ciuiliter tamen, & humano modo carcerari posset, ac de postea quæsitis, deducto ne egeat conueniri, vt in dicta decisio. nume. 4. Rota firmauit, à cuius resolutione nulla tenus est recedendum; & sic poterit opinio Bai. in ñ. l. 1, num. 18. & 19. C. qui bon. ced. pos. intel-
25 ligi successiue videamus, antecedens bonis liberetur, a ciuili, & naturali obligatione, & breuiter dico, quod nec ciuilis, nec naturalis tollitur, sed suspenditur eius effectus, donec ad pinguiorem deueniat fortunam, ideo ob talem cessionem non potest effugere, quin conueniatur ad id quod facere possit, immo semper de quibuscumque quærendis tenebitur insolidum etiam non habita ratione ne egeat, Nec quicquam facit tex. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. matr. quia maritus in restitutione dotis, non conuenitur nisi in quantum facere potest, quod propter maritalem reuerē- 29
tiam ibi speciale est, secus autem vbi competit ratione personæ, contractus, vel alia ratione, nam æquum est, vt potius debitor, quàm creditor egeat, & sic concludo, quod propter hanc cessionem nō liberetur nec à ciuili, nec à naturali obligatione. l. is qui C. qui bo. ced. pos. Paul. de Castr. in l. vbicunque. n. 3. ff. de fideius.
26 & mand. & est communis vt suprà dictum est. Vnum tamen non omitto dicere: quod si carceratus pro causa ciuili de suo habere victum non potest, de publico sibi est prouidendū l. iudices. C. de epis. aud. aliàs ab eo, qui ipsum carcerare fecit, venit alendus, glo. in l. fi. in verbo agnoscere. C. de erog. mil. ann. li. 12. Bar. in l. 31
functum. de re iud. ff. & in l. illicitas. §. potentiores. in pen. col. ff. de off. pres. Cabal. in Addit. ad const. march. lib. 4. cap. 1. in ver-
27 bo carcer. nu. 17. & si alimenta carcerari faciens non subministrat, iudex debitorem liberabit. Iaſi in l. si victū. nu. 3. vbi Cum. 32
n. 1 ff. de iudi. Aret. in 1. fi. insti. de actio. Boer. decis. 203. num. 3. Paris. de Put. in tra. synd. in verbo carcer. c. an carcerarius, &c. Guid. Papa decis. 231. Affl. decis. 71. per tot. immo. sec. Cabal. ibi
dem, etiam cubile est prehendum alias relaxatur, quia sine co 33
necis periculum incurrere poterit. d. l. si victum. & Bar. in l. necare. ff. de alim. & cib. leg. & super istis iure medio est fundatum decretum visita. generale Almæ vrbis, quod quotidie in praxi seruatur, ne pauperes fame oppressi, ac creditorum se-
28 ueritate, miserabiliter in carceribus diem claudere extremum 34
cogantur. Fui aliquādo interrogatus, an talis cessionis bonorū commissio fit hebræis concedenda, & respondi, quod sic, quia sicut iudæi, & iure communi utuntur, & ligantur. l. iudei. Romano. l. nemo iudæorum. & l. nemo extremum cum l. seq. C. de iude. ita
cum sit, à iure communi miserabile beneficium omnibus con- 35
cessum,

cessum, ipsis quoque non erit censendum denegatum. Nam ratione humanitatis sunt à nobis fouendi, & cum naturæ sint participes proximi nostri dicuntur. Abb. in c. iudæi. num. 3. & in vlt. not. de iudi. & licet repellantur à muneribus publicis, c. cum sit. eod. tit. Id intelligitur, vt Abb. loc. cit. aic. num. 4. quando munus publicum habet præeminentiam magnam ob id cum cedere bonis non sit præeminentia, sed potius infamia, & ad vilipendium, & dedecus tendat, à supradicto lachrymabili priuilegio nō sunt censendi exclusi, & ita in terminis decidit Nata. consil. 20. per totum. Imo quod plus est si sunt plures socii Christiani debitores & inter ipsos essent hebræi, si datum esset omnibus sociis saluus conductus, etiam hebræi censebuntur comprehensi, vt dixit Dec. consil. 51. nu. 2. licet iudæi sint valde odiosi, vt ibi Dec. & habetur in c. cum nimis. de iud. c. nulla. 54. dist. Clausula cum potestate citandi, & inhibendi extra curiam quādo in curia, causa committitur, ac pariter in materia. c. Odoardus. vel c. peruenit. non datur. Ratio est, quia tales commissiones semper iudicibus ordinariis diriguntur, & sic non debent huiusmodi iurisdictionē exercere, nisi in suæ iurisdictionis subiectos. Cum igitur tantum ordinaria iurisdictio exciteatur, & extra iurisdictionis fines morantes censentur ab ea exempti, non sunt ad curiam trahendi. Bal. in marg. ad Innoc. in verbo citatus nō tenetur. 3. Nec locus est in casu nostræ commissionis iuramentō perhorrescentiæ in partibus, quia cum iudex, cui data est certa forma, sit exequutor non potest allegari suspectus, vt dixi in commissione de iudicum suspitione supra, si autem Impetrans supradictas commissiones plura haberet debita in curia & extra, cum creditores sint rei, in eorum locis debet istud cessionis beneficium intentari. At laicis extra statum ecclesiæ, omni modo commissio denegatur, cū tale munus ad eorū Dominos laicos pertineat. Cōmissio nostra non conceditur in pluribus casibus, & primo illi, qui studiose dilapidauit bona in creditorum præiudicium, l. fi. ff. quæ in fraud. cred. Bal. in l. 2. nu. 8. C. qui bo. ced. pos. Bar. in l. alia. 9. eleganter. nu. 15. ff. sol. mat. & in 9. quid autem. n. 13. in auth. de fideiuss. nam cū eorum fides sit suspecta, ac falliti faciles ad mentiendum hoc beneficio sunt indigni, & ideo si mutarent statum, nec etiam bonam fidem agnoscerent. Bak in consil. 400. nu. 3. & 4. vol. 5. secundo denegatur illi, qui in ludis reprobatis bona consumpsit, vel dedit meretricibus Sali. in d. l. 1. nu. 19. C. qui bo. ced. pos. l. 1. ff. quę in fraud. cred. decis. 22. nu. 4. de reliet. spol. in antiq. nam deceptis & non decipientibus subuenientium est, cap. 3. de re iudi. Tertio præterea denegatur illi, qui ad factum est obligatus personale, puta

de, puta ad seruitutem aliquam, quod tamen intellige, dummodo seruitutem præstare posit, aliàs ad interesse tenetur. Bal. in d. l. 1. num 9. Paul. de Castr. in l. si quis curialis. num. 4. C. de episc. & cler. Bened. Barz. in tract. de quarant. 2. par. q. 19. Castr. in l. stipulatio ista. §. sin autem. ff. de no. op. nunc Gloss. in l. ab eo. C. de act. & obl. in opera autem in qua quis est obligatus, si possibilis semper est dies, & ideo non includitur in cessione bonorum, & id uerum intelligi debere de iure ciuili, ait Sali. in d. l. 1. num. 6. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. l. si quis ab alio. ff. de re iud. At si promissio ad factum erit iurata, ad eam complendam præcise non solum tenebitur, sed erit cogendus. Couar. in prima part. relect. §. quarto. num. 6. semper intelligendo, si possibile sit fieri. Aim. in consil. 12. Quarto denegatur illi, qui creditoribus satisfacere potest. Bal. in d. l. 1. num. 10, vbi Sali: num. 5. nam si est soluendo, ne sibi infamia irrogetur, ac creditoribus, fraus fiat, non est concedenda. Rursus, Quinto non conceditur illi, qui transacta quinquennali dilatione bonis cædere vult Salic. in l. cum solito. num. 2. versic. sed attende. C. qui bo. ced. poss. Affl. dec. 378. vbi quòd omnes ita tenent, asserit & ratio est aperta, quia cum ab initio alternatiue duo habuerit Priuilegia, siue cessionis, siue quinquennalis dilationis, uno electo, ad aliud connolare sibi prohibitum est, nam vti fraudolosus, & malitiosus decoctus erit, puniendus, pœna Motus proprii, de quo infra proxime loquar. Gloss. & DD. in l. fin. vbi Bar. C. qui bon. ced. pos. Sexto denegatur debitori publico, vt est exactori gabellarum, seu tributorum. l. propter honorem. C. qui bon. ced. pos. Alber. in prima part. stat. q. 39. Rom consil. 27. versic. nunc ad propositum. de quo tamen uideas. Aufr. ad cap. Tholos. decisio. 134. Septimo illi non conceditur, sec. magis communem opinionem, qui maxime ex delicto fisci debitor reperitur, idem Aufr. ad cap. Tholos. decisio. 61. nume. 3. Couar. var. res. lib. 2. cap. primo de communi Alberic. in Rub. C. qui bon. cedere poss. num. 14. Clar. in §. fin. in princ. q. 95. vers. sed pone ea quippe ratione, quia in debitis criminalibus, qui nõ habet in ære, luit in corpore. l. 1. vbi Iason. 43. & DD. ff. de pœn. Iason. in l. si quis id quod n. 28. ff. de iu. om. iud. Hip. in l. 1. n. 63. ff. ad l. Cor. de sicar. Fran. in c. reprehẽsibilis. col. 3. de app. sed si Fisco ad pœnã esset condẽnatus, & quærelãti ad interesse, quo ad interesse particularis personæ, poterit bonis cedere. Boer. dec. 349. Couar. var. res. li. 2. c. 1. n. 8. versi. præterea ibi pœna vero &c. ratio est, quia pœna priuati seu refectio damni nõ est vindicta, quę publicæ vltionis loco cedat. Viget motus propr. Sãctiss. illius æternæ memoriæ ac dũ mũ-

dus,

dus erit recolendi Pii V. contra istos decoctos, & bonis cedentes in quo certa datur norma: ideo ne erremus in commissionibus, similibus per Signaturam Iustitiæ concedendis, semper est appo nenda clausula seruata forma motus proprii, præfati, in quo mandatur ad hoc, vt isti cedentes bonis euitentur contrahendo, ad instar oppressorũ peste, & ab omnibus cognoscantur, quòd te
41 neantur viride biretum asportare continuæ. Idq. ratione publi cæ vtilitatis, cui Sanctissimus ille Pontifex toto corde, & maxima charitate continuo inuigilabat, factum fuit ne isti, (vt ita dicam) latrones æris, & sanguinis alieni rapaces, absque signo publico cæteros decipiãt, immo à cõmerciis expellãtur, & vt ele. dixit Sal. in l. cum solito. nu. 2. vers. item nota. C. qui bo. ced. pos. & sunt dentibus ab omnibus lacerandi, Bal. in consi. 400. nu. 3. & 4. vol. 5. & in consi. 382. uu. 2. eod. vol. à communiter accedentibus, vocat istos fallitos, fraudatores, & deceptores, qui ob aduersam fortunam (vt ipse ait) non excusantur, & merito aliis pœnis præfacti qualitate, vt ex dicto motu proprio apparet, digni sunt: solent nonnulli nobiles se asserentes, post decoctionem, petere gratiam in Signatura S. D. N. non asportandi biretũ viride, & in familiæ, quod raro nisi ex causa concedi solet: nam vt par est, tam pro diuite, quàm paupere, lex scripta exequenda venit. Immo cũ se nobiles, & diuites fuisse asserant, tanto magis gratia indigni efficiuntur, quia sub præteriti status colore, faciliores ad proximum decipiendum erunt. Igitur in omnes, qui bonis cedere voluerint, æqualiter præfatæ legis exequutio locum habebit ordinariæ, nisi ex gratia S. D. N. aliter videatur: seruatur autem motus proprius præfatus, tam in curia, quàm extra in statu ecclesiastico, & ita in plena Signatura Iustitiæ pluries resolutum fuit, & non à iure alienum, quin cum omnes sint Sanctæ sedi subiecti, & in omni loco eadem sit ratio, debet etiam esse eadem iuris dispositio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patro. cum sim. nam si causam constitutionis finalem inspiciamus, fuit, ne subditis Sanctæ ecclesiæ ab huiusmodi decoctis fraus fieret, & vt ab omnibus, sic cogniti euitentur, ideo omnibus communis esse debet, immo in exequutione pœnarum dicti motus proprii Illustriss. & Reueren diss. Dominicus Cardinalis Pinellus Ianuen. Prouinciæ Romandiolæ, & exarcatus Rauennæ de latere legatus meritissimus multos ex istis malitiosis decoctis, & fraudatoribus ad triremes ad
42 tempus transmitti mandauit, nam præfatæ iustissimæ exequutiones publicæ, cæteris terrorem afferunt, qui se deinde à præmissis abstinent. Euenit etiam casus, quod quis in partibus ad bonorum cessionem admissus fuit vigore commissionis, vel alias

creditores

creditores appellant, & per Signaturam appellationis causam committi instat, an sit rescribēdum quæro, & dico, quod sic, quia sicut supradixi cum non fuerint disposita à iure seruata, vel ad cessionem admissus ille, qui admitti non debebat, & grauati creditores appellant, merito audiēdi sunt, & ita proponēte R. DD. Celso Rom. in plena Signatura in vna Camerinensi nemine ex Dominis discrepante rescriptum, & resolutum fuit, de quo vide
43 Paris. in consil. 80. nu. 47. vol. primo. Hæres pariter bonis cedere potest, dummodo non sit pupillus, quia cum carcerari non valeat, nec etiam cedere. Bal. in l. 1. num. 20. C. qui bo. ced. poss. & pariter cessio facta per testatorem hæredi prodest, absque eo,
44 quod aliud fecerit inuentarium. Ita Bald. dixit in l. cum solito. numer. 13. C. eod. titulo. Moratoriæ cum sint odiosæ, raro conceduntur, & quando dantur, non fit absque causa vrgenti, & non per Signaturam iustitiæ rescribendo, licet interdum voce Illustrissimus, & Reuerendissimus Cardinalis Præfectus ex causa sibi, seu Signaturæ bene visa, mandet alicui iudici ordinario, vt aliquam dilationem ad mensem, vel plus arbitrio suo concedat, seu, vt dicitur, non grauetur; tamen ordinarie vel ex Signatura Sanctissimi, vel ex suę Beat. mandato dantur, & vt plurimum cū clausula, data cautione de soluendo in fine termini, etiam in forma depositi, Vniuersa. C. de prec. imp. off. cap. vniuersa. 25. q. 2. Staf. de lit. iusti. in c. vlterius. pro declaratione nu. 9. & interdū absque præfata cautione, iuxta facti, seu personarum qualitatē. Modicum vero in hoc creditoribus præiudicium infertur, quia vno, & eodem tempore ambobus succurritur debitori, cui dilatio datur, in qua commode in tempore assignato satisfactionem prouidere potest absque magna iactura, & creditori, qui stante cautione tutus est elapso tempore, absq; lite, & expensarum defatigatione, suum consequi: sed si debitor cautionem non inuenerit, admittitur ad iuratoriam. Staf. ubi supra num. 12. Aut. generaliter. C. de epis. & cler. §. sed hodie. insti. de satis. c. alma. de sent excom. solet pariter S. D. N. interdum ex gratia, absque fideiussione eas concedere, quæ gratia in æquitate fundatur, & Iuri scripto aliquando prætualere debēt. l. placuit. C. de Iudi. Feli. in c. cū illorum. col. 2. de sent. excom. sed tales moratoriæ non sunt solitæ concedi, nisi ad quatuor, seu sex menses ad summum ordinarie, nisi aliter Sanctissimo visum fuerit, vt per Ang. Aret. in Rub. insti. de excep. num 13. qui late id tractat, quem vide. Istæ autē moratorie, salui conductus, siue dilationes simpliciter concessę, non comprehendunt debita iurata, nisi de eis fiat specialis mentio. Gram. decis. 12. num. 2. Alex. in consi. 104. vol. 2. Fel. in c. consti

tutus.

tutus vers. statuta iurata de rescrip. Igitur si princeps laicus salvum conductum cõcesserit, vbi aderit debitum iuratum, nõ erit de iure validum, neque attẽdendum, cum in similibus, vbi adest iuramentum nec rescribere, nec disponere ualeat, quia ecclesiastici munus est, Gram. decis. alleg. nu. 4. Host. in c. quemadmodũ de iur. iur. Affl. decisio. 111. num. 14. vt late alias supra dixi. Dilatio autem incipit currere a die datarũ litterarũ, seu dilationis concessæ, cap. eam te de rescrip. c. dilectus de præb. c. 2. de decem
45 Guid. Pap. decis. 109. Pariter moratoria supradicta non datur laicis extra terras ecclesiæ, nec contra exeqnutoriales, quia in eis apponuntnr certi dies ad parendum iudicato, neque pariter fideiussoribus, vt Stafi. loco supra allegato. nu. 12. vers. prædicta &c. cum per eum adductis cuius dicta aliter non refero.

SVMMARIVM.

1 *Clericalis dignitas in veneratione est habenda, igitur eis cessio bonorum non datur, & nu. 11.*
2 *Cap, peruenit de fideiuss. Iuri contrarium videtur.*
3 *Clericus habens patrimonium, nihilominus de redditibus ecclesiasticis disponit, declara vti ibi, & num. 7.*
4 *Tres status primitiuæ ecclesiæ considerantur, & nu. 5. & 6.*
8 *Ratio quare Beneficium c. peruenit fuit clericis concessum.*
9 *Clerici melius facerent disponere de redditibus ecclesiasticis secundum sacrorum canonum sanctiones, vt ibi.*
10 *Clericus quando bona ecclesiæ obligare queat.*
12 *Clericus secundum Innoc. in c. Peruenit nõ potest introitus ecclesiæ absque mandato iudicis obligare. Reprobatur eius sententia nu. 13.*
14 *Clericus tenetur soluere debita de bonis patrimonialibus, vel redditibus ecclesiasticis quos facit suos.*
15 *Clericus pro laico paupere de iure fideiubere potest.*
16 *Clericus cui non est soluendo, datur Beneficium c. Odoardus, de solutio. et si non habet cautionem, sufficit iuratoria.*
17 *Clericus Assignas introitus creditoribus, aliquid iudici bene visum pro suo victu retinere debet, limita vt nu. 20.*
18 *Priuilegium concessum militi armatæ militiæ, extenditur ad clericos, qui sunt milites cælestis militiæ.*
19 *Ecclesia non vult miseriam alicuius.*
21 *Beneficium c. Odoardus, & c. peruenit non datur nisi clericis.*
22 *Beneficium c. Odoardus & c. peruenit nõ datur nolenti soluere pensiones.*
23 *Clericus cui per S. D. N. concessa est gratia, quod omues ecclesiasticos reddituss assignet, pro solutione debitorum debet detrahere necessaria pro seruitio*

seruitio Ecclesiæ ante omnia.

24 *Clerico spoliatori non conceditur Benef. c. peruenit. neque c. Odoardus.*

25 *Clericus superiori subiectæ de bonis suis disponere nō valet, nec eis cedere.*

26 *Clericus ante admissionem ad cap. Odoardus. probare debet impossibilitatem soluendi.*

27 *Clerico condemnato per tres sententias, an detur Benef. cap. Odoardus. vel cap. peruenit.*

28 *Relata in commissione dilationis cessionis bonorum, vel Moratoriæ practicantur, etiam in comm. cap. Odoardus. & cap. peruenit.*

29 *Clericus spoliator succumbens per tres sententias, est etiam ad c. peruenit seu cessionem bonorum admittendus.*

CAP. III.

ISTIS igitur sic succincte narratis aliqua de c. peruenit. de fideiussoribus. & c. Odoardus. de solut. videamus, & breuiter, sed quia præcedit fideiussio, deinde subsequitur solutio, ideo
1 prius de c. peruenit. verba faciamus, dispositio igitur præfati c. est clericis permissa uti laico bonorū cessio, sed qa Clericalis dignitas haberi debet in consideratione, eis cessio bonorū non conceditur. Couar. var. res. lib. 2. c. 1. vbi supra nu. 9. & ad id non teneri asserit Anchar. in d. c. Odoardus. Quod tū intellige in cleri co sacris initiato, vel ecclesiæ effectualiter deseruiēti, & nō in illis, qui minoribus tm decorantur ordinibus, vt ibi Couar. sed in hoc alio modo proceditur vt infra dicā. Bonis an cedat clericus debitor ex causa pensionis Gig. de pens. respōso 2. & qñ nō cedat Neuiz. cons. 59. Ferret. cōs. 144. & seq. Couar. var. resol. li. 2. c. 1. & qūo cedat Clericus Menoch. de arbitr. li. 2. q. 183. in fine. Mādat Sum. Pon. in c. nostro, vt si iure iurando interueniente clericus fideiusserit, constito qd instrumentū sit legitime factū, illum ad creditoribus soluendū eps cogat, & compellat, alioquin fructus beneficii assignare faciat, donec & quousq; de sorte principali, fructibus, damnis, & interesse remaneat creditor satisfactus, iuri
2 quodammodo contraria tex. nostri dispositio videtur, ea nempe ratione, quia licet clericus habēs redditus ecclesiasticos, ac pariter patrimonialia bona, possit de fructibus beneficii disponere, & intactū patrimoniū absq; diminutione relinquere. Fel. in c. postulasti de rescr. Caie. secūda secūdæ. q. 185. art. 7. resp. ad tertiū, id tamen intelligitur, quo ad victum, & substentationē personæ clerici, & ipsi seruientium iuxta gradum clericalē, & dignitatē; nam si clericus ecclesiæ seruit, æquū etiam est, vt de eius redditibus sustentetur, ac ea accipiat, quæ suæ conscientiæ necessaria videbuntur, seit ab eius superiore destinanda. cap. pen. 1. q. 1. c. cū secundū. de præb. vnde diuus Hieronymus ad Damasū scripsit

cuius dictum habetur in c.clericus.2.q.2. Qui autem bonis parẽ
tum, & opibus suis sustentari possunt, & si quod pauperum est,
accipiunt, sacrilegium profecto committunt. Igitur, si solum ex
redditibus ecclesiasticis necessaria victui percipere debent, re-
siduum uero inter pauperes distribuere, redditus beneficii pro
creditorum satisfactione applicari non possunt, & textus dispo-
sitio, & in contrarium adducta uera sunt, & cum uarię inter se vi
deantur supradictæ sententiæ, pro concordia triũ temporũ dis-
4 tinguenda censeo, & Primo primus ecclesiæ primitiuæ status, in
quo A postoli omnia ecclesiæ data, vel relicta uendi curabant, &
prętium redactum ante eorum pedes appositum, inter pauperes
& distribuebant, distribuique mandabant, tuncque omnia Chri-
stianorum bona communia erant, vt asserit text. in c. cui portio.
5 12. q. 5. secundus status, quando venit tempus, in quo Apostoli
paulo post considerantes, vtilius esse prædia oblata in dominio
ecclesiæ conseruare, quàm vendere, & ex eorum fructibus paupe
res substentari, vt Ecclesiæ cathedrali bona annecterentur, sta-
tuerunt, & tunc Episcopus habebat potestatem disponendi secũ-
dum occasionem, illico Christiani sæculares, & clerici bona pa-
trimonialia possidentes, illis & non ecclesiasticis nutriri debo-
bant, quia eorũ fructus, pro pauperũ subuentione reseruabãtur.
6 c. illi qui. 12. q. 1 Tertius fuit tẽpus, in quo deficiẽte Christianorũ
feruore in fide, cœperunt licite absque scandalo tam laici, quàm
clerici, propria possidere, & multæ construebantur ecclesiæ, quæ
à constituentibus de eorum propriis bonis dotabantur, non
solum pro indigentium subleuatione, sed etiam pro ministris, &
eis inseruientibus, ac decretum ediderunt. ne deinceps ecclesia
construeretur, nisi prædia dotis assignatione, cap. nemo eccle-
siam. de consec. distinct. 1. cap. pastoralis. de his quæ fi. à præl. c.
fi. prima q. 2. ac isto tertio tempore, pro ministrorum subsidio,
introitus ecclesiæ deputabantur, cap. de his. de eccle. ædif. quod
7 naturali ratione factum fuit, nam licet clerici nobiles sint, & bo-
na possideant patrimonialia, cum æquum non sit, quod propriis
stipendiis militare cogantur. cap. fin. de magist. c. extirpandę. de
præb. c. fi. 1. q. 2. ex redditibus ecclesiæ non vti indigentes, sed vti
inseruientes, qui stipendio digni sunt, nutriri ordinatum fuit,
nam omnes clerici, qui fideliter ecclesiæ inuigilant, & inseruiũt,
mercedem consequi debent: ponderando igitur verbum omnes,
quod generale est, vtique & diuitibus, & pauperibus id ordina-
tum fuisse cõcludemus, dictũ vero diui Hieronimi de quo supra,
potius consiliũ est, quàm præceptũ, & dũ dicit; qđ bona ecclesiasti
ca quę in alẽdis clericis cõsumũtur, si habẽt clerici patrimonia-

lia, ex quibus se alāt inter pauperes distribui debēt, nō loquitur de bonis, quę in obsequii & laborum mercede presbyteris digne assignantur, quia iustus labor hæc dispendia petit; nam charitati consonum est, quod si præfati clerici habent fratres, nepotes, sorores, vel alias coniunctas personas, bona patrimonialia proximo relinquant pro dotibus dandis, parentibus alendis, domo & agnatione conseruanda, ac eorum victu, & substentatione, & altari inseruiendo, ex altare viuant. c. cum secūdum apostolum. de prēb. Innoc. in cap. episcopus. eod. tit. vbi Abb. & DD. Soci. in consi. 91. nu. 3. vol. 4. Abb. in q. 3. incip. Sempronius clericus. nu. 10. vers. ad tertium contrariū. & in q. 4. incip. Titius Clericus. num. 14. & sicut dixit Couar. in cap. 1. num. 2. de test. vers. prospe ri vero, &c. dicta in primo statu referenda sunt ad tempus illud, in quo incipiebat ecclesia florescere, & clerici spretis cupiditatibus mundani fastus, vitam mundissimam, nullis labefactata vitiis, euangelicam doctrinam referebant, vt pariter dixit Diu. Hier. in epistola ad Pimmachium de morte vxoris, & ad Nepotianum. Abb. autem in d. q. 4. in fin. presentibus multis sacris doctoribus, id publice Senis de anno 1442. disputatum, & communiter tentum fuisse asserit, & quod clericus luculento patrimonio præditus non impediatur, quo minus ab ecclesia, cui inseruit vitæ necessaria decerpat, & in usus conuertat, vltra citatos supra asseruere Præpos. in capit. illi autem. 12. q. 1. Emanuel Soarez in Thes. recept. sent. in verbo clericus. nu. 98. Viui. in lib. 2. com. opin. opin. 44. cum late adduct. Dec. in c. postulasti. nu. 9. de rescript. Hodie vero clerici libenter prontique se obligant, etiam in forma Cameræ Apostolicæ, qui multoties nil aliud habent, nisi redditus ecclesiasticos, quos & sibi appropriant, & de
8 eis ad libitum disponunt, ideo melius Papæ visum fuit, vt creditoribus redditus assignent, priusquā in aliam causam de eis disponant, & dissipent, licet vt ait. Abb. in d. c. peruenit. nu. 12. cau-
9 tius facerent, non extendere ad redditus ecclesiasticos manus, nisi iuxta sacrorum canonum dispositionem, qui mandāt ut vna quarta pars Episcopo, alia fabricæ Ecclesię, alia pauperibus detur, & aliam pro sua substentatione clericus accipiat, cap. quā-
10 tuor c. concessio. & cap. redditibus. 12. q. 2. sed si clericus pro sua substentatione æs alienum contraxit, aut pro utilitate ecclesiæ, tunc eiusdem ecclesiæ bona obligare potest, quod ita distinguendo uerum intellige. Nam aut ecclesia ad substentandum rectorē erat potens, aut impotens, si impotentia fuit à principio, quando clericus eam accepit, & debita deinde contraxit, imputet sibi quia minus potentem ecclesiam acceptauit, & tunc de proprio

patrimonio ipse, seu heredes eius tenentur, c. 1. vbi glo. 21. q. 1. c. clericus victum. 91. dist. si vero Ecclesia erat potens, tamen non habebat sacerdos vnde se aleret, tunc introitus ecclesiæ obligare valebit, & si ante satis factionem morte præuentus esset, successor teneretur. Abb. in cap. ex præsentium. nu. 7. de pig. & aliis caut. & decisio. 1. de solut. in antiq. ita intelligi debet: sed melius in hoc faceret consulere superiorem, & idem si adesset ecclesiæ vtilitas, quod non prosequor, cum sit extra tractatus intentionem, hoc tamen dicam quòd clericus obligando se simpliciter, nõ obligat fructus beneficii sui ad hoc, vt ratione obligationis debeãt creditoribus applicari, nisi in vtilitatẽ ecclesiæ obligatio conuertatur. Archid. in c. statutum. super verbo proprio. de rescrip. in 6. Inn. & Host. in c. peruenit. de fideiuss. licet in curia A. C. contrariũ seruetur &, p debito beneficiati fructus sequestrẽtur, vt dixit dec. 1. de solut. in antiq. nam quãdo clericus habet administrationẽ, tunc fructus obligare ualet, vt d. deci. nu. 1. sed ad propositũ redeundo dico, quod clericalis immensitas vti à Deo instituta, est præ ceteris aliis mundanis etiam imperialibus præstantissima. c. si imperator. 96. dist. si igitur ære alieno grauatus reperiatur, ne obrobrio vti laicus cedendo bonis notetur, ac eandem infamiam incurrat, quia tanti roboris est dignitas, quæ regulas iuris rumpit, l. quoties. C. de dig. lib. 12. Fel. in c. pastoralis. in prin. de offi. deleg. & per consequens mitius agatur cum constituto in dignitate, quam cum non constituto, uti Feli. & Abb. loco supra citato retulerunt, & licet remedium. c. peruenit. sit simile cessioni bonorum, quia habet eundem finem, & effectum, tamen vt eorum dignitati consulatur, ne una cum laicis teneantur biretum viride usportare cessionis loco fuit subrogata, præ ocio, dispositio capit. Odoardus. vel peruenit. vt ibi Abb. Imol. Anchar. & DD. Quamuis Innocen. in capit. peruenit. dicat, clericos ex conuentione specialiter non posse eorum introitus obligare, sed cum decreto iudicis, pro debito canonico, vel ex causa iudicati, ex qua etiam stipendia interdicere permissum est, l. commodis prædiorum. ff. de regulis iuris. qui creditoribus sunt assignandi, tamen non cognosco quo in loco sit hæc sententia fundata, quia ante debitum opus est vt procedat obligatio, aliàs non daretur debitum, uti quotidie faciunt clerici, & seruant passim ad eorum libitum, se obligando, ac introitus ecclesiasticos ipsos tangentes creditoribus assignando, locando, & alia faciendo. Quamuis satisfacere creditoribus de bonis patrimonialibus teneantur, seu redditibus, quos faciunt suos, cum in reliquis ecclesiæ præiudicare non possint,

Abb.

Abb. in c. clericus. nu. 2. de fideiuſ. & vt ibi ait. nu. 3. ſi pro laicis fideiubere non valet, de iure tamen pro laico pauperc, & in miſe
15 ria conſtituto id facere ſibi permiſſum eſt; quia magnum pietatis eſt opus proximo indigenti ſubuenire, quod munus clericorum præcipue eſt, c. quoniam quicquid. 16. q. 1. c. videntes. 17. q. 1. ſed utcumque ſit hodie pro omnibus paſsim; maxime in Romana curia fideiubent, & deinde ad remedium c. peruenit. ſeu Odoardus. conuolant. Nam ſi ſeruarētur pœnę c. peruenit. ſuper ſuſpenſione ordinum, ac priuatione beneficiorum, quando in tēpore conuento & iurato non ſoluunt, vt par eſt, vtique non inuenirentur, nec eſſent ita ad ſe obligandum proni: Diuerſum autē inter ſe finem cap. peruenit. & cap. Odoardus. habent, nam cap. peruenit. mandat, quod clericus teneatur introitus creditoribus aſsignare pro ſorte principali, & fructibus, vſque ad integram ſatisfactionem. At in cap. Odoardus. ſtatuitur, quod ſi cle-
16 rico non eſt ſoluendo, ſatisdet, ſeu obligationem faciat de ſatisfaciendo, quam primum ad pinguiorem peruenerit fortunam, & licet tex. dicat, præſtita idonea cautione, tamē ſi eam nō habeat, iuratoria erit ſufficiens. Glo. in d. c. Odoardus. in verbo idonea.
17 vt etiam ſupra dixi, & tunc non eſt omnibus introitibus priuandus, quia licet ære alieno ſit grauatus, tamen pro victu eſt ſibi aliquid relinquendum, c. ſtudeat. in fi. vbi. gl. in verbo & ſit. 50. di ſtin. & ideo expenſas deducit, ne in clericatus obrobrium cogatur mendicare. Dec. in cap. reprehenſibilis. num. 13. vbi Abb. de app. cap. diaconi. 16. diſt. Couar. vbi ſupra num. 9. Nam ſi militi temporali cedenti bonis aliqua portio, ex qua ali poſsit, reſeruatur, l. miles. ff. de re iudic. tanto magis militi cæleſti, ſeu Dei, vt late Couar. var. res. lib. 2. cap. primo. num. 4. verſic. ſic & milites. cum per ipſum ibi adductis, & num. 9. d. cap. ſtudeat. 50. diſt. Aufr. ad cap. Tholoſ. deci. 245. Bar. & DD. in d. l. miles. vbi Rip. n. 7. Fel. in cap. cum ex officii. col. 1. de præſcr. Matheſ. not. 61. & ita ſeruat Curia Romana, vt inibi ait Aufr. & Rebuf. in Aut. habita. C. ne fil. pro pat. & quo ad diſpoſitionem cap. Odoardus. id pariter obſeruari aſſerit Couar. vbi ſupra. nu. 9. ſed non habere locum in ſimplici clericatus aſſumptione affirmat, ne creditoribus fraus inferatur, nam facile multi eſſent qui pro ſuis voluptatibus ære alieni contracto ſimplicem aſſumerent clericatū, vt dixit Couar. ibid. num. 9. verſ. ſed & quo ad deciſionem. Igitur
18 priuilegium vere conceſſum militi armatæ militiæ extenditur ad eundem militem cæleſtis, Alex. in l. Centurio. num. 15. & 18. ff. de vulg. & pup. ſcrib. Anch. & Imol. in d. cap. Odoardus. Bal. in l. 1. §. mulier. ff. de milit. teſt. & quod clericus miles appelletur,

19 dixit Dec. in cap. episcopus. num. 1. de præben. Ecclesia autem non vult miseriam alicuius, cap. non satis. 86. distinct. cap. quoniam quicquid. 16. q. 1. & si laici, vti supra dixi non conueniuntur nisi in quantum facere ualent, ergo nec clerici. cap. reprehē-
20 sibile. 23. q. 8. Id tamen limita non habere locum in excommunicato, vt ait ibi gloss. in verbo sui. in fin. quia nihil percipere, nec pro suo victu retinere potest, & pariter pro debito fiscali, seu maleficio, vel quasi, cum tunc non habetur, ratio ne egeat. c.
21 olim, el 2. de restit. spol. gloss. fin. in capit. Odoardus. Beneficium supradictorum capitulorum solum fauore clericatus emanauit, idcirco non clericis non datur, & illis tantum soluere non ualentibus, laicis vero ære alieno oppressis subuenitur, vt di-
22 ctum est. Denegatur autem fauor supradictorum capitulorum clerico renitenti soluere pensiones decursas. Couaru. vbi supra. num. 9. versic. quoties vero. Gomes. in compend. vtr. sign. col. fin. versic. est tamen. & versic. seq. & in specie vbi de stylo Signaturæ datur, rescribitur cū Clausula sine retardatione solutionis pensionis, & eo maxime non conceditur beneficium cap. Odoardus. quando consensit reseruationi pensionis ualidæ, quia est obligatus ex iuramento, & in forma Cameræ, nam nō est honestum postquam habuit beneficium, ad cuius regressum se obligauit ob non solutionem, quod iuuetur ex dispositione dicti. cap. quia potius debet dimittere, seu restituere beneficium, quod accepit, cum honestum non sit, quod beneficium retineat, fructus percipiat, ac pensionem non soluat, nec iniuria sibi infertur, si commissio denegetur, quia cum sciuerit, consenserit, & iurauerit, non fit fraus. cap. sciente. de regul. iur. in 6. Gomes in reg. de ann. poss. q. 53. & id credo locum habere pariter in eo, qui est successor in beneficio, & se non obligauit, cum in fructuū perceptione, quo ad causam regressus, & alia supra expressa, eadem in eo militat ratio, vt patet: tamen id intellige notificata, seu intimata pens. one, & tunc si recusat soluere, est repellendus à petitione commissionis, nam si pensio est pars fructuum. Gig. de pens. q. 1. numer. 9. capit. fin. Caccialup. in tract. de pens. q. 2. cap. quicumque. 12. q. 11. & illos clericus percepit, & soluere pensionem iurauit, nisi detracta pensione suos fructus non facit, & si pensionem etiam successor soluere non valet, pariter beneficium
23 dimittat: si vero S. D. N. ex gratia alicui concessisset, vt fructus omnes ecclesiarum sibi subiectarum vacantes applicet pro solutione suorum debitorum, gratia debet intelligi, solutis prius debitis illius ecclesiæ vacantis, & relicta portione congrua, vsque ad nouas recollectas pro ministrorum victu, & substentatione,

c. præsenti

c.præsenti.§.porro.de offi.ordi.& glos.in d.cap.si propter. in verbo speciali.ac vlterius pro aliis ecclesiæ oneribus,ad quæ intellige absque eo,quod tertio præiudicium inferatur, nisi particula-
24 riter illud Papa tollat.d.c.si propter. Pariter clericus spoliator tali gratia est indignus.quia cum sit dolosus, & in legem commissit, legis remedium sibi impartiri non debet, l. auxilium. §. in delictis.ff.de minor.decisio.22.num.2.de restit.spol.in antiq.cle-
25 ricus autem capiti subiectus, vel monachus, sine auctoritate superioris quando absque illius consensu de bonis disponere non valet, de eis disponere non potest, secus vero si non habet superiorem, cui vel monasterio bona acquirantur, vel nisi adessent bona propria,in quibus nec superior,nec monasterium ius habe rent.Innoc.in cap.edoceri.num.4.de rescrip.decisio. Rot. supra-
26 dicta nu. 3. Requiritur certe antequam clericus ad beneficium c.Odoardus.admittatur,quod clare constare faciat non posse in totum,vel in partem soluere, & ideo dari debet tam præsens cõmissio,quàm illa·cessionis bonorum, & quinquennalis dilationis,cum clausula constito summarie de paupertate, & prout de iure,vt per Stafil.de lit.iusti.cap. & est notandum. num.16. vers. quandoquis,&c.Gig.in tract de pensio.q.35.& an iuramento nõ obstante possit,licet renũciauerit,supradictis beneficiis vti, dic vt supradixi in bonorum cessione, & pariter idem esset, si deueniat ad pinguiorem fortunam,quia tunc etiam conueniretur, & teneretur insolidũ,& ita intelligi debet c.Odoardus.vt dixit Ro
27 ta decis.31.de rest.spol.in antiq.num.5. & in fin. Tandem etiam denegatur illi,qui per tres sententias condemnatus fuit, vti testatur Gomes.in compend.vtriusq.sig.col.fin. qui ita in Rota pronunciatum fuisse asserit ex mente Bal.in l.1.C. qui bon. ced. pos. Aret.& Ias.in §.fin. instit.de actio. Hanc autem limitationem reprobat Couar. vbi supra nu.9.vers. quoties. quia licet id asserat habere locum in causa pensionis, ex quo possidens beneficium percipit fructus, & sic non obstante inopia solutioni (vt dictum est) obligatus sit,tamen in aliis causis,licet adsint tres sententiæ conformes,non est deneganda commissio clerico, & hæc Couar. opinio magis approbanda videtur,sicque in plena Signatura iustitiæ de communi patrum consensu resolutum fuit in vna Ciui-
28 tatis Castelli proponẽte R.D.Gentili Delfino Ro.quia si clericus est pauper tam ante quam post sententias tali miserrimo beneficio subueniendus est.Multa propterea,quę supradixi in materia dilationum,cessionis bonorum,& moratoriæ,vna cũ limitationibus, & fallẽtiis applicantur contentis in hoc tertio capitulo, vti dę similibus ad similia, quia correlativa sunt, ideo ex otio

29 applica, quæ non repeto. Tandem uideamus an clericus spoliator, qui percepit fructus beneficii, & illos consumpserit, & per tres sententias succubuit, sit ad cessionem bonorum admittendus, & vide decisio. Put. 251. lib. primo. dicentem quod sic, quia licet cessio prosit ad euitandos carceres, tantum vti dixit text. in l. r. C. qui bo. ced. poss. loquens per dictionem taxatiuam tantum, extenditur etiam ad alios tres casus, ea quippe ratione, ex quo cum cessio habeat vim solutionis, in quandam consequentiam extenditur ad alios casus, & sic Domini de Rota conclusionem fecerunt, quod etiam in petitorio iste cedens sit audiendus.

DE

DE COMMISSIONE IN CAVSIS ALIMENTORVM.

COMMISSIO V.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta relicta puberi masculo vsque ad 18. annum, & fœminæ vsq; ad 14 debentur.*
2 *Alimenta nec compensationem, nec appellationem admittunt.*
3 *Alimenta piæ causæ æquiparantur, & diebus festiuis de eis agitur, declara vt ibi, & num. 4.*
5 *Alimenta nec lege municipali, nec pacto tolli possunt.*
6 *Alimentorum causa summarie tractatur.*
7 *Populus tempore famis etiam alendus est.*
8 *Cibus primo præstatur alimentando, & num. 12.*
9 *Cibus animatum corpus sustentat.*
10 *Pecuniæ quando alimentorum loco dandæ sint, & quando non.*
11 *Domus illi, qui est alendus, assignanda.*
13 *Medicus, & medicinæ alendo etiam subministrari debent.*
14 *Vestes, pelles, lectum, siue stratum & aqua venalis alendo dandæ.*
15 *Præceptor, siue expensæ pro alimentando præstantur.*
16 *Gabella an debeat ab alente, seu alendo solui.*
17 *Bona stabilia si eorum introitus, seu fructus non sufficiant pro alimentis relictis præstandis, an debeant alienari.*
18 *Alimenta secundum vires hæreditarias sunt moderanda.*
19 *Bona à beando dicuntur.*
20 *Fructus bonorum emphyteuticorum non connumerantur inter bona hæreditaria,*

ditaria, adeo quod ex ipsis debeantur alimenta relicta.

21 *Alimenta an in domo relinquentis, vel alibi sint prestanda.*

22 *Alimenta ad commodum, & fauorem haredis danda sunt, & an in eius domo, seu alibi.*

Pupillus vbi alimentari debeat, vel puellæ ibidem.

23 *Spurijs nec donare, nec legare possumus, & quare.*

24 *Spurijs alimenta, sicut dos relinqui possunt, ex quocunque coitu nati.*

25 *Spurij mendicando, verecundiam genitori, & familiæ afferunt.*

26 *Alimenta habere, vel non habere quando dicatur.*

27 *Pater de iure naturæ alimenta filijs præstare debet.*

28 *Statutum alimenta dari prohibens, vti iniquum non est seruandum.*

29 *Pater alimenta filio emancipato, qui portionem consumpsit præstare debet. limita, vt num. 30. & 31.*

32 *Pater non solum filios, sed eorum vxores, & liberos alere tenetur.*

33 *Alimenta relicta pueris crescente ætate, augeri debent.*

34 *Appellatio non admittitur in causa alimentorum de præsenti vel futuro, nec Signatura rescribit absque clausula sine retardatione præstationis alimentorum, & num. 40.*

35 *Alimenta denegans hominem necat.*

36 *vita hominis ab alimentis futuris pendet.*

37 *venter non patitur dilationem, neque verbis pascitur.*

38 *Ieiunus venter, non audit appellationem libenter.*

39 *Alimenta de præterito non sunt ita priuilegiata, vti illa de futuro, & quare.*

41 *Alimenta, & expensæ litis subministrantur, quando dines pauperem ad litigandum in curia trahit, constito de paupertate.*

42 *Paupertas quomodo summarie probetur.*

43 *Paupertas multis modis probatur.*

44 *Pauper, an quis sit, relinquitur arbitrio Iudicis.*

45 *Alimenta debentur illi, cui sunt relicta, licet se ipsum alat, limita, vt num. 46.*

46 *Alimenta si à pluribus præstari alicui debeant, inter quos clericus adsit, an causa coram Iudice laico, vel ecclesiastico sit tractanda.*

47 *Causa alimentorum, quæ dicatur.*

48 *Extimatio, seu pretium, quando loco alimentorum sit dandum.*

49 *Alimenta pluribus personis relicta, si vnus vel duo ea petere nelint, & cæteri non, an id facere naleant.*

50 *Alimenta per multos annos non petita, an peti possint, fallit ut ibi.*

51 *Pensio super beneficio alicui per Papam pro alimentis reseruata, & loco alimentorum succedit, & priuilegia habet, etiam clerico diuiti.*

52 *Et idè in pensione licite ab episcopo clerico pauperi pro alimentis concessa.*

53 *Hæres*

53 *Hæres ad præterita alimenta testatori præstanda dum viuebat agere potest.*

54 *Alimenta integre debentur, licet fructus fundi, super quo sunt impositi non sufficiant.*

55 *Compensatio in materia alimentorum non admittitur.*

CAP. I.

1 PRiuilegiata clare alimenta taliter à iure reperiuntur, vt quando alicui durante pubertate relicta fuerint in masculo vsque ad 18. annum, & in fœmina vsque ad decimumquartum eorũ præstationem durare, asserit Modestinus Iureconsultus noster in l. Mela. §. certe. ff. de alim.
2 & cib. leg. nullamque ad dotis instar, compensationem, seu appellationem, dum de ipsis tractatur, admittẽdam, sed celeri manu causam expediendam fore, dixit Iodoc. Domaud. in tracta. Enchir. Parium. in verbo alimẽta. & vti in causa summaria litis cõtestatio nõ requiritur, quia primus actus habetur pro litis cõtestatione. Affl. decis. 346. nu. 5. Piæ causæ præterea Iodoc. æquiparari volens, & sic vrgente necessitate, diebus festiuis, de eis
3 iudex cognoscere poterit, vt ait ad literam tex. in l. 2. ff. de fer. & Bal. in l. si quis in suo. num. 5. C. de inof. test. Quod tamen fieri debere maxima vrgente necessitate, communiter Theologi sacri voluerunt, ea quippe ratione, quia sine necessitate, festum violare peccatum est, omnibus etenim causis, & feriis præferenda est gloria Dei, necessaria causa proximi, in qua primum & gloria Dei, & legis impletio consistit. Quocirca Phariseorum superstitionem manifeste Saluator noster redarguit, quod pium miraculum de curata in sabbato in curuata muliere, ac idropico libera to, & incusarent, & incesserent, cum ipsi interim bouem, aut asinam in foueo delapsam, ex eo extrahere non metuerint, vt habetur Luc. cap. 13. & 14. Tunc autem alimentorum causa pia dici-
4 tur, quando pauperi legantur. Bart. in l. alio. num quarto. ff. de alimen. & cib. leg. qui de communi testatur Aret. consil. 97. Dec. consil. 72. column. 3. in princip. Gratian. consil. 140. num. sexto. libr. 2. Quando autem ditioribus relinquuntur, tunc non dicuntur causa pia, vt de communi attestantur Alex. & Dec. num. 9. Alciat. num. 19. in l. si certis annis. C. de pact. Iaſ. in l. 1. limit. 3. C. de fideicom. Baldus nouel. in rep. l. 1, numero 43. ff. sol. matr. Quod autem de festiuis diebus dixi, intellige verũ in alimentis, quæ debẽtur officio iudicis, vt in ali-

mentis

mentis,quæ præstat pater filio, & sic de singulis,quia illa solum debita sunt ex causa necessitatis, quando non habet vt aliunde se alat,& tunc pariter pietatem sapiunt,secus in alimentis debitis iure actionis,veluti ex testamento,quia tunc cessat ratio præfata.Alex.in l.1.§. sed excipiuntur. num.5. de fer.Bar.in l.fin.in princ.ff.de app. recip.& quamuis in alimentis,quę iure actionis petuntur,admittatur appellatio,tamen non ad effectum suspensiuũ,ob id sententia debitam exequutionem habere debet.decis. Pedem. 25.num.20.cum add. & licet Franc. Aret. in consil. 97. num.1.indistincte teneat, quod semper sint causa pia, ea motus ratione, quia causa dicitur pia, per quam releuatur anima, vel animatum corpus, sed sic est,quod alimenta sustinent:igitur hæc sufficit ratio,vt generaliter tale nomen consequantur,ac supradicta declara, vt ibidem Franc. Aret. num.2.id in inope intelligi debere.& Bar.in d.l.alio.ff.de alim.& cib.leg.Immo,si iure municipali, vel pacto, seu consuetudine statueretur aliquid pro sublatione alimentorum,vtique tanquam iniquum nõ esset attendendũ,quia nec lege municipali, neque consuetudine, aut pacto tolli possunt,vt affirmauit Couar.de sponsa. secũda parte, c.6.num.3.& 4.& Bar.in l.1.§. parens.circa finem.ff. de lib. agn. Lud.Bologn.cons.21.col.2.& 7. Bal.in Aut.quod si rogatus.col. 2.C.ad Trebell.Nam,& si summus Pont.filiis ex incestu, & damnato coito natis, per suam specialem constitutionem alimenta præstari mandasset,vbique seruanda erit,quia iuris ciuilisdispositionẽ cessare facit.Aret.instit. d.iur.nat. gẽt. & ciu. in §.1.col. vlt. Sil.nup.lib. 3.nu.25.Couar.de sponsa.par.2.c.6.nu.6 vers.cæterum. Dum autem dixi in diebus feriatis posse in materia alimentorum procedi, id verum intellige in alimentis de futuro. Bal.in d.l.si quis in suo.num.5.C.de inof.test.non autem de præterito, quia in alimentis de futuro, ne alendus fame moriatur, ratio supradicta cessat ad hoc, vt remouetur omne periculum more,ergo cessat priuilegium. Franc.Aret. in consil.97. num.2. vers. ad tertium. & num.4. & dummodo paupertas alenda assistat,vel concurrat,siue periculum,vt ibi per eum.Cum igitur de hominis vita,ad similitudinem, & imaginem Dei creati tractetur. c. hæc imago. 33. q. 3. Ius alimentorum summariam causæ cognitionem statuit, & quod in ea debeat summarius fieri processus.l.eadem oratione.ff. de fer. & in l.si iudex.ff. de libr. agn. Thom.Fastol.decis.15.num.2.Bal.in l.1.num.6.C. de fideicom. Præterea non solum priuatus,sed etiam populus est alendus,penuria ex cœli,vel Dei iudicio,guerra,seu aliàs oppressus nanq; qui non subuenit pauperibus de populo in necessariis alimentis,

tis, ipsum occidere dicitur, vti firmat Bald. in cons. 406. num. 2. volum. 5. Quæ autem alimentando præstanda sint, subnectamus.

8 Cibus igitur primum sibi est necessarius, qui ad restaurationem deperditi vigoris datur, nam cum quotidie inuisibiliter de corporibus nostris vires cadant, loco illarum aliæ subrogantur per cibum, & potum, quæ in carnem, & sanguinem conuertuntur, vt eleg. dixit Paul. de Castr. in l. properandum. num. 8. ff. de iudi. Rol. à Val. consil. 22. num. 1. volum. 1. Cibus præterea vitæ subsidium dicitur, quia corpus animatum subsistentat. l. filia. vbi Bald. in princ. C. de patr. pot. at quia multoties alimentario alens, pecunias ciborum loco dare intendit, videamus quomodo id procedat, & distinguendo dico, quod aut alimenta relinquãtur in pecunia, seu particulariter super aliis introitibus, aut in cęteris rebus dietim præstandis. Primo casu, aut

10 alimenta in specie sunt legata, vel debentur in pecunia, tunc pecuniis datis, aut aliis assignatis, ille qui alimenta præstare tenetur est liberatus, quia dummodo habeat assignatio effectum, per eam relinquit commodum, & incommodum alendo, vt sibi ad suum libitum necessaria prouideat, & isto casu nec plus, nec minus petere valet, vel se alendo erogare, Aut in specie ali-

11 menta tradenda sunt, & tunc alens multa subministrare tenetur, & primo domum, siue habitationem, quia appellatione alimentorum continetur, tex. est clarus in l. legatis. ff. de alim. & cib leg. Ang. cons. 28. num. 2. Anan. cons. 37. nu. 7. l. cum hi. §. qui

12 transigit. vbi Glo. & Ias. ff. de transact. Secundo vt dixi cibus, & potus, cum cibo, ac cætera ad uescẽdum necessaria, vt dixit tex. in d. l. legatis. nam alimentorum appellatione, & habitatio, & victus, & vestitus continentur, sine quibus non viuitur. l. legata alimenta. ff. eod. tit. l. victus. ff. de verb. sig. prac. Pap. in for. libel. pro leg. rei. sing. vers. condescẽdo ad decimum articulum. Fulg. in l. cum hi. quæst. 3. num. 1. ff. de transact. at pro cibis, qui corrumpuntur, vt puta carnibus, & piscibus, si partes fuerint con-

13 cordes, pecuniæ tradi eorum loco poterint, vt dixit Rol. à Val. d. consil. 22. num. 24. volum. 1. Præterea & tertio, si contingat, quod alendus infirmetur, vt Rol. loco supra citato. num. 3. dixit, sibi medicinæ sunt subministrandæ, & Medicus, nam qui necessaria alimenta præstat, affecto corpori necessarias præstabit medicinas. Dec. in l. alimẽtis. col. 1. C. de transact. Emanuel Soarez in Thes. recep. sent. num. 163. Alex. consil. 17. col. fin. vol. 6. Rui. consil. 139. colum. 1. volu. 4. Grau. cõsil. 199. col. 2. Corn. cõs. 186. num. 9. vol. 3. Vestium præterea appellatione, quæ, ut dixi, debentur, ueniunt pelles, lectum, siue stractum, & ultra prædicta

etiam

etiam aqua venalis si in illo loco vendi contigerit, vt hic Romæ,
15 Perusii, & alibi. Rursus si alimentarius fuerit pupillus, expensę ei pro præceptore, siue magistro debentur, ea ratione, quia etiã in victus præstatione hæc veniunt, & alia, ad vitam hominis necessaria. l. victus. cum l. seq. ff. de verb. sig. Bertrand. consil. 180. col. fi. vol. primo. Bart. in tract. de alim. Rui. cons. 81. col. 2. vol. 2 sed id declara procedere, quando alimenta debentur iure sanguinis, quia ad disciplinam, tunc necessaria subministrare tenetur, secus autem si ex testamento, seu aliàs. Bar. in l. legatis. nu. 1. ff. de alim. & cib. leg. Cum in l. ius alimentorum. num. 7. ff. vbi et. apud quem pup. edu. deb. & de supradictis omnibus late: vide Rol. à Val. d. cons. 22. à num. 1. vsque ad num. 9. tenens supradicta procedere, nisi aliter testator declarauerit, quoniam tunc
16 eius menti standum esset, & seruanda. Sed quid si gabella fuerit apposita, an esset soluenda ab eo, qui alimẽta præstare tenetur, aut ab alendo, & in hoc dico, quod aut est imposita super rebus, aut persona, si super rebus, tunc alentis sumptibus soluenda venit, si super persona, non autem rei contemplatione tũc ab alendo, ita dixit Bar. in l. 1. num. 5. ff. de alim. & cib. leg. l. verbo iuuetur. ff. de verb. sig. sed ponamus, quod per testatorem alicui fue-
17 rint alimenta relicta, & fructus hæreditatis non sufficiant ad illa præstandum, vtrum bona stabilia hæreditaria sint alienanda, siue alimenta iuxta illorum qualitatem præstanda? & sec. Bar. in l. cum alimenta. num. 1. ff. de alim. & cib. leg. & in l. Imperator
18 num. 4. ff. ad sen. cons. Treb. debent moderari, secũdum redditus hæreditarios, ex quibus præstari debent, & non intelligi respectu valoris. Ita dixit Alex. in cons. 100. num. 7. vol. 1. & in primis æs alienũ deduci. l. vniuersa. C. de lega. Alex. d. cõs. 72. col. 2. Bal. in cons. 539. vol. 2. Dec. in l. Diuus. ff. de reg. iur. Io. de Imol. in l. Imperatores num. 3. ff. ad sen. consult. Trebell. Rol. à Val. cõs. 74. num. 18. vol. 2. & augenda, secundum quod creseit ętas, quia consideranda erit hoc casu persona alenda, & eius ætas testatoris facultates, ac hæreditatis redditus, ex quibus alimenta præstari debent, at pariter loci consuetudinem, & id secundum facti qualitatem, & personæ, vt eleg. dixi Rom. in cons. 169. num. 1. quod
19 ratione suadeatur, nam bona proprie à beando appellantur. l. bonorum in princ. ff. de verb. sig. si igitur testator præcæteris hæredem amauit, quia hæreditatem sibi perpetuo detulit, & eam relinquendo, & sic ne indigeat, beatum fecit, cum reliquerit substantiam, ex cuius redditibus non solum ipse, sed descendentes victum accipere valeant. Igitur erit ne interpetranda intentio Testatoris de iure communi, vt hæres ex testatoris liberalitate

tate inops fiat, & in alimentis præstandis pereclitetur? certe nō vt l. & exheredatum & l. ne ex liberalitate. ff. de re iudic. Rom. in cons. 510. num. 28. vers. hæc autem, nam vbi de alimentis loquimur, ad fructus, seu redditus habendus est respectus. l. ius alimē torum. ff. vbi & apud quē Pup. educ. op. d. l. imperator. vbi Ang. & Gozz. cons. 95. num. 4. magis autē testator voluit hæredibus, quam legatario prospicere. Rol. à Val. consil. 89. num. 12. vol. 3. Anchar. cons. 25. col. 2. vers. & sic. Natt. cons. 387. col. 2. Alex. cōs. 20 178. col. 2. vol. 2. Fructus vero bonorum à testatore perceptorū ad tertiam generationem pro se filiis, & nepotibus, inter ipsos connumerandi minime sunt, quia nec sunt, nec in hæreditate venirent. Alex. in cons. 100. num. 6. volum. 1. Bar. in l. item videndū 5. ff. de pet. hæred. & in l. qđ dicitur, vbi Alex. ff. de verb. oblig. Nec pariter fructus legitimæ descendentium testatoris, vt dixit Alex. in d. consil. fi. ff. de vsufr. leg. Sali. in aut. quod locum. C. si mul. secun. nupt. l. proponamus. 5. quarta. C. de inof. testam. Relictis itaque alimentis, videamus an in domo relinquentis, seu 21 alibi sint præstanda, & licet ea extra testatoris domum petens plus petere videatur, & hæredi minus præiudiciale sit, illa in propria domo, quam alibi præstare, ea quippe ratione, quia verba apposita in legato, quod ab hærede alimenta præstari de- 22 beant, ad commodum & fauorem præfati hæredis sunt intelligenda, nam ea in propria domo præstando, expensis minus grauatur. Alex. d. cons. 100. num. 1. volu. 1. & cons. 133. nu. 2. vol. 3. l. Caio. 5. ff. vbi Bar. ff. de alim. & cib. leg. Ang. cons. 150. col. 2. Anchar. cons. 254. col. 2. immo alendus sic manens, secundum personę qualitatem, aliqua seruitia præstare debebit, sed non iure seruitutis. Bar. in l. Lucius nu. 3. ff. de alim. & cib. leg. Tamen supradicta vera intellige, quando alimentarius potest commode, & absq; suspitione inibi morari, quia si adesset metus, etiam quod vitæ alendi insidiaretur, seu quod aliàs inter hæredem, & ipsum lis esset futura, vel si ob alendi mortem hæreditas, seu lucrum ad hæredes deueniretur, & alia similia, tunc alimentarius sibi extra domum alimenta subministrari petere poterit. Corn. cōs. 286. num. 8. volu. 3. l. pen. ff. vbi & ap. quem pup. educ. deb. Anan. in cons. 54. col. 2. in princ. Alex. cons. 178. col. 2. vol. 6. Rol. à Val. cōs. 22. à nu. 9. vsq; ad nu. 15. vol. primo qui aliàs in hac materia causas connumerat, & fauor non solum hæredis, sed etiam alimentarii est considerandus, fauor hæredis est, eum penes se alere, quia curam habebit, & domus suæ, ac rerum domesticarum, ac minores sumptus faciet. At quando adsunt minę contra alimentarium, seu aliqua alia iusta causa, tunc hæres suum perdit

fauorem

fauorem, qui transit in alimentarium, ad hoc vt in loco tuto sibi alimenta præstari petere posit. Bal. in cons. 384. nu. 1. vol. 4. sed si simpliciter relicta sint alimenta, non tenetur alendas in domo hæredis morari, sec. Bar. in l. libertis. §. Lucius. num. 2. ff. de alim. & cib. leg. Sin vero alendus fuerit pupillus, pupilla, siue mulier, tunc & ali, & morari debet, vbi iudici videbitur, prius cognita religione, & æquitate. l. 1. & l. pen. ff. vbi pup. educ. deb. l. 1. C. eod. tit. Agere autem prætorem oportet, vt sine vlla maligna suspitione isti alantur, & maxime puellæ, ac aduertere, ne educentur apud eum, qui eius vitæ, vel castitati insidietur, vel eius sit substitutus, & præcipue apud eum à quo bonos percipiant mores, quia qui malos mores ostendit, hostis est animæ, & honoris: igitur iudex æquus, ea omnia facere debet, quæ pater pupilli, seu puellæ si viueret faceret, & ad patris instar æquum, & irreprehensibile consilium capiendo, pro filiis, quorum cura, & vita sibi commissa videtur, nil aliud debet, nisi eorum vtilitatem, honorem, & animæ salutem cogitare, & de his omnibus habemus aureum Bal. cons. 487. per totum vol. 5. cum late per eũ ibi congestis, quod in hoc proposito per dominos Iudices, quia sæpe factum occurrit, & custodiendum, & menti seruandum est, vt mo-
23 nuit Rol. à Val. cous. 89. num. 14. vol. 3. cum ibi adduct. Regulam habemus, quod spuriis, nec donare, nec legare possumus, & id nõ eorum vitio, quia non peccauerũt, sed nostro: ipsi etenim (vt ait rex.) in l. legem Anastasii. C. de natu. lib. alieno morbo laborant, & licet de iure ciuili alimenta ipsis non debeantur, Aut. ex complexu. C. de incest. nup. Tamen etiam in terris imperii de æquitate canonica prestari debent. c. cum haberet. de eo qui dux. in vxo. quam pol. adult. ratio est in promptu, quia alimenta negare est hominem occidere, occidere est peccatum, at vbi agitur in materia peccati, in vtroque foro ius canonicum est attendendum. Crot. in l. 1. num. 76. ff. sol. matr. vbi Bal. nou. nu. 140. Dec. in c. Ecclesia sanctę Marię. num. 35. de const. Rui. cons. 124. col. 4. nu. 11. vol. 1. igitur in omni christianitatis parte id seruandum erit, vt late dixit Rol. a Val. cons. 74. num. 62. & 63. volu. 2. Dec. cons. 711. & hanc quęstionem per multas ampliationes, & limitationes, quando spurio, & aliàs ex quouis incestuoso, & damnato coitu aliměta debeantur, late multa congerẽs tractat Gabr. in collecta com. opin. lib. 6. in verbo de alimentis. concl. 1. per
24 tot. & concl. 2. Alimenta itaque spuriis, & relinqui, & donari possunt, vti fœminis dos. Bal. in cons. 456. num. 9. & 10. vol. 5. canonica æquitate inspecta, & naturali pietate, ex qua licet quis spurius sit, tamen filius est, quia natura communis l. hos accusare. §. omnibus.

omnibus. ff. de accusat. igitur lex ciuilis in tantum castitatem amauit, quod paternam potestatem destruxit. Merito itaq; in hoc articulo Ius canonicum facit resurgere naturale, quantum ad hanc pietatis speciem, quo naturali iure omnes legitimi nascebãtur. Aut. qui. mo. nat. eff. sui. in princ. Rol. a val. cons. 74. num. 82. vol. 2. Nam vt verbis Bal. vtar in cons. supra allegato
25 num. 10. crudelitas esset, si cum genitorum verecundia, & puellę meretricari, & masculi mendicare, seu indecora facere cogerentur, & licet de iure Pontificio spurio alimenta relinqui queant, Rol. a val. cons. 74. num. 39. & seq. vol. 3. Bar. in l. fin. colum. 2. vers. quæro vtrum ibi. ff. de his qui. vt indig. Alex. cons. 74. col. fin. vol. 2. & cons. 188. col. 2. vol. 7. Soci. cons. 161. colum. 1. vol. 1. Paris. cons. 1. in princ. vol. 2. Id tamen intellige, ne legatum modum alimentorum excedat, quia fraus præsume retur, si in magna quantitate darentur, Bal. nou. in Trac. de Dot. in 6. part. priuil. 16. colum. 4. Rol. ibid. num. 40. Bal. cons. 258. volum. 1. & cons. 75. vol. 3. Immo quod plus est, alimenta quæ miserationis gratia dantur, vt in casu nostro, non debentur secundum dignitatem; sed secundum necessitatem viuenti. Bal. in l. si maritus. ff. sol. matr. Dec. consil. 311. colum. 2. & consil. 576. in princ. & id in omnibus spuriis, ex quocunq; coitu procedere tam in masculo, quã in femina intellexit, Matthes. not. 150. num. 43. Bal. in cons. 258. in fin. vol. 1. Abb. in cons. 50. col. 2. vol. 2. Rol. a val. cons. 54. num. 57. vol. 2. & non solum habet locum in fratre, verum de equitate canonica in quolibet succedere, etiam si fuerint extranei hęredes, & id menti tenendum dixit Rod. Suarez. in tit. de todo, home. num. 14. & Bal. cons. 158. vol. 1. Rol. a val. dicto cons. 74. num. 65. & 66. & si in bonis maternis succedat, & ampliatur sententia prefata etiam in donatario omnium bonorum, Rip. in l. si vnam. q. 27. C. de reuoc. donat ac etiam si frater illa dari prohibuisset, prohibitio non teneret, Bal. in l. id quod pauperibus. col. fi. C. d. sac. sanct. Eccles. Iaſ. cõs. 26. col. pen. vol. 1. Rod. vbi supra nu. 69. etiã si vellet cum legitimis habitare, nam licet famulari posset, tamen id non militat, quando famulare esset summæ verecundiæ, Caccial. in l. si qua illustris. n. 9. c. C. ad sen. cõs. orfic. Calcan. con. 62. Bal. in no-
26 uel. in tract. de dot. par. 6. priu. 16. col. 3. & in l. 1. n. 141. ff. solut. matr. Deinde quęro, quando quis dicatur habere, vel non habere vnde se alat, & dicendum videtur, quod quando quis vendẽdo habeat, & in alimẽtis conuertẽdo, vnde se alat habere videtur, Tamẽ si esset ad verũ facta venditione honorũ quæ breui cõsumuntur nõ haberet amplius vnde se aleret, & interdum

mulier, si ad id cogeretur, posset vēdere nomen debitoris, in quo eius dos consistit, & sic indotata remaneret. Dico igitur quod tunc intelligitur habere vnde se alat, quando ex redditibus potest alimenta præcipere, non vendendo, nec alienando rem propriam. l. quæ bonis. ff. de cess. bono. & de illis redditibus intelligitur, quorum est natura, vt in alimenta conuertantur. Exempli gratia, In campo tali multum vinum recolligitur, & non frumentum, tamen licet panem non habeat, potest ex uino uendito, & panem & vinum ad sufficientiam habere, & tunc vendere, & conuertere, respectiue in deficientem substantiam tenetur. Ratio est, vt dixi, quia dum de alimentis loquitur, ad redditus habetur respectus, vt dictum est, sed si alimentarius habeat, puta pelles, & sibi à legatario relicta emi petat, est repellendus, quia frustra petit quod iutus habet, ita eleg. dixit Bald. consil. 30. volum. 2. per tot. & an propria auctoritate alimenta à testatore relicta capi possint, vide Gozzad. in consil. 95. nu. 3. & 4. & seq. sed scias, quod si alicui aliquid, vt alimenta præstet, donatum fuerit, & sic respectu alimentorum præstandorum, & præstare differat, vt in donatione iunctum fuit, talis denegatio sufficiens erit ad impediendam translationem dominio rei donatæ, quia causa alimentorum, siue eius ratio est propter alimenta, & adeo fauorabilis, quod perpetuo impedit translationem Dominii rei donatæ. Bald. in l. ea lege. column. 3. versiculo octauo idem. C. de cond. ob. caus. l. 1. C. de donat. quæ sub. mod. decis. Ped. 85.
27 num. 10. Pater filiis de iure naturæ alimenta præstare tenetur. l. 1. §. ius naturale ff. de iust. & iur. cap. ius naturale. dist. 5. decis. Pedem. 124. num. 10. Immo, quod plus est, si adesset statutum, id prohibens, uti iniquum nec seruandum, nec validum erit. Galeot. in tract. de Alim. in verbo pone quæstionem. Franc. Viu. in lib. comm. opin. in uerbo alimenta. num. quarto. Spec. in titulo, qui fil. sint leg. colum. 3. vers. sed pone. Alber. in prima par
28 te stat. quæst. 40. vers. item quæro. Ac etiam si filius fuerit emancipatus, & portionem suam habuerit, illamque dilapidauerit, & in paupertatem deinde fuerit redactus, nihilominus alimenta subministrare pater tenetur. Bald. in d. §. ius naturale. num. 7. vbi Alber. Dec. in l. iura sanguinis. num. 3. ff. de reg. iur. Alex. in l. si cum dotem. §. 1. column. 3. ff. sol. matr. Barb. in C. quæ in Ecclesiarum. colum. 5. de const. Bart. in l. 1. §. parens. in fi. ff. de lib. agn. De hoc vero habemus exemplum Luc. cap. 15. de illo patre qui denuo recepit filiū, qui portionem sibi traditam consumpserat, & ad eum redeuntem amplexatus fuit, & alimenta cum

iucun-

iucunditate, ac cætera necessaria iterum sibi subministrauit, & licet Bal. in Aut. conrogatus. C. ad Treb. dicat quod filio, qui dolose substantiam consumpsit, alimenta sunt deneganda, tamen in contrarium est veritas, de qua idem Bald. in §. ius naturale. num. 7. supra alleg. quem sequitur decis. Pedem. 124. num. 10. quia cum naturali iure alimenta debeantur, nullo euentu tolli possunt. l. eas causas. ff. de capt. & post lim. reuer. Dec. in l. iura
30 sanguinis. num. 2. vbi Cagn. ff. de reg. iur. Guid. Pap. decis. 568. nota pater. Alber. vbi supra. Quod verum non crederem, si filius in malam, & reprobam vitam perseueraret, quia filius de quo in Mat. cap. 15. supra citato. in se reuersus fuit, & deinde à patre benigne receptus. Nec etiam verum credo, si filius ex se ipso ali posset, aut ex propria industria sibi victum quærere, vt dixit Viui. loco supradicto. Gab. in coll. comm. opin. concl. 1. de Alim. num. 21. lib. 6. Bald. consil. 116. volum. secundo. Alex. consil. 74. num. 4. volum. 2. Nic. de Vbald. in tract. succes. ab intest. parte prima. num. 49. Curt. Iun. cons. 148. in princ. Ti-
31 raq. de iur. primog. quæst. 75. Præterea alimenta erunt deneganda in omnibus casibus, in quibus filius potest exhæredari, vt Viui. ibidem dixit. & Bart. in l. si patrem. C. de alen. lib. Dec. in d. l. iura sanguinis num. 3. causæ autem principales, ex quibus filius exhæredari potest, connumerantur in §. aliud quoque capitulum. Aut. vt cum. de app. cognos. licet DD. ad alias innumerabiles extendant, quod non tango. In casibus autem,
32 in quibus pater filium alere tenetur, id extenditur etiam ad filii filios, & vxorem. Bar. & DD. in l. 1. ff. sol. matr. l. dedit dotem. ibi quippe officium aui. C. de collat. Bald. in Aut. res quæ. C. com. de lib. Bald. & Sali. in l. fin. ff. de Dot. prom. licet bona mariti non sint necessario pro alimentis vxori obligata. sec. Rom.
33 in consil. 454. incip. in re præsenti circa fin. vers. quo ad vltimum. Hoc autem non prætermitto dicere, quod alimenta relicta pueris debentur augeri, secundum quod persona, & ætas crescit, vt dixit Gozzad. cons. 95. num. 4. Flor. de Sancto Pet. in l. sed etsi quid. §. mancipiorum. ff. de vsufr. & scribentes in l. si cum dotem. §. sin autem leuissimo. ff. sol. mat. quod intellige dummodo alimenta non fuerint limitata, vel in certa summa relicta, sed valde extra propositæ commissionis tramitem vagasse videor, eam igitur amplexando dico, quod multoties litigatur super alimentorum præstatione, & lata in fauorem alimentarii sententia, ille qui alimenta præstare debet, appellat, & commissionem porrigit, in qua causam appellationis simpliciter committi petit. Videtur prima facie

talis commissio concedenda, quia de iure in omni casu appellatio est permissa regulariter. l. illum. C. de coll. l. 3. in fin. ff. de præuaric. cap. 11. de senten. excommun. ergo & in causa alimentorum etiam, sed regula in hoc locum non habet, stante priuilegiorum multitudine a iure alimentis concessorum, vt supra dixi. Ideo quomodo rescribendum sit, videndum est, & licet ordinaria semper concedatur commissio appellationis, diuersimode tamen id fieri solet, nam dico; quod aut loquimur de alimentis futuris, vel præsentibus, Aut de præteritis.

34 Primo casu si de præsentibus, aut futuris agatur, datur commissio, sed addita clausula sine retardatione præstationis alimentorum, quia cum venter dilationem non patiatur, in alimentis futuris simpliciter non admittitur appellatio, adeo quod ipsorum traditio sit retardanda. Bar. in l. Mela. num. 5. & in addit. in ver-

35 bo appellatio. ff. de alim. & cib. leg. nam illa denegans hominem necare dicitur, tex. est clarus in l. necare. vbi Bar. ff. de lib. agn. Rol. à Val. cons. 54. num. 6. volu. 2. cap. 1. 83. dist. & alimenta vitæ subsidium sunt l. filia. vbi Bald. in princ. C. de pat. pot. à futuris,

36 & præsentibus, nempe dependet vita hominis. l. de alimentis. vbi Bald. & Ias. num. 1. C. de transactio. & ideo pro alimentis præteritis transigi poterit, non autem pro futuris absque licentia iudicis, vt dixit Bald. in d. l. de alimentis. in

37 princ. ac corpus animatum ex eis substentatur, & venter, qui dilationem non patitur, nec dilatione', seu verbis pascitur, cui verba dare difficile est, quia ieiunus venter non auditap-

38 pellationem libenter, igitur talem causam summariam esse nostri iure consulti asseruerunt, vt dixit Bald. in l. 1. num. 6. C. de fideicomm. & in l. si quis in suo. C. de inof. test. & in l. de alimentis. C. de transact. & idem dixit Spec. in titulo de app. §. in quibus. num. 11. vbi Io. And. in addit. Franc. Aret. in consil. 97. nu. 3.

39 Aut sumus in alimentis de præterito, & tunc quia non militat eadem ratio, cum ex illis, vti ex aliis de præsenti, & futuro cibus non sumatur, & causa non est ita summaria. Ias. in d. l. de alimentis. num. 5. & 6. vbi Bart. Spec. in titulo de app. §. in quibus. num. 11. Alber. in l. cum iis. in princ. ff. eod. Franc. Aret. d. consil. 97. num. 3. decis. Caputaquen. 74. lib. 1. in impress. in terminis ita nec eadem habere debent priuilegia, nec ita cum dicta clausula rescribi, sed simpliciter datur commissio appellationis & sic quotidie seruari vidi, licet & in præteritis clausulam Signatura dederit aliquando, quando alendus ob id æs alienum contraxerit, vt puta vxori quæ fecit diuortiũ, cui maritus alimenta ministrabat, & tunc si per tẽpus non dederit in vna Benon. in plena

Signa-

Signatura clausula in præteritis. Sed an alimenta de præterito
sint petenda in ea specie, in qua debebantur, puta in grano, vi-
40 no, carne, & similibus, vide late Viui. loco supra citato. nu. 5. Ali-
ter autem in præsenti quæstione distinguendo loquitur Spec. in
titulo de appel. num. 11. quod aut alimentorum petitio fit officio
iudicis, aut iure actionis, si petantur officio iudicis, & tunc quia
cognitio est summaria, non datur appellatio, vt in primo ca-
pite de futuris, & præsentibus supradixi pro quibus pone exem
plum, de alimentis filio à patre debitis, & similibus. Sin vero pe-
tantur iure actionis, & tunc admittitur appellatio ad effectum
suspensiuum, sed hanc distinctionem nũquam vidi seruare in Si-
gnatura, quæ tãtummodo locum habet, vt supra tetigi, an alimẽ
41 ta sint de futuro præsenti siue de præterito: subministrantur pa-
riter alimenta, quando agitur de hæreditate possidentis, in qua
dies succubuit, & pauperem litibus defatigare, vel ad curiam
trahere intendit, tunc quia constat de bono iure, cum pro senten
tia vigeat præsumptio, solet Signatura mandare, vt alimenta in-
terdum præstentur durante lite ac litium expensę, de quibus la-
te infra dicam, Deo dante, & habetur in decisio. prima. de accus.
in antiq. etiã si lis pendeat super crimine: Interdumque præcise
Signatura rescribere solet, interdum vero iudicis arbitrio, vt
constito summarie de paupertate, faciat alimenta, & sumptus
litis subministrare: at quia qualitas facti, & personarum altera-
re solẽt rescripta l. 1. ff. de orig. iur. ideo particularis certa regu-
la dari non potest, sed quando iudici rescribitur, vt constito de
paupertate summarie alimenta, & sumptus litis subministrare
faciat, cum vt dixi summaria in hac causa adhibeatur cognitio,
Fulg. in l. quidam quasi. nu. 4. ff. de proba. l. si iudex. ff. de his qui
sunt sui vel al. iur. de ea ante omnia sibi constare in actis debet,
sed quomodo summarie paupertas est probanda? & dico quod
vicini, vel alii, qui neriſimile statũ se paupere asserẽtis notũ ha-
bent, examinari valent etiã ordine iudiciario non seruato, quia
in huiusmodi iudicio summario, iudex siue ex officio, siue ad in-
stantiam petentis, poterit testes interrogare. Marãt. de ord. iud.
par. 4. dist. 9. num. 30. Feli. in c. cum Ioannes. num. 11. vers. & ista
intelliguntur. de fid. instr. glo. in Clem. sæpe. in verbo interroga-
bit. de verb. sign. Domi. in c. 1. col. pen. de conf. Roma. in l. admo-
nendi. ff. de iur. iur. Ratio est, quia cum ista probatio non sit in
causa finali, & sic non afferat magnum præiudicium, sufficit ita,
seu semiplene fieri. Bar. in l. si constante. num. 8. & 9. ff. sol. mat.
Alex. cons. 47. nu. 5. vol. 1. & multis modis probatur paupertas,
primo per famam publicam. glos. & DD. in l. 2. C. quan. fisc. vel

prin. præterea, quod non est soluendo per discussionem facta à
43 vicinis, quod non habet quinquaginta in bonis, vlterius per extimum, seu inuentarium, & aliis modis relatis per Ang. in §. hic nobis. col. 1. Aut. de hæred. & falc. Alex. & DD. in l. si constante. ff. sol. matr. In casu autem nostro paupertas probatur, quando non potest sustinere sumptus litis, & ad id vires suæ non sufficiunt, tex. est in §. sed & propter paupertatē. vbi glo. in verbo, sed quis imparem. instit. de excusat. tut. l. paupertas. vbi glo. in verbo imparem. ff. eod. tit. Bal. in Aut. præterea. C. vnde vir & vxor. Sed tutius loquendo, omne id relinquitur arbitrio iudicis, qui considerata diuersitate personarum, & factorum, iudicabit, nam si persona nobilis habeat mille in bonis, pauper dici poterit, sin vero minus rusticus haberet, non diceretur pauper, igitur an ex proprio viuere possit, & onus de quo agitur sustinere, & sic an sit diues vel pauper, Iudex declarabit. Ita eleg. dixit Bar. in l. si constante. num. 14. ff. sol. mat. Barb. plene in cons. 20. vol. 2. Quæro an ille, cui fuerunt relicta, seu alias alimenta debentur, licet
44 se ipsum alat, ea petere possit, ab obligato tradere, & dico quod sic, quia cum ex debito, vel largitate debeantur, non est attendendum an de suo illa sumere queat, ita dixit Bal. in d. l. de alimentis. num. 1. C. de transact. quod tamen limita non procedere in monacho, qui licet ab Abbate alendus esset, & pro præterito sibi alimenta præstita minime fuerint, agere non valebit pro eis
45 contra Abbatem, quia ei obstat exceptio, dolo petis, quod restituturus es, sed bene pro futuris actio sibi competit. Alex. in d. l. de alimentis. num. 2. vers. item quod monachus. Rom. consil. 300. incip. item quod monachus, sed quid si testator plures reliquerit hæredes, inter quos adsit clericus solus, & cæteri laici, & cum
46 diuisio in hoc iudicio fieri non possit, nisi conuocatis omnibus heredibus, qui sunt diuersi fori, & lis pendeat, & sic causę vniendæ, & commissio signanda, cui nam dirigenda erit, an iudici ecclesiastico, seu laico, de hoc verba non faciam, quia satis abunde tractaui supra in commissione auocationis causarum. in quæstione an clericus coram Iudice laico litem agere teneatur, & iam si clericus vnicus fuerit in causa, cum multis laicis sociis.
47 de quo etiam vide Bar. in l. solent. num. 14. ff. de alim. & cib. leg. Sed qualis dicatur causa alimentorum? respondeo, quod omnis, in qua alimenta sunt nominata, & sic quando aliquid alimentorum materiam tangit, dicitur causa alimentorum, & priuile-
48 giata. Bar. in l. solent. num. 15. ff. de aliment. cib. leg. quem sequitur Anchar. in Clem. causam. in princ. de elect. & in Clem. sæpe. de verb. sig. Præterea ponamus, quod quolibet mense sint ali-

menta

menta præstanda, an debeantur pro eorum extimatione pecuniæ, vel in specie tradi, & breuiter eum Bar. in d.l.1.num.2. dico quod aut sunt alimenta, quæ corrumpuntur, vt carnes, pisces, & similia, & tunc extimatio, non species, aut non corrumpuntur, vt frumentum, vinum, & alia, & tunc species debetur. Vnum tamē notabile dixit Anchar. in cons.383.num.3. quod cum pretia rerum sint variabilia. l. pretia rerum. ff. ad l. Falc. Iudex super eo, quod est variabile, & incertum pro futuro tempore certum, & rectum arbitrium dare poterit. l. non quemadmodum. ff. de iu-
49 di. c. fraternitatis. de frig. & malefi. Pluribus autem personis alimenta relicta fuerunt, vnus vel duo uolunt ea petere, reliqui vero non, quæritur an id isti facere possint. & Bar. in d.l. solent. nu. 10. dicit quod sic, immo etiam eius hęredes, vt ibi per eum nu. 9. & similiter, quis stetit per multos annos, quod alimenta sibi reli-
50 cta non petierit, modo ea petere intendit, quæritur an possit, & videtur dicendum quod non, quia solus temporis cursus, maxime longi remissionis tacitę præsumptionem inducit, accedente charitate consanguinitatis, ac etiam computorum redditione. Tamē tex. in d.l. libertatis. §. manumissus. ubi Bart. & DD. dicunt posse, & præterita, & præsentia, ac futura peti, & idem uoluit Bar. in cons. quidā sibi filios hæredes. Bal. in cons.205. lib.3. Fallit tamen supradicta conclusio in filio, cui à patre iure naturę alimenta debentur, seu offitio iudicis, quia præterita petere non poterit. Ias. in d.l. de alimentis. num.6. C. de transl. quod subli-
mita, ut per Ias. ibi nisi filius pecuniam mutuo accepisset, ex qua
51 se aluerit. Immo etiam in hoc alimenta priuilegio gaudent, quod si Papa assignet alicui aliquam pensionem super aliquo beneficio ecclesiastico, cum expressione, quod illam pro alimentis reseruat, sint per ea hypothecati fructus, etiā si pensionarius sit diues, quia per illam assignationem pro alimentis uoluit Papa, quod habeat uim alimentorum, & illorum prærogatiuam, & priuilegia. Gig. in tract. de pensio. q.51. num.10. & an isto ca-
52 su alimenta dici possint causa pia, uide DD. in h. illud. C. de sac. sanct. eccl. Immo ampliat ibi. Gig. etiam in pensione alicui constituta ab ordinario clerico indigenti, ut pariter hoc casu sint bona hypothecata, dummodo tamen pensio sit licita, & etiam si clericus esset diues in pensione à Papa constituta, & num. 12.
53 & seq. quem in hac materia uide. Nec uerum est, quod hæredes alimenta præterita testatori debita petere nō ualeant, quia ius exigendi ad ipsos transmittitur, si soluta non fuerint. l. uti frui. §. fi. ff. si usufr. pet. l. fructus. in fin. cum l. seq. ff. de rei uendi. l. qui usumfructum. §. fi. l. quæsitum. & l. defuncta. ff. de usuf. l. libertis. §.

54 l.ff.de alim.& cib.leg.Alex. cons.40. uolum.3. Immo si testator ex tali fundo alicui alimenta præstanda reliquerit,& aliquo sini
55 stro euentu in illo anno ex prædicto fundo tot non percipiantur fructus,nihilominus integre alimenta debentur.Gig.ubi supra. q.62.num.11. Volens pariter in casu nostro, quod compensationem opponens non sit audiendus,immo si agatur exequutiue pro alimentis in curia Ro. habet locum regula solue & repete. Gig.ubi supra quæst.92.num.5.& 6.cum addi.

DE

DE COMMISSIONE IACTATIONIS ET IACTATIONVM.

COMMISSIO VI.

SVMMARIVM.

1 LEx diffamari famosissima, & quotidiana est.
2 Extensio legum fit ex identitate rationis, & num. 3.
4 Pacifice possidens, si se diffamari audit, aut dubitat, inuari potest ex remedio l. diffamari. & commissione iactationis, & c.
5 Commissio iactationis respicit petitorium, & possessorium, declara vbi. num. 6.
7 Procuratores sint cauti, vt in compilatione commissionis iactationis, concludant super iactationibus.
8 An iudex vti delegatus, seu ordinarius processerit, cognoscitur ex modo procedendi.
9 Rotæ Romanæ decisiones pro communi opinione habentur.
10 Clausula quam, & quas, in commissionibus apponi solita, an sufficiat pro intentando l. diffamari remedio.
11 Causa illegitimitatis, vna cum causa iactationis, in eadem commissione intentari potest.
12 Commissio iactationis non tantum cõceditur, quando constat de diffamatione, verum etiam si de ea timeatur, seu adsit calumnia.
13 Actor, vel reus quis dicatur in commissione iactationis, distingue vt vu. 19. fallit. num. 20.
14 Actor suam intentionem fundare tenetur.
15 Diffamare est ad iudicium uocare, & num. 25.
16 Regula, quod actor ille sit, qui primum ad iudicium uocat, non procedit in materia l. diffamari. 17 Petitio,

17 *Petitio, & origo causæ, in iudicando sunt considerandæ.*
18 *Iudicium ex iudice, actore & reo constare debet.*
21 *Nulla maior probatio, quam oris proprij confessio facta in precibus Principis.*
22 *Commissio iactationis cui iudici sit dirigenda, an diffamati, vel diffamantis, et quod iudici diffamati. nu. 23. Amplia etiam, si diffamans esset Episcopus, vel clericus. num. 24.*
36 *Diffamatio interdum sit errore, interdum malignitate, vel dolo.*
27 *Iudici de diffamatione ante omnia constare debet.*
28 *Præceptum prouocatis in materia l. diffamari.*
29 *Præfixio termini quomodo sit facienda in materia l. diffamari.*
30 *Terminus præsenti, à iudice datus, illico currit, absenti à die notitiæ vel citationis.*
31 *Diffamato quot termini sint assignandi.*
32 *Quot citationes requirantur in causa l. diffamari.*
33 *An nouus terminus contumaci in materia l. diffamari, si comparuerit sit dandus, distingue vt ibi. nu. 34. cautela pro procuratoribus in hoc num. 35. limita vt num. 37.*
36 *Iudex diffinitiue pronuncians, abdicat à se iurisdictionem.*
38 *Iudex an in materia l. diffamari. valeat terminum prorogare.*
39 *Cautela pro eo, qui timet in futurum molestias sibi inferri male in animarum præiudicium practicata.*
40 *Commissio iactationis etiam non præcedente diffamatione, interdum conceditur.*
41 *Citatio per bannimenta, seu cridas valet contra illos, de quibus non habetur certa scientia.*
42 *Clausula omnesque alios in exequutione nominandos, &c. in commissione iactationis deleri debet.*
43 *Aduocati sequentes Doctrinam Bal. & Salic. in Auten. si quis ab aliquo C. de testamen. animæ eorum præiudicium inferunt.*
44 *Commissio iactationis non possidenti denegatur.*
45 *Commissio iactationis nõ conceditur, quãdo causa est ordinarie instructa.*
46 *Commissio præfixionis termini datur causa instructa.*
47 *Commissio iactationis impetrari debet ante cœptum iudicium.*
48 *Praxis qua de causa adinuenit, vt in monitorijs, quæ in materia iactationum relaxantur in tribunali A. C. detur clausula, non tamen iudicialiter illatis.*
49 *Referendarij addere deberent in commissione iactationis clausulam, quatenus causa non sit cœpta.*
50 *Commissio iactationis competit primogenitis fubilitutis dubitantibus, ne hereditas distrahatur ab vsu fructuario.*
51 *Commissio iactationis datur passim in causa illegitimitatis.*

52 *Commissio*

52 *Commissio iactationis in prima instantia in Curia non datur per Signaturam iustitiæ nisi ex causa iuridica, sed per Signaturam Papæ.*

53 *Dilatio ad probandum illegitimitatem, cui sit assignanda.*

CAPUT I.

1 FAmosissimam, & praticabilẽ fore l. diffamari C. de ingen. & manumiss. nemo est qui ambigat, nam sicut diffamãdi maleficium hominibus huius sæculi frequentissimũ est, ita pariter ad id obuiandũ, nulla lex hac tempestate in aduocatorũ, & procuratorũ ore, magis ista reperitur, 2 & licet loquatur super statu hominis, tamen qñ similis militatio, ex identitate ad consimiles casus fit extensio, l. non possunt. & l. Iura non in singulos. vbi glos. & Doct. ff. de leg. c. trãslato. de cõst. c. 2. de translatione præbendæ. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. oblig. l. si constante. vbi Bar. q. 8. ff. solut. matri. & in l. omnes 3 populi. q. 6. ff. de iust. & iure, immo tunc non dicitur extensio fieri sed sicut diuersæ species sub genere continentur, sic etiam uniuersalis ratio diuersas species casuum emergentium sub se comprehendit, quia ea quæ rationis nexus connexuit, iuris dispositio non seperauit, & qñ casus sunt similes, nõ proprie dicitur extensio, sed verius tacita legis comprehẽsio. Tiraq. in l. si unquã. in verbo libertis. n. 37. C. de reuoc. donat. Paris. consi. 69. n. 164. vol. 3. Gig. in tract. de pensio. q. 86. consi. 96. col. 1. Bal. in c. quia. pro4 pe fi. de iudi. Contar. in l. diffamari. limit. 2. num. 36. Igitur dum quis in pacifica possessione reperitur, si diffamationes contra ip sum, aut uociferationes audiat, seu statui suo molestias inferri timeat, ad legis nostræ remediũ conuolare poterit, & hac sumpta occasione praxis commissionem iactationis, & iactationum, ita vulgariter nuncupatam, de qua Deo dante in præsenti capitulo tractaturi sumus, adinuenit, in ea namq; alicui iudici demãdari petitur, vt præfixo diffamanti aliquo breui, & peremptorio termino ad deducendũ, quicquid vult, & põt, quo elapso, & nihil quod releuet docto & perpetuũ silentiũ diffamãti imponat, & audientia in futurũ illa de causa denegãdam declaret, vt cõiter Bal. & Sal. ac cæteri Doct. in lege nostra concludũt, & ista silẽtii impositio exequutioni demãdari debet, vt inhibi dixit Cag. in initio & 5 n. 1. & eo uocabulo utũtur Canon. in c. in præsẽtia. de præb. Pãs cõmissio, & petitorium, & possessorium respicit, tã in beneficialibus, q̃ in profanis, sed nõ sẽper, nã tũc ambo cõprehendit, qñ cõcipitur sub verbis dubiis, seu utrunq; remediũ cõprehendere aptis, quia tũc uerba fauore obtinẽtis rescripti interpretãtur. l. siquis in intentione. ff. d iud. Abb. in c. cũ venissent. col. 2. de rest. in integ. at qñ essent verba clara super possessorio tãtum vel petitorio, tunc

non

non ambo, sed tantum, id de quo mentio facta est, contineretur, de quo vide aureā glossam in c. 1. in verbo indistincte. de sequestra. & vt res clarius innotescat, ponamus exemplū, si dico in cōmissione, sum in pacifica possessione talis domus, & Titius me molestare velle iactat, tūc quia verbū molestare respicit vtrūq; de ambobus erit cōmissio intelligēda, ac si diceret: Titio nō sinit me pacifice possidere, ideo vt me pacifice possidere sinat, cōpelli peto: idemq; esset, si in commissione tm̄ de proprietate mētio fieret, quia vno in rescripto expresso, aliud nō comprehenditur non expressum Cassador. decis. 6. per tot. cū lat. addu. de rescrip. Aret. Fel. Dec. & cæteri in c. in præsentia. de prob. Socin. consil. 38. col. 5. verb. principaliter vol. primo. Ripa in li. 1. de l. resp. 8. Cōtar. in prēsentia l. Ampliatione prima. n. 24. Gabriel. in tit. de act. lib. com. op. lib. 2. conc. 6. n. 3. ampl. 2. secus in beneficialibus, vel alia in re simpliciter nō se restringēs cōmissionē impetraverit, quia in ea & cā possessorii, & petitorii erit cōprehensa. Cassador. decis. 9. de app. Vestr. in sua praxi. lib. 4. c. fi. n. 1. Caueāt in
7 præsenti cōmissione cōponēda procuratores, vt cōcludant in ea super iactationibus, quia si id nō facerēt, deuersum remediū intētatum diceretur ad libelli instar, quod patet, cum ex medio concludendi, quale remedium fuerit intentatū, iudicialiter cognoscatur. Soc consi. 146. n. 3. & 4. vol. primo. Abb. in c. ex parte. nu. 3. vbi But. de foro. comp. Bal. in l. domus. n. 1. C. de rei vendi. Dec. consi. 28. nu. 3. Alex. consi. 117. nu. 1. vol. 2. Paris. consil. 113. nu. 7. vol. 4. Boer. decis. 42. n. 13. Fel. in c. licet heli. n. 28. de sim. quod, vt dixi, habet locum tam in libello, quā in rescripto. Abb. in c. ex parte. nu. 2 not. 2. de fo. comp. Mohed. deci. 229. & ex mo
8 do procedendi, an iudex vti ordinarius, seu delegatus processerit, ex alteratione iurisdictionis apparebit. Fel. in c. cum ex officiis. num. 19. de præscriptio, & in ca. licet. de officio ordin. Bal. in l. 1. n. 25. C. de furt. in hoc autē proposito vnū sub silētio præterire nolo, quod licet durū videatur in iure, tñ cum per tot tātosue
9 sapientissimos Patres, sacræ Rom. Rotæ Auditores, quorum responsa, propter eorum auctoritatem, pro communi opinione reputanda sunt, vt eleganter dixit Nicol. Ant. Grau. in adition. ad Vestrium. lib. 6. c. 1. n. 18. recensendum duxi. Legebam itaq; diebus elapsis elegantes manuscriptas decisiones Achil. de Graff. Bono. tūc Rotę Auditoris, & inueni decisi primam in tit. de acto re, cōmuniter per Dominos resolutum fuisse, quod uigore clau-
10 sulę, videlicet, necnō, quā & quas, &c. in omnibus cōmissionibus, apponi solitæ, quæ est prægnantissima, vt latius infra dicam, remedium l. nostræ intentari valet: quod tamen considera, stantibus

bus supra in contrariũ allegatis,nã si decisio militaret, eam intelligerem antequam causa esset instructa & in principio, & nõ post,puta si esset actum,vel appellatum,quia eius vigore nõ poterit præsens remedium intentari, vt latius infra dicam, tutius itaque erit (vt dixi) concludere petendo quod cesset à diffamationibus,nõ autem si quæstio fuerit super illegitimitate, vt quis illegitimus declaretur,Innoc.in cap.causam el 2.col.2.versi.qui autẽ vult accusare.ubiIo.And.col.7.verfic.& nota quod causa, quem sequitur inhibi But.col.2. vers. ad primã quæst.qui fil,sint leg. nec sufficiens erit, si in initio cõmissionis iactationum fiat mentio, quia tunc uidentur occasionaliter narratę, nec ex tali narratione alteratur medium concludendi. Felin.in capit.licet causam.in verbo ex iisdem.de prob. Dec. cons.28.nu.3.Rip.in l.
11 naturaliter.§.nihil commune.num. 11. ff. de acquir. poss. attamen si in commissione dicatur, vltra causam iactationis narratam,necnon causam illegitimitatis, seu aliam bene dicta verba manebunt, quia in vno capite stant augmẽtatiue, & in alio pro
12 se principaliter Sarnen.quæst.34 num. 4. reg. de infirm. resign. Aegid.decis. 558. Ruin.consil. 114. num.4.& 5. volu. 4. concludo igitur, quod datur commissio nostra, non tantum quando diffamatio aderit, verum si eius suspitio, vel alia iusta calumnia,
13 siue causa, siue metus. Bart. in l.ædicta. num. 3. C. de eden do.Innocen. in c. causam, quæ.num. 5. vbi Abb.cum late adductis,qui fil.sint leg.Capel.Tholos.q.198.vers.contrarium. sed an tequam ad alia descendamus, primum videndum censeo, quis in casu nostro dicatur actor, vel reus, multi nanque dixerunt, quod diffamatus sit actor,ea ratione suffulti,quia diffamantem ad iuditium vocat, sibique silentium imponi petit per text.in l. in tribus. C.de iudi.c.forus.§.accusato.de verb.signif. Dec. consil.45.num. 1.Bart.in l.libertus.in fine.ff.de in ius uocan. & licet respectu decisionis iuditii actor non sit, tamen tolli non potest,quia respectu ordinationis actor non dicatur.Ias. in l.de pupillo.§.si procurator.num.4.ff.de nou.ope.nunc. sed contrariam sententiam vti communiter à Doctoribus sequutam, quod diffamatus licet primum diffamantem ad iuditium vocet,nihilominus dicatur reus,& diffamans actor, multi sequendam asseruerunt, idque pluribus rationibus substinere conantur; & primo dicunt,quod licet quis agat pro remouenda impugnatione, seu controuersia,quam sibi inferri timet,alium ad iuditium prouocando,reus dicendus erit,cum rei partibus fungatur, quia se defendit, & licet prouocet, tamen quia prius prouocatus, etiam forsã extraiudicialiter partes rei subsstinere debet.Bar.Castren.

Imol.

Imol. DD.in l.de pupillo.§.si procurator.supra allegata,& dato, quod respectu ordinationis iuditii considerari possit actor, in reliquis tamen iuditii partibus vti prouocatus reus censendus erit, nam si causæ principium est attendendum, ex diffamationis origine præcedente, licet prius diffamantem ad iudicium vocet diffamatus reus dicendus erit.Dec. in c.ex literis.num. 7. vers. seu quod dictum est. de probationib. & licet diffamatus ab initio commissionem obtineat, & causam agat, quia tamen excipiendo id facit,improprie,& largo modo actor vocatur.l.1. ff.de exceptionibus. Bart.in l.1. in principio.ff.de iuris, & facti ignorantia.Secundo regulariter actor suam intentionem funda
14 re tenetur, aliàs reus absoluitur. l. qui accusare. C. de eden.l. actor.C.de probat.l.qui accusare.l. fin. vbi Bar.C.de rei vendi. sed diffamatus id facere nec potest,nec debet,quia possidet,igitur reus, & non actor dicendus erit, nam si perpendamus ethimologiæ vocabulum, actor ab agendo dicitur, sed diffamatus non agit,quia se defendit,petitque aduersario,& dilationem assignari, & postea perpetuum silentium imponi pro sua defensio
15 ne,merito reus censendus est. Vltimo(vt diximus) diffamare est ad iuditium vocare.Bald.in l.nostra.num.17.at qui diffamat ad iuditium vocat, quia diffamato occasionem ad remedium præsens inuocandum præbet pro sua defensione, ideo actor concludenter est vocandus. Hanc opinionem tenuerunt omnes doctores in l.nostra.& Abb.in c.si quis contra Clericum.num.2. vers. & octauo.de foro competenti. Alex.cons.103.volu.5. Socin.consil.64.num.1.& 6.vol.3.Capic. decis.18. Cagn.in l. nostra nu.9. Boer.decis.295.num.7.Couar.var.resol.cap.18.num.4.Barbat. in d.c.si quis contra Clericum.num.6.Roman.cons.412.Abb.in c.ex parte nu.5.de restit.spoliat.Porti.lib.1.com.opin.concl.19. in 4.ampliatione.Grauet.cons.182.num.2.decis. Pedemont.14. num.1.& respondendo adductis pro parte contraria dicitur, nõ obstare,quod actor ille dicatur,qui primum ad iuditium vocat,
16 quia hoc non habet locum in dispositione legis nostræ, vt habetur ex dec. Ped.151.num.8.& glos. in l. vnica. C. vt ne inu. agc. cog. Nam licet prius ad iuditium diffamatus diffamantem vocet,tamen quia potius attendere debemus originem naturalis causæ quam accidentalis, & hoc respectu diffamatus dicetur reus.Grau.cons.182.num.11.Alex.d. cons.103.Nec est considerandum in iudicando aliud, nisi petitio, & origo causæ, ex qua,
17 cui id nomen competat dignoscitur.Bar.in l.si societatem. §. arbitrorum.num.19.vers. vnum tamen puto aduertendum.ff. pro soc. Dec. ped.vbi supra num.4.& 5.Stimulatus vlterius ad iuditium

tium diffamatus accedit, ad se in futurum liberandum, & sic vt reus agit, & vt reus est censendus. Felin. in d. cap. si quis contra Clericum. col. 1. do for. comp. Cagn. in l. nostra. num. 9. vers. non obstat. Vna quaque istarum opinionum vera est, sed diuerso respectu, & statu, & ponamus casum, quod diffamatus obtineat terminum diffamanti statui ad omnia sua iura producendum, & 18 diffamans venire ad iuditium non curat, quomodo poterit dici actor, quia si diffamatus est actor, deficit reus, si est reus, quis erit actor? & iuditiū ex Iudice, actore, & reo cōstare debet. l. inter litigantes. vbi Bar. ff. de iudi. 6. retinēdæ. insti. de interdic. Igitur sic concludendum videtur, Aut diffamans comparet, aut nō, 19 si commissione præsentata, aut causa cepta venit, illico actus facti à diffamato reducuntur, & habent vim exceptionis, seu defensionis, & aliàs uires perdunt. Soci. cons. 94. num. 6. vers. nam quando reus. vol. 3. ratio est, quia diffamans agendo actoris nomen obtinet, & diffamatus rei, cum excipiat, & se defendat, Aut non comparet, quia ad agendum nemo compelli potest. l. vnic. C. ut ne inuit. ag. cog. & tunc dum diffamatus causę commissionem, & terminum statui aduersario petiit, dicitur actor, ex quo primum per citationem ad iuditium diffamantem vocauit. d. l. in tribus. Sed quia deinde termino statuto, vti reus & possessor se defendendo statum, & iudicium mutat, & diffamanti perpetuum silentium imponi petit, dum diffamantem ad iuditium vocat, pro actore est habendus. Couar. var. res. lib. 1. c. 18. num. 4. Bar. in d. l. in tribus. at diffamāte in mora constituto, seu cōtumacę, quia non agit, sed excipit, & se defendit, reus est dicēdus, pro quibus faciunt adducta per Lud. Rom. cōs. 217. Bar. in l. si priuis. in tertio not. ff. de nou. op. nunc. l. prima. ff. de excep. l. vnic. C. de his qui pot. non. pro quo multa cumulat Affl. decis. 268. nam ratio clara est, quia (vt dixi) si quis dicitur actor dum agit, & reus dum se defendit, primo nomen actoris, & deinde rei consequi debet, aliàs absonum esset dicere, quod dum quis agit dicatur reus, dum se defendit actor, cum sæpe vnus sit, vel duo, qui habet in se imaginem, in quo repræsentat alium. l. ossa. 6. fi. ff. de relig. l. tutorem. ff. de his qui vt in dig. sed causa prima acta fuit impetrando rescriptum, nec dum ante causa secunda, & sic secunda magis attenditur, quia per attributionem primæ, plus forma deducta fuit in esse. Igitur rescripeum impetrādo, & formam litis dando, dum aduersarium diffamātem citare curauit, fuit actor. sed quia respectu secundæ causæ, ideſt liberationis impetratum fuit, bene in reum transferri potest, vt in simili videmus in causa appellationis, in qua, si in prima instantia reus succumbat, in secun-

da

da efficitur quodammodo actor, cum veniat cõtra sententiam, & actor qui habuit sententiam pro se, se defendẽdo, reus efficitur, vt dixit Bar. in l. vnic. nu. 1. ff. nil nou. app. pen. fallit tamen supra
20 dicta regula, quando diffamatus se actorem in commissione, seu rescripto nominaret, quia cum nulla maior sit probatio, quam
21 oris proprii confessio, & præcipue facta in precibus Principi porrectis, quam reuocare non potest. l. cum precum. vbi Bald. & Sali. C. de lib. cau. Bal. in l. si magnum. num. 4. C. qui acc. nõ poss. & in l. si error. C. de iur. & fac. ignor. Cum se actorem, & fecerit, & fassus fuerit, opus est, vt vti talem se gerat, Ideo legis nostræ remedium intentans caute attendat, ne actorem in precibus se nominet, nec causam alteri præiudicialem asserat. c. tua. de ord.
22 cog. Per consequens aliam expediamus quæstionem, cui nam iudici, vel diffamati, vel diffamantis, commissio nostra sit dirigenda, & quod Iudici diffamantis danda sit, dixerunt Afflic. decis. 268. Dec. in cons. 686. nu. 21. & 22. & Couar. var. res. lib. 1. c. 18. num. 5. ea moti ratione, quod diffamatus dicatur actor, & diffamans reus, cumque trita sit iuris regula, quod actor rei forum sequi teneatur, ideo iudici rei diffamantis commissio-
23 nem fore dirigendam asserunt, & ita inhibi Afflic. & resolutum, & votatum fuisse in consilio Neapolitano dicit. Sed contra eorum sententiam omnes nostri Iure consulti insurgunt, eo quippe medio, (vt diximus) quod diffamatus sit reus, & sicque ipsius diffamati iudici commissio sit dirigenda, & ab hac sententia non esse recedendum asserunt. Cagn. in l. nostra. num. 9. vers. sed non recederem. Alex. d. cons. 103. vol. 5. per tot. Felin. in c. ea quæ. col. 1. de re iud. & iu c. sinautem. col. fi. de rescrip. Soci. cons. 94. num. 6. volu. 3. Abb. in c. si quis contra Clericum. num. 11. & melius in repet. d. c. num. 11. de for. comp. decis. ped. 251. num. 4. & seq. Rom. cons. 402. Bar. in l. si societatem. 5. arbitrorum. ff. de arb. Contard. in l. nostra. quæst. 1. a num. 1. vsque ad 17. late multa congerens. Dec. in c. cum inter. num. 14. & in c. ex litteris. num. 7. de probat. & hanc opinionem pariter vti magis communem sequutus fuit Gabri. de actio. concl. 6. num. 41. & 42. cum add. limit. 13. lib. 11. com. op. Couar. vbi supra, nec quicquam facit allegata decis. Affli. 268. quia fundat suam intentionẽ in dictis Bar. & Ale. in l libertus. ff. de in ius voc. vbi de re nostra nullum verbum, sed tantum loquuntur de liberto, qui non petita venia Dominũ ad iuditium traxit, & ita respondit dec. ped. 151. num. 6. vers. non obstat. nec pariter quicquam facit dum ratione, quod diffamatus sit actor, eorum opinionem substinere coguntur, nam vltra quod id non procedet in materia

lege

lege noſtra, vt dixit eadem deciſ. ped. num. 8. & Bal. hic colum. 2. tamen ex ſupradictis; diffamatum reum fore clare patuit, & ſic retorquando rationem deciſionis, iudici ipſius diffamati quem neceſſario actor eſt additurus & non diffamantis erit commiſsio dirigenda. Alex. d. conſ. 103. num. primo. & ſequen. verſ. nam ſi
24 hoc modo, cum Add. volum. 5. Quod ampliatur pariter locum habere, ſi diffamatus eſſet Epiſcopus ſiue clericus, contra laicum, quia pariter coram iudice laici diffamati cauſa tractanda erit Alex. d. conſ. 103. per tot. Imol. in col. commun. opin. lib. primo. concl. 19. verſic. quarto amplia. Couar. var. reſ. lib. primo. cap. 18. num. 5. in fine. Et poſt quam de diffamatione tracta-
25 tur, breuiter ſecundum communem Doctorum ſentẽtiam quid ſit diffamare ponendum duxi, nam nihil aliud eſt diffamare, quam vulgo, vel coram iudice, etiam non in figura iudicii, contra aliquem vociferare, diffamare, prouocare, & laceſſere, taliter, quod diffamatus ſe defendere debeat, licet iſta defenſio nõ ſit de neceſsitate præciſa, vel coacta. Dec. in cap. intelleximus num. 16. de accuſ. & diffamare eſt propriæ verbum aliquod continens infamiam alicuius proferre. Bart. Imol. Alex. & Iaſ. in l. turpia. ff. de leg. 1. Felin. in cap. inquiſitionis. §. qu eſiuiſti in 2.
26 not. de accuſat. talis autem diffamatio interdum fit errore; interdum malignitate, & interdum dolo, vt ex textu noſtro colligitur & ibi Bald. num. 1. quem ſequitur Socin. in conſil. 45. num. 3. volum. 1. l. apud Labeonem. §. ex hiis & l. Cornelia. §. ſi
27 quis libellum. ff. de iniur. Iudici autem antequam ſuper legis noſtræ remedio agatur, de diffamatione coſtare debet, & vere, nec eſt neceſſe quod ſit iudicialis, quia ſufficit etiam extraiudicialis probatio. Couar. vbi ſupra num. 8. in fi. Abb. & Canon. in cap. conquereute. de off. ord. immo quod plus eſt, ſufficit alia quæuis iuſta cauſa, ſeu calumniæ ſuſpitio. Bart. in l. edita num. 3. ff. de eden. Innoc. in cap. cauſamque num. 5. qui fil. ſint. leg. Feli. in cap. penult. num. 9. de iudi. Cappel. Tholoſ. in q. 198. verſ. contrariam ſententiam, & ſufficit in hoc caſu teſtes examinari etiam lite non conteſtata. Butr. in cap. cum olim verſ. tertius intellectus de teſt gloſ. & Bald. hic Alex. conſil. ſeptimo. volum. 7. Probata itaque diffamatione, iudex terminum ſtatuat, intra quem diffamans de iuribus ſuis docere debeat. Boer. deciſ. 255. num. ſexto & ſeptimo. Innoc. in cap. conquerente ſuper ſecunda gloſa. vbi Abb. & Felin. de off. ord. Bald.
28 in l. fin. num. 42. C. de edic. di. Adri. Tol. vbi præceptum dat Aduocatis, ne legis noſtræ remedium intentent, niſi conſtet de diffamatione. Rom. conſil. 53. Cepol. caut. 10.

incep. quando aliquis diffamat. Socii consi. 41. col. 3. vers. subie cerit tñ ibi vol. primo Imol. in col. com. opi. lib. 1. conc. 19. ver. 2. limita. Alex. consi. 108. vol. primo in fi. Bal. in l. 2. C. ne fil. pro pa
29 tr. Salicet. in l. 3. C. qui bo. ced. possi. Contard. hic q. 7. nu. 45. Iste tamen terminus constito de præmissis, non debet assignari per iudicem, nisi causa cognita, & iustitia postulante. Coua. d. c. 18. in prin. alias ipsi diffamanti appellandi materia præberetur, & per hanc appellationem, à iudice esset abdicata iurisdictio. Bar. in l. Titia. nu. 8. ff. de accu. Aret. in rub. iusti de exce. nu. 23. vers. ex quibus, &c. Boer. decis. 251. nu. 7. Alex. in l. 2. num. 17. ff. de re iud. id tamen verum intellige, si iudicialiter talem præfixionem iudex faciat, secus autem si extraiudicialiter. Contar. vbi supra. nu. 13. & 14. & si præmissis non attentis iudex procedat, quia ad actus subsistentiam aliqua causæ cognitio necessaria videtur sententia nullitatis vitio subiacebit vt ibi Contar. nu. 17. Dec. in l. fi. nu. 50. C. de edic. di. Adi. tolle Ferret. cau. 160. nu. 9. ista autē præfixio termini ad instantiam illius, qui ius habere prætendit ad minus fieri debet, alias si iure careret, à limine iudicii repellendus esset. Hipp. de Marsi. sign. 280. immo de suo interesse ante termini præfixionē docere ad ipsum spectat. Aret consi. 68. col. fi. Imol. d. concl. 19. versi. quarto procedit. deci. 11. de excep. in anti. & si iudex nimis breuem terminum diffamanti statuisset, pa-
30 riter diffamatus posset appellare. Terminus autē currit, si præsenti præfigatur illico, sin autem absanti, à die habitæ notitiæ vel citationis, vel intimationis. Bal. in l. sed & si per prætorem. §. ait prætor. versi, item nota. ff. ex qui cau. ma. & in l. si ea. num. 16. C. qui acc. non possi. DD. in l. labeo. ff. de iur. iur. Rip. in l. rem que nobis. nu. 42. ff de acqu. possi. Iasi. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. nu. 58. ff. de off. proc. Alex. in l. 1. nu. 8. ff. si quis ius. di. nō obt.
31 Bal. in l. 2. nu. 10. C. de Episi. & cler. Quæro deinde. quot termini diffamanti sint assignandi, & vt quantum possum breuitati cōsulam dico, quod duo, quia si bina non præcesserit monitio, iudex nulliter pronunciabit, assignato igitur primo termino, & diffamanti notificato, ac eo postmodum elapso, si diffamans non comparuerit, pro validitate processus, & sententiæ, secundus est terminus assignandus, vt eleganter dixit. Cepol. caut. 110. num. 1. Aff. decisio. 264. num. 3. Rom. in l. quamdiu. num. 12. ff. de acq. possi. Boer. decisio. 251. num. 10. & sequen. quia unica termini assignatio non sufficit. Ang. Aret. in trac. malef. in verb. nec non ad quærelam Titii versic. unum tamen singulariter nota Purpura. in l. is apud quem num. 53. C. de eden. Felin. in cap. ex litteris. col. 6. versic. fallit nono de constit. Iasi. in l. remque

nobis

nobis in fin. ff. de acq. poss. Hipp. de Marsi. sing. 616. & ita fuisse pronunciatum asserit. Afflict. vbi supra. Doctrina autem. Bal. in cap. quoniam frequenter. col. fin. versic. non obstat vt lit. non contestat. in qua tres requiri citationes affirmat, si agatur de grauamine tertio in ferendo, & absenti, vt contrarietas euitetur, intelligi debet de tertia citatione facienda, ad sententiam, & sic ad videndum perpetuum silentium imponi, & ita declarauit. Boer. vbi supra num. 21. Bald. hic in l. nostra col. 2. Abb. in capit. licet beato Petro col. 2. in fin. versic. in glossa de accusat. sed in hoc casu habemus normam in auct. qui semel. C. quom. & quan. iudi. Roman. autem in l. quam diu. la. tertia. num. 15. & sequen. ff. de acq. poss. dicit quod vna sufficit termini assignatio idem tenuit. Alex. in l. fin. col. prima vbi Iaf. col. 3. ff. de fer. quia in hoc termino tam continetur probatio, per testes, quam per instrumenta. Specu. in titu. de dilatio. §. videndum versic. quod si data, & cet. censetur autem in dubio huiusmodi dilatio peremptoria, adeo quod post eam nemo amplius audiatur ad probandum. Bart. in l. prima. num. 1. C. de dilation. & in erau. ad reprim. super uerbo dato termino Butr.

32 in capit. licet causam, de probat. Innocen. in cap. coram de in integ. restitut. Sed contraria opinio, quod tres requirantur citationes, videlicet duo in duorũ terminorum præfixione, & tertia ad sententiã verior est, & hanc opinionẽ, vt magis cõmuniter approbatam tenuerunt, DD. relati per Imol. in col. commu. opin. supra citat. poterit nihilhominus adaptari distinctio huic contrarietati, de qua per Abb. in capit. licet beato. nume. 5. de accusat. quod quando in causa criminali ex officio iudex accusatori terminum statuit, ad accusationem prosequendam eo elapso poterit ad perpetui silentii impositionem procedere, at quando ad accusati instantiam id faciat, secunda dilatio cum citatione requiritur, & sic pariter in nostra commissionẽ ciuili, in qua ad diffamati instantiam agitur, duo erunt necessarie dilationes. Sed ponamus quod diffamanti, iudex terminum statuat ad probandum, & in termino non compa-

33 reat, sed eo elapso, audiri petat, an sit admittendus, ac nouus sibi terminus assignandus, & breuiter concludendo dico, quod aut iudex terminum esse lapsum interloquutus est, & tunc non solum nouum assignare, verum nec etiam comparen-

34 tem audire poterit, aut non erat interloquutus, & tunc lapsu termini non obstante, talem diffamantem, licet contumacem, refectis tamen prius expensis iterum ad probandum admittere valebit, ita pulchre dixit. Hipp. de Marsi. in sing. 283. lapsus ter-

mini &c. Ang. & Imol. in l. quamdiu la grande. ff. de acq. hæred. Innoc. in c. lator de vsur. Franc. Aret. in cap. licet beato. col. 5. de
35 accus. nam Hipp. vbi supra procuratores admonet, quod quando terminus lapsus est, aduersarii contumaciam accusent, nihil probantis in termino, & iudicem interloqui faciant, quia absque iudicis interloquutione contumacie accusatio non erit sufficiens, & hanc sententiam tenuerunt. Aret. in §. idem iuris in fin. Inst. de excep. Cepol. caut. 187. incip. vt quis
36 post terminum, & idem dicendum erit, si iudex diffinitiuæ pronunciasset, quia res non est integra, & iudex à se iurisdictionem abdicauit, quod declara pro vt per Boer. d. decis.
37 num. 12. Limita tamen supradicta non procedere, si veniens post terminum doceret se legitime fuisse impeditum, nam adhuc audiri deberet. Felin. in cap. gratum num. tertio de offic. delegat. id tamen intellige dummodo impedimentum fuerit facti, de quo late vide Contar. hic limit. 9. num. 110. Menoch. consil. 110. num. 107. &
38 118. lib. primo. Ruin. consil. 138. num. quarto. lib. 5. An autem iudex terminum prorogare valeat, dum est prope finem, dicas quod si id fecit ex officio poterit, sin autem ad partis instantiam, cuius terminum non prorogare interest, tunc, quia semel suo est officio functus id facere, nisi in quantum sibi à iure permissum erit, non poterit. Rot. de app. in antiq. decis. 14. Dec. in cap. personas. in fin. de app. tamen in contrarium magis communis opinio videtur, vt primo termino durante, ex causa possit prorogari, secus si lapsus sit. Immol. in collec. comm. opin. vbi supra limit. 5. vers. an autem terminus, ratio est, quia iudici non est permissum terminum à statuto, vel lege præfixum prorogare, cum exclusio legalis fortior sit, nec more purgatio
39 hoc casu admittatur. Cagn. in l. nostra num. 5. vbi Contar. quæst. 16. num. 97. & q. 14. dicit an dies termini sit in termino computandus. Ponit casum Cepol. cautel. 242. num. secundo. in eo qui possidet & habet testes in promptu dubitatque ne moriantur & aduersarius tacet & possidens vult quod agat coactæ con. tex. in l. vnica. C. vt ne inuit. ag. cog. & dat cautelam ad id faciendum, quam ante eos in praxi notandam, & menti tenendam asseruere. Bald. in Aut. sed & siquis ab aliquo num. quinto. vbi Salic. C. de test. Bald. in cap. debitores de iur. iuran. Boer. decis. 225. & ego hic recensere nolo ne ex me modum fraudibus accipias, sed

amico

amico consulo ne excitatur, & maxime procuratori, nam cogitabit momentaneum pecuniarum lucrum in hoc mundo reportare, & arte vti pro conseruatione rerum sui principalis & in alio æterno nudo reportabit ignem æternum, nec pecuniæ lucratæ in hoc sibi proderunt & contra hos insurgit Contard. in l. nostra. in 21. ampliatione. n. 148. dicés, nõ mihi videtur Christiani & boni doctoris huiusmodi inuenire fraudes aduersus leges sub colore cautelarum, quia rationem de hoc Deo reddituri erunt, & inibi nu. 164. monet eos ne falsis cautelis vtantur in animarũ præiudicium, quia ex eis aliquam famã in hoc sæculo, sed in alio pœnam ignis æterni in præmium reportabunt. Aug. in l. 1. C. de fal. caus. vt Contar. ibi ait, refert quod quidam sanctus uir retulit Dino sibi apparuisse in somnis quendam causi dicum, & sibi reuelasse quemadmodum propter dolosam consultationem erat damnatus, & idem refert Andr. Barbat. consi. 65. clementissimi Dei. col. 3 lib. 2. caueant itaque obsecro Domini Aduocati & procuratores ab huiusmodi fraudibus & solum hoc cogitent christianos esse & in alio mundo pro bona gerẽtibus æternam requiem & pro malis consultationibus & proximi fraudibus ignem æternum si hæc faciant & cõsequentur quæso igitur ad bonum in Domino cogitationes dirigant, sed de his satis. Interdum non præcedente diffamatione commissio nostra, conceditur, puta scolari finito tempore studii, vel offitiali offitio expleto, tunc ne retardetur eorum discessus, vti multories ex odio, vel alia causa contra omne iuris debitum mali homines, dum pedem (vt dicitur) in staffa habent, procurare solent, & sic conceditur contra omnes generalis citatio, cum termini præfixione, ad agendum tam contra bona, quam contra personam, cum peremptoria appositione, & comminatione de amplius non audiendo termino elapso. Cagn. in l. nostra. nu. 14. Hinc totius orbis praxis inolenit, vt in scindicatum transmittantur banna cũ præfixione termini, & eo elapso perpetua silentii impositione, de quo late per Ang. Institut. de excep. num. 23. Pari. de Put. in tract. sind. in verbo bannum. num. 1. extra alios casus extra supradictos citatio per bannimenta, seu cridas de iure valet, quando contra illos exequitur, de quibus non habetur certa scientia, sed ius habere ignoti sunt, & licet banna concedantur, tamen commissio nostra conceditur, quia contra incertas personas denegatur, ratio est aperta, nam remedium legis nostræ præsupponit diffamationem, & contra diffamantem seu diffamantes certos, qui in legem committuntur, commissio da-

42 tur ergo non contra incertos, nec cum clausula omnesque alios in exequutione præsentium nominandos, & cognominandos, quia in hac commissione semper ordinarie deletur, per regulam, quod absque causa nemo inuitus, ad agendum cogi potest, Rom. consil. 53. nume. 1. & 2. & id quod fit ad unum actum, non extenditur ad alium seperatum, licet aliqualē habeat cohærentiam l. qui fundum. ff. de contraempt. Rom. consil. 443. num. 10. nec ius diuersum alterius partis debet huic necessitati committi, seu subiici, l. prima. C. quo. & quan. Iud. Cagn. in l. nostra. num. 14. versic. ego oppositum, & Contar. in ampl. 21. a nu. 142. vsque ad num. 168. ad partes q. disputans admones aduocatos,

43 ne sequendo doctrinam. Bal. & Sali. in auct. si quis ab aliquo. C. de testamen. contrarium asserentes, & ne in animarum suarum præiudicium utantur huiusmodi cautelis, quia licet in hoc mundo reportent gloriam, in alio ignis æterni præmium consequen-

44 tur, vt pariter dixit. Cin. in l. prima. C. vt quæ. des. ad voc. Denegatur præterea commissio presens, quando eam petens non possidet, ratio est nam ad præsidis æquitatem implorandam possessio requiritur. Bal. in l. prima versic. quod sit fiat C. qui bo. ced. poss. Boer. decisio. 225. nu. 10. vbi alibi id ita expresse scriptum non reptriri asserit, propterea, quemadmodum non possidens exequutionem impedire non ualet, l. si is aquo. vbi DD. ff. de re iudic. Ioan. And. Abb. & Felin. in cap. veniens el. 2. de restit. ita pariter diffamatus, quia si non possidet, non diffamatur, & si non diffamatur cessat ratio legis, ideo etiam ipsa lex. Franc. Aret. cons. 51. col. 8. vers. nota quod antequam. Bart. in l. a Diuo

45 pio §. fi super rebus. ff. de re iud. Vlterius denegatur etiam commissio quando causa ordinarie introducta reperitur, quia intrat regula, via quam elegisti tibi pateat, sed hoc semper verum non est, nam aut directe, & particulariter intentatur remedium legis nostræ, & tūc uerum est, quod non datur, quia habet locum ante motam litem, cum postea cesset commissio, quæ est remedium extraordinarium, cum sit intentatum ordinarium. Mand. in commiss. iactat. uers. inter alia respondet aut petun-

46 tur aliæ commissiones, quæ vocantur præfixionis termini, vt quotidie fit, dum iis agitur ad probandum, seu aliud faciendum, quæ pariter comprehenduntur sub dispositione legis nostræ, quia elapso termino in eis assignato, & similiter uia precludetur, & tunc quatenus de iure dandæ sint conceduntur, vt latius infra suo loco dicā, tamen lex nostra proprie intelligitur,

47 antequam iudicium sit cœptum, & in hoc iure oredo esse funda-

48 tam praxim Curiæ, dum ex tribunali A. C. impetrantur monitoria

toria super iactationibus, & molestationibus, in quibus additur clausula, non tamen super molestijs iudicialiter illatis, ex supradictis rationibus, neque abs re erit, quando aliquo R. P.
49 D. Ref. talis commissio signanda porigitur, addere clausulam, quatenus iudicium cœptum non sit, competit quoque reme-
50 dium commissionis nostræ primogenitis, qui uti quotidie fieri videmus: substituuntur, & vocantur ad bonorum successionem post vsufructuarii obitum, tunc vero, si contingat quod usufructuarius asserat bona hæreditaria nulli restitutioni, seu substitutioni subiecta, poterit substitutus commissionem, siue iudicis officium implorare, in qua petat vsufructuario terminum præfigi ad docendum de assertis, quo elapso, & nil reluens docto, instet pro iudicis declaratione, vt eueniente casu substitutionis, iuxta formam, & tenorem testamenti, ad eum pertinere, & bona, & successionem declaret, ita voluit Couar. lib. primo var. res. cap. 18. num. 8. propterea datur commissio nostra in
51 causa status illegitimitatis, si ipse diffamatus se legitimum asserendo petit vt assignetur terminus vt supra dictum est, & passim commissio conceditur, maxime ex Signatura. S. D. N. & in Rota in prima instãtia, & fit causa curialis, nã tunc requiritur
52 appositio manus Papæ respectu dispositionis Cõcilii Tridentini in quo sess. 22. cap. 24. causæ omnes in prima instantia, in partibus ab ordinariis cognosci debent, nisi aliter per commissionem met sanctissimi manu signatam demandetur licet ex causa à iure comprobata, id interdum Signatura iustitiæ faciat. Sed peto cui dilatio ad probandam illegitimitatem sit assignanda,
53 an diffamanti, vel asserenti se legitimum, & breuiter dico, quod aut matrimonium est de recenti, seu parentes viuunt, tunc se legitimum asserens matrimonium probare tenetur, aut est de antiquo, & iam parentes mortui sunt, qui uitam vti vir, & uxor duxerunt, & tunc in diffamantem onus probandi transfertur, ita dixit Ancar. in cap. lator col. penul. qui fil. sint leg. & DD. in capit. causam el secundo eod. tit. Per quem vero causa huiusmodi illegitimitatis in iudicio deduci possit ponunt ibi. Iunocen. in d. capit. causam. num. 5. Anchar. nume. 8. Præp. nume. 13. & Abb. num. 7. quos uide.

SVMMARIVM.

1 Commissio iactationis, an habeat locum in causa criminali, declara vt num. 2. & sequen. vsque ad num. 12.
2 Fiscus, & Ecclesia equiparantur.
3 Commissio iactationis datur contra Ecclesiam, & omnes.
4 Ex delicto duplex oritur actio.
5 Commissio iactationis denegatur, vbi venit imponenda pena corporis afflictiua.
6 Praxis quare inoleuit, vt in sententia absolutoria criminali, apponantur verba ex hactenus deductis.
7 Fisco in causis corporis afflictiuis non currit præscriptio, nisi post viginti annos.
8 Reus absolutus ex hactenus deductis, denuo nouis superuenientibus indicijs inquiri potest.
9 Commissio iactationis in causa criminali, quando agitur ciuiliter contra partem, & fiscum conceditur.
10 Actio iniuriarum datur calumniato in iudicio.
11 Praxis quare inoleuit apponere verba citra iniuriam loquendo, quod declar. num. 12.
12 Commissio iactationis datur in multis aliis casibus, ut ibi.
13 Sententia an sit necessaria in materia l. diffamari. multi dicunt, quod non distingue ut ibi, communior opinio, quod requiratur. nu. 14. & 16.
14 Peremptorium duo in se continet, & contumaciam facit.
15 In causa appellationis non deducta deducant, non probata probabo.
16 Sententiæ latæ in materia l. diffamari obedire noleus, mulctatur, declara ut ibi.
17 Commissio iactationis an excommunicato sit concedenda.
18 Excommunicatus non habet legitimam personam sistendi in iuditio.
19 Defensio quando excommunicato sit permissa.
20 An pendente causa iactationis coram uno iudice, possit eadem intentari coram alio.
21 Commissio iactationis, quando diffamatus habet plures iudices, si unus allegatur suspectus, cui sit dirigenda.
22 Per co paritionem confirmatur iurisdictio iudicis.
23 Iudex electus uidetur affectatus, & de facili recusatur.
24 Præscriptio an censeatur interrupta intentato remedio l. diffamari.
25 Sententia, seu decretum præfixionis termini in materia l. diffamari, an sit interlocutoria, necne, quod sit contrarium, ut num. 28.
26 Omnis termini assignatio dicitur sententia interloquutoria.
27 Opinio quæ melioribus rationibus comprobatur, sequenda est.

30 *Sententia lata super impositionem silentij, quæ sit.*
31 *Sententia omnis participat de interloquutoria.*
32 *Appellatur à sententia lata in materia l. diffamari.*
33 *Sententia lata in materia l. diffamari, nisi appelletur, trahit secum exequutionem.*
34 *Appellatio iudicatum suspendit.*
35 *Differentiæ inter l. diffamari, & l. si contendat, ff. de fideiuss.*

CAP. II.

1 COmmissionem nostram in criminalibus causis locum non habere, multi asseruerunt, ea potissimum ratione, quia Reipublicæ interest, ne delicta remaneant impunita, & fisco via ad agendum pro pœna non præclu-
datur, eo maxime quia, (ut dixi) commissio nostra debet præsupponere possessionem rei corporalis, in qua quis dubitet ne lis sibi inferatur, nec ad criminaliter agendam nemo compelli potest, quia deficit possessio. Rom. cons. 53. Imo. in coll. com. opi. lib. 1. col. 19. vers. amplia vt procedat. Cõtrariam opinionem, quod tam in causis criminalibus quã ciuilibus cõmissio nostra locũ habeat, plures tenuere, multis suffulti rationibus, & primo
2 Fiscus & ecclesia æquiparantur, l. fi. C. de sacrosanct. ecc. Cagn. in l. venditor. num. 7. ff. de iudi. sed contra ecclesiam datur commissio, ergo & contra Fiscum. Secundo fiscus priuatorum vtitur priuilegio, nec reperitur priuilegiatus, nisi in causis de iure expressis, l. quod placuit. ff. de iuri fisci. Iaſ. in l. properandum. C. sin autem alterutra. num. 34. C. de iudi. Fulg. cons. 127. col. 2. Alciat. de præs. reg. 3. præsu. 41. num. 3. vers. nec obstat. Contra. hic in ampl. a num. 40. vsq; ad 47. Bar. in l. Titia ff. de accus. sed de iure communi contra omnes datur, ita etiam contra fiscum. Anch. cons. 164 in fi. Gabriel. in collec. com. opi. tit. de actio. concl. 6. num. 6. ampl. 4. lib. 2. Iason l. 11. num. 27. ff. de re iud. Boer. decis. 255. nu. 7. Bar. in l. siquis libertatem. nu. 8. ff. de pet. her. Caputaquen. decis. 175. incipiens lex diffamari, nec obstat dum dicebatur requiri in corporalium possessio, quia si suspicia
tur lex nostra, apparebit, quod agitur de statu, & non de incorporalibus, & sic cessat contrarium. Hoc ego generaliter verum
4 non esse credo, & ad id deducendum præmitto, quod ex delicto duplex oritur actio, vna ad cõmodum priuati, & eius vindictã, & sic ciuilis. Alia fisco ad pœnam delicti commissi. Ang. Aret. in tract. malef. in verbo, & ad querelam. num. 11. l. fi. ff. de pri. del. l. fi. ff. de fur. l. fi. ff. de iniur. l. quæ nomine. ff. de fals. & sic, Aut lo-

quimur

quimur in primo casu quando quis agit, seu diffamat ciuiliter pro suo interesse, puta si tu haberes Zonam auteam, & Titius suam, & sibi furto subtractam vociferaret, tunc vera est prima opinio, quod terminus prefigi debeat, seu concedi commissio, quod intelige si diffamatus esset extra carceres, quia si detentus non ita de facili accusatori dilationes concederentur, ne reus & in expensis, & longa grauaretur carceratione, Iul. clar. in §. fi. q. 48. vers. quero quot, & vers. accusatoribus. Aut agit fiscus, & tunc iterum distingue, aut reus est carceratus, & eius causa tractatur, & non datur commissio, quia iudex arbitrio suo
5 dilationem prefigit, Aut causa non est cœpta, & iterum sub distingue. Aut agitur de delicto, in quo venit imponenda pena corporis afflictiua, seu vltimi supplicii, & cõmissio omnino denegãda est Quia maximum oriretur inconueniens, nam ille, qui homicidium, exempli gratia, vel enormæ delictum commisit, de quo forsan fiscus tũc non habet notitiã, posset petere, vt fisco prefigeretur terminus, qui de facili suam intentionem tũc probare non posset, & sic reus absolueretur, & fiscus cui perpetuum indictum vigore sententiæ esset silentium, amplius agere non valeret, stãte regula quod absolutus semel de crimine, non possit super eodem amplius molestari, Iul. clar. §. fi. q. 57. in principio c. de his de accus. l. si cui §. iisdem ff. de accus. & ita communiter teneant DD. ut ait Ang. de Malef. in verbo, & ad querelam num. 90. Mant. cons. 251. lib. 1. Io. de Amic. cons. 37. in prima regula, quam conclusionem non generaliter ueram declara, vt per Iul. clar. loco supra alleg. & sic occasionem delinquendi prebendo, delicta remanerent impunita, leges autem, & Doctores in materia nostra in causis criminalibus loquentes, non dicũt de illis, ubi pena corporis afflictiua imponenda uenit, ita nec nos dicere debemus l. illam C. de collat. Immo accusatore non probante, non imponitur perpetuum silentium, sed ab obseruatione iudicii accusatus exactenus deductis absoluitur, adeo quod nouis inditiis, & probationibus superuenientibus, iterum & illud crimen deferri & tractari possit in iuditio, quasi reipublicę ita expediat fieri, ad punienda scælera & fugiendas delatorum preuaricationes, ut dixit Couar. lib. 1. uar. res. cap. 1. nu. 8. uers. cuius sententiam sanct. Greg. epist. 30. lib. 8. cap. graue
6 11. quæst. 3. Glos. in cap. iuuenis desponsal. Hinc, ut opinor praxis inoleuit, qđ in sententia apponantur illa uerba, ex hactenus
7 deductis, absoluimus, & liberamus, quia nisi spatio 20. annorũ ex capite præscriptionis nunquam fisco censetur precluſa uia ad agẽdum in causis criminalibus, ubi corporis afflictiua pena impo-

imponitur. Iul. clar. §. fi. q. 51. in princ. Abb. in c. cum haberet de eo qui du. in vxor. nu. 4. Boer. decis. 26. num. 6. Villalob. in coll. com. opin. in littera D. num. 55. Viui. eod. lib. in verbo accusatio
8 falsi. Mar. in cons. 117. n. 40. quos vide, concludendo igitur dico, quod quando reus, ex quo nō crimen probatum, & ex hactenus deductis absolutus est denuo aliis superuenientibus inditiis (vt dictum est) accusari potest, secus autē si absolutus fuerit, quod delictum non commiserit. Iul. clar. §. fi. q. 57. vers. & hæc quidem
9 Socin. in l. qui Agnatis num. 3. ff. de excep. Boss. in tit. de sent. nu. 76. & 77. Butri. in cap. 1. de off. ord. Aut agitur ciuiliter contra partem, & fiscum, quia contra fiscum inducitur quo ad bona confiscanda præscriptio spatio quinque annorum. Boss. in tit. de accus. num. 31. cum adduc. Tunc terminus vt præfati DD. asserunt, & assignari, & commissio concedi poterit, licet diffamato-
10 contra diffamantem, quia ipsum debitorem cum non esset appellauerit, & in similibus, ac etiam si pauperem dixerit, cum nō sit, competat actio iniuriarum. Rom. cons. 53. & 208. Bertran. cons. 24. nu. 11. vol. 2. Bal. cōs. 201. viso decreto lib. 5. Iaf. & Ang. in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui sat. cog. Contar. in l. nostra in 19. ampl. num. 130. cum late per eum adductis. Igitur ad-
11 obuiandum præmissis, in praxi, quando articulatur, quod aliquis sit pauper, homicida, scandalosus, & similis semper apponi debent illa verba, citra tamen iniuriam, seu iniuriandi animum loquendo, vt dixit Boer. decis. 245. num. 7. & 8. Paris. de Put. in tract. Sin. in verb. iniuria officialis. cap. an si contra officialem num. 3. Felin. in cap. 1. num. 18. de excep. Rom. in l. fi. ff. quod quisque iur. Oldrad. concl. 53. col. fi. Contar. vbi sup. nu. 140. Idq;
12 tamen intellige, dummodo ad repellendum testem, seu alias quis prosequatur causam suam, vt dixit Socin. cons. 118. num. 5. vers. ad vltimum respondetur, & Felin. vbi supra, quia si principaliter processit contra aliquem, talis protestatio (vt supradicti DD. asserunt) sibi non suffragabit, sed materiam propositā
13 valde egressus sum, ad illam igitur redeundo dico, quod præsens cōmissio nostra in multis aliis casibus conceditur, particulariter relatis per Contar. in l. nostra in ampli. num. 23. sed prius ea, quæ Contar. recenset, dixit Gabriel. in coll. com. opi. à quo omnia ad verbum Contard. sumpsit, vt in eius additione habetur, ad ampliat. num. 24. ex lib. comm. opin. in tit. de actore
14 concl. 6. lib. secundo quod hic brevitatis causa ter repetendum non duxi; licet aliqua ab eis tacta, quæ magis aptari tractatui iudicabo, succinte tangam, cum nullum iam dictum sit, quod non sit dictum prius; Sed in sententia

in

in presenti causa sit necessaria, multi affirmatiue respondent quod sic, quia per eam perpetuum parti silentium imponit Iudex, Bal. in Aut. ad hęc. col. 6. C. de vsur. Ang. in l. properandum C. de Iudit. & de malef. in verbo ad querelam. num. 58. Innoc. in c. cum in tua. qui mo. acc. poss. Tamen Bal. Alex. Ias. & Ang. in l. fi. ff. de feriis. dicunt, quod talis termini prefixio est peremptoria, adeo quod, aliam post se sententiam non requirit; sed Imol. in coll. com. opi. lib. 1. concl. 19. vers. tertio limita. ita pro concordia supradictarum opinionum distinguit; Aut prefixio termini simpliciter, absque comminatione de non audiendo termino elapso facta est, & tunc sententia est necessaria, id tamen intelligit Imol. de termino prefixo ad deducendum aliquid, circa causam de qua agitur, seu si oriri poterit contentio in materia legis nostre, Aut præfixio termini habet comminationem, & tunc sententiam minime necessariam fore asserit, & ratione mouetur, quia quotiescunque ad impediendum aliquem actum terminus prefigitur, satis est quod terminus labatur etiam si sententia non interueniat, l. si eo tempore. C. de remiss. pign. ibi dato termino ad impediendum pigniorum destractione m, elapso termino distractio alia non interueniente sententia. fieri potest, & vltra dicta per Imol. talis opinio comprobatur, quia termino prefixo non comparens propositum iudicis decretum contemnere videtur, l. nonnunqua m. ff. de Coll. bon. Pena autem istius contemnentis est, vt audientia sibi denegetur, l. sed & si per prętorem. s. sed & si. vbi Glos. in verbo quia statuit tempus. ff. ex qui. caus. & sic, quia non comparendo expresse significare vult, quod agere non intendit, ideo postea veniens non auditur. Nam si pondemus vires verbi peremptorium, quia tale nomen sumpsit, ex quo perimit disceptationes, adeo quod aduersarium tergi uersari non patitur, l. & tertium. ff. de iudi. incassum peremptorium appellaretur, si non precluderet agendi viam, l. 1. C. de veter. lib. 12. l. Tugurii ff. de verb. sign. Et si sententiam post se requireret, & efficacia, vt dictum est, peremptorium careret, & de vento seruiret; Tamen communior Doctorum est schola tenentium, quod post peremptorium nemo, nisi de quadam æquitate amplius audiatur, maxime in criminalibus, quia sequeretur absurdum, quod in hoc daretur restitutio, contra Tex. in c. coram. de in int. rest. l. auxilium. ff. de minor. Continet autem in se peremptorium duo, videlicet vlterioris termini prefixionem, & futuram processus comminationem, l. in peremptorio. ff. de perem. iud. Nam habemus in c. cum dilecti. de dol. & cõt. quod peremptorium facit & inducit contumacem, & ita communi

muni ter iudicatum fuisse asserit Oldrad. consil. 3. num. 12. ac in fine eiusdem consilii dicit idem per duos Illustrissimos Cardi-
16 nales, & deinde communiter per totum sacrum Collegium tentum fuisse. Tamen melius, & tutius erit habere sententiam, siue iudicis decretum, quia maius robur adiicit. Socin. cons. 158. nu. 17. & sequen. vol. 2. Bart. in repet. l. 2. §. fin. q. vlt. ff. si ex nox. cau. glos. in l. 1. C. de fid. instr. immo quod post peremptorium, & ipsum termini, requiratur citatio non sententiam, etiam si reus esset cõtumax, dixit Bal. hic in l. nostra, & Abb. in c. licet B. Petro col. 2. vers. in glos. fin. de actus, & Contar. vbi supra q. 13. uu. 87. Idque ratione comprobatur, nam ad conuincendum contumacem, requiritur præceptũ ad allegandum causas, cur tanquã contumax condemnari non debeat. Hipp. de Marsi. in prac. crim. in §. examinata in fine, potuit enim in termino ad agendũ præfixo accidere iustum impedimentum, propter qđ, si in dicto termino non egit, sit excusandus, prout considerat Rota in decis. 17. nu. 4. in fin. de dol. & cõt. in uonis, licet p lapsum termini peremptorii quis sit exclusus ab agẽdo, & alia pars tuta ab obiiciendis, & qđ
17 non sit aduersarius restituendus. c. non põt vbi glo. in fi. de Proc. at quando fuerit appellatũ, quia intrat regula, nõ deducta deducam, non opposita opponã, & nõ probata, prohabo. l. hanc. C. de temp. appell. & appellatio oẽs terminos subuertit, eorumq; vim tollit, Innoc. in c. cũ veniissent de test. Rot. de excep. decis. 2. nu. 4. & seq. in ait. Quamquã dici valeat, quod in secunda instantia proponi nõ possit obiectus, quos dare omisit in prima, ac in termino sibi assignato nõ dati, quia videntur repulsi, nihilominus Rota ibidem tendit contrariũ, ex eo quia in prima instãtia nõ fuerũt repulsi, cũ cognitione causæ, & ideo dummodo nõ fuerit trina repulsio, repetere poterit. Nec obstãt supra adducta de distractione pigniorum, quod statuto termino elapso alia nõ requiratur sententia, quia sumus in diuersis, nã ibi ante exequutionem, seu pignorationẽ processit sententia, seu mandatũ illius vim habens, qđ non est in casu nostro, ideo de uno ad aliud nõ est fa-
18 cienda illatio, vulg. l. Papinianus. ff. de minor. lata itaq; sententia cũ silentii impositione, si illæ, cõtra qnẽ fertur acquiescere recusat, debet pro eius obseruantia p iudicẽ mulctari. vt ait glo. in l. nostra in verb. seutentiã & ibi Cagn. num. 21. l. vni. ff. si quis ius di. non ob. licet inibi Cagn. dicat. vidisse quendã, cui in hac materia fuit perpetuũ silentiũ impositũ per Principẽ, & illi acquiescere nolentẽ, confinatũ in regione remota, quod locũ habere intellige, lata sententia, quia solũ elapso termino ad probandũ, alia pœna dignus non est, præter id, quod sibi audientia denegetur,

& sic

& sic, si in citatione pena non erit apposita, non est mirum, quia
18 Prætorem non offendit, sed tantum contumax efficitur, vt dixit hic Contar. in oppos. a num. 50. vsque ad num. 55. Queramus deinde an commissio nostra excommunicato sit concedenda, & resolutiue. dico, quod non, quia non habet personam agẽdi, nec sistendi in iuditio, Innoc. in c. cum inter in prin. de except. c. di-
19 lecti & c. exceptione eod. tit. c. significauit in fi. de off. ord. & quia compellere actorem non potest vt agat, Butr. in c. intelleximus vlt. col. de iudi. nam si actor non agit, non potest instare, vt declaretur, quod exceptio sibi non competat, Dec. in d. cap. cum inter nume. 28. castren. in l. libertus ff. de in ius voc. Nec obstat si dicatur, quod vti reus tenetur se defendere, quoniam cum precedat vocatio actoris, dicetur reus voluntarius, quia
20 nõ est stimulatus, vt ait Dec. vbi supra & defensio est excõmuni cato permissa tantum, quando conuenitur vt reus necessarius, & exhac ratione reprobatur dictum Io. de Ana. in c. dura col. 5. de crim. fals. tenentis, quod excommunicatus in casu nostro agere valeat, & contra Io. de Ana. opinionem fuere Iaſ. in l. de pupillo §. procurator colum. 2. ff. de nou. op. nunc. Feli. in cap. intelleximus colum. 6. de iudi. & quamuis excommunicatus in materia legis nostræ, diffamantem ad iuditium vocans nihil petit, sed se defendo, & non impugnando, absolui instet, Tamen verum non est, quia cum potuerit ad iuditium prius venire admitti, non debet c. pia de excep. in 6. Abb. in d. c. cum inter. nu. 27. reportaret enim commodum ex excommunicatione, & pa-ris esset condictionis eum non excommunicato; quod absurdũ est, c. intelleximus de iudi. vanaque essent iura, quæ ipsum repel lunt, Abb. in c. omnibus de excep. Feder. de sen. consil. 14. nec debet admitti nisi strictæ in casibus tantum, a iure expressis, & permissis, & sic, cum casus noster non sit ex illis, uenit repellendus, Abb. in d. c. cum inter num. 28. in fi. Sin vero conuentus esset vigore nostræ commissionis, tunc defensio sibi competeret, quia esset necessaria, c. intelleximus de iudi. c. significauerunt & c. fi. de excep. Dec. in d. c. cum inter in fi. passiue igitur excommunicatus patitur remedium legis nostræ, ut hic Cagn. nu. 13. Sed uideamus an eo remedio intentato, adeo iuditium pen
21 dere dicatur, quod corã alio iudice cã tractari non possit, & breuiter distincte loquendo dico, quod aut causa est cõnexa, in qua reconuentio fieri ualeat, cum interntata ex legis nostræ remedio, & tunc non potest coram alio iudice conueniri, nisi coram iudice, cui causa iactationis est demandata, quia dicitur præ occupata, & præuenta iurisdictio, adeo quod, alius circa cõcernentia

nentia dictam causam, se intromittere nequeat, l. iudex potest. ff. iudi. c. proposuisti. de for. comp. Aut causa erat separata, & tunc cum sit diuersa, præuentio in iuditio diffamationis facta, ad diuersum iuditium trahi non debet, ita loquitur & distinguit Soc cin. in cons. 41. num. 4. volu. 1. & in c. proposuisti in 4. mem. principali illius 14. artic. q. 12. de for. comp. vbi col. 9. late tractat quæstionem an per solam citationem dicatur iurisdictio peruenta. Quid si diffamatus habeat plures iudices competentes,
22 & diffamantem coram vno ex eis ad iudicium legis nostræ trahat, & coram eo compareat diffamatus, ipsumque iudicem electum, seu eui commissio directa fuit, suspectũ alleget, causamq, ab eo auocari petat, & alteri non suspecto demandari, an sit sibi concedendum, & dico quod sic, etiam si non allegaret expresse causam suspitionis, ex mente Soci. in cons. 94. num. 6. vol. 3. Cacial. in l. nulli in fi. ff. de excep. & ratio est, quia quando reus in casu nostro officium iudicis implorat, tunc actore comparente, & petente rei exceptionem, in vim simplicis exceptionis resolui, tunc resoluitur, & euanescit, virtus primi libelli ipsius rei, & ad viam defensionis seu exceptionis reducitur, quæ exceptio non elidit probationes istius actoris, Tamen contrariam, & veriorẽ iuditio meo sententiam, tenuit Feli. in c. cum sit num. 6. de for. comp. quem sequitur Cagn. hic in rep. l. nostræ num. 10. per glo. fin. in c. parochianus, in verbo satisfaciant, de sent. excomm. At si adesset ratio suspitionis, tunc alteri iudici ipsius rei diffama-
23 ti, causa demandari poterit. Nam Soci. non considerauit. per comparitionem confirmatã adeo esse iurisdictionẽ primi iudicis, quod in ea causa, neque connexis ordinarie ab eo declinari non potest; Cum igitur habeat reus plures iudices, coram vno est conueniendus, quia actor sequitur forum rei, & diffamans coram vno ex iudicibus diffamati causam agere cogitur, ideo si electus erit competens, & non suspectus, coram ipso causa tractabitur, sin secus coram alio. Sed præmissis obstare videtur ma-
24 xima difficultas, quia iudex ita à diffamante electus, videtur quodammodo affectatus, itaque si diffamatus alteri causam demandari petierit non erit repellendus, præterea actor iudicis electionem habet, etiam si reus actorem coram uno ex propriis iudicibus traxerit. Marian. Soci. in c. proposuisti nu. 26. de for. comp. si vero vult iudicem per reum electum declinare, & aliũ dicti diffamati competentem eligere, non erit repellendus. Idtamen verum intelligit. Couar. var. res. c. 18. num. 6. lib. 1. quando, principaliter agitur super iactatione, seu exceptione. Secus aũt si reus peteret terminum statui actori, quia isto casu iudex elec-

ctus

ctus erit competens. An autem intentato legis noſtræ remedio currens præſcriptio interrupta cenſeatur, vide Felin. in c. illud num. 10. verſ. vnde in effectu de perſcriptionibus, tenens quod
26 ſic, & de communi atteſtans ea ratione, quia iſte actus ſolus ad interrumpendam præſcriptionem ſufficit. Deinde videamus an ſententia, ſiue decretum, in quo terminus ſtatuitur ſit interloquutoria, nec ne, & Bal. in l. ſi ea num. 60. C. qui accuſ. non poſſ. dicit quod ſic, & idem tenet in l. peremptorias num. 11. C. ſent. reſc. non poſſ. Feli. in c. licet cauſam num. 17. de probat. Dec. in c. paſtoralis num. 16. de except. Cepol. caut. 167. ex illa generali
27 ratione, quod omnis termini aſsignatio, ſeu mutatio ſit interloquutoria. Feli. in rub. de re iud. num. 22. Franc. in c. cum ceſſante col. 18. verſ. decima ſeſta ſententia de app. & ſic reuocari poterit, quia nunquam tranſit in remiudicatam Contar. in l. noſtra in 21. q. num. 131. & q. 22. qui cum hac opinione tranſeundo mul
28 ta congerit. Quam ego opinionem non amplectendam credo, quia cum diffiniat articulum aſsignationis termini, adeo quod eo elapſo, ſtante peremptorio, & comminatione reuocari non poſsit, videtur dicenda interloquutoria habens vim diffinitiuę, quia cum diffiniat vnam ſubſtantialem partem, in eo de diffinitiua participat, & ſicut ſi totum negotium finiret mera diceretur diffinitiua, ita etiam cum diffiniat partem, debet eſſe in parte diffinitiua, & in parte interloquutoria, igitur ratione mixturæ, erit dicenda interloquutoria habens vim diffinitiue, vti late alias dixi, in meo tract. de ſenten. ſpecie. earumque differ. & quom. cognoſc. parte 2. c. 1. per totum, ex mente. Bal. in l. 1. n. 25. verſ. & ſi eſt talis interloquutoria. C. quando pro non eſt neceſ. Rom. in rub. ff. de re iud. num. 12. verſ. quia dicitur diffinitiua. vbi Alex. in fi. verſ. quædam eſt interloquutoria. Aret. conſ. 20. num. 2. Rip. in l. quod iuſsit num. 27. vbi Iaſ. num. 10. ff. de re iud. Feli. in rub. eod. tit. num. 3. & licet communiter Doctores pro alia opinione adducti vnanimiter tenere videantur, contrariũ
29 tamen hæc vltima opinio, quia bonis rationibus, & probatur, & conuincitur, communior apparet, & ab ea recedi non debet, vt eleganter dixit Iaſ. in auct. nouiſsima num. 22. verſ. tamen ego C. de inoff. teſt. de mente Io. And. in c. 1. de conſt. illa nanque eſt
30 opinio ſequenda, quæ validioribus fulcitur rationibus. Abb. in c. appellamus num. 3. de fer. Sed quæro deinde, an ſententia lata ſuper impoſitione ſilentii, ſit interloquutoria ſimpliciter, vel interloquutoria habens vim diffinitiuæ, ſeu diffinitiua. Quod interloquutoria ſit, nemo eſt qui ambigat, quia omnis iudicis ſen-
31 tentia de interloquutoria participat, ſicut ſpecies de genere,

Azo.

Azo in sum. C. quo. & quand. iud. nu. 1. Dec. in l. ius dicentis. nu. 3. ff. de iurisd. omn. iud. & numquam exitari contingat, an sententia participet de interloquutoria, sed quia mutat deinde statum, & remanet semper interloquutoria, vim diffinitiuæ habens, & in hoc cognoscendo, dico quod aut in procedēdo fuerunt seruatæ omnes qualitates, quæ ad essentiam diffinitiue requiruntur, & tunt licet participet (vt dixi) de interloquutoria, tamen amittit nomen generis, & mera dicitur diffinitiua. Aut nō processerunt solemnitates in diffinitiua requisitæ, puta libellus, & aliæ, de quibus per Bar. in l. Titia. num. 3. & 6. ff. de accusat. & Alexan. in l. imperium. nume. 14. ff. de iur. omn. iud. & tunc licet negociū principale finiat, quia per indirectum id facit, nomē interloquutorie diffinitiue habētis acquirit. Corne. in cons. 262. n. 7. vers. & insuper. volu. 4. Rip. in rub. ff. de re iudic. nu. 15. vbi Alexan. in fin. deci. Pedem. 1. num. 1. Bart. in extrau. ad repri. in verb. summariæ Ias. in l. admonendi. num. 11. & 12. vbi Castr. num. 33. ff. de iure iuran. Aret. in §. fin. nume. 4. institut. de perp. & temp. actio. & sic in casu nostro, si seruatis terminis de iure seruandis, & aliis solemnitatibus, feratur sententia impositionis silentii, erit diffinitiua: Sin autem non fuerint seruatæ solitæ solemnitates, quas ius exigit, tunc erit interloquu-
32 toria, habens vim diffinitiue. Appellare in sententiā lata super remedio legis nostræ an posit uideamus, & Doctores communiter asserunt quod sic, vt Cagn. hic nume. 22. & scrib. in l. Titia. per illum text. ff. de accusat. Sali. in l. si ea num. 6. & 9. C. qui accus. non poss. appellari etenim potest tam ab impositione perpetui silentii, quām a declaratione de amplius non audiendo, nam si appellari potest, ab assignatione brevitatis termini, ac etiam impositione perpetui silentii, seu comminatione denegationis audientiæ, vt supra dictum est,
33 ergo, & multo magis ab ipsa met sententia impositionis perpetui silentii, & denegationis audientiæ, vt late hic Cagn. num. 22. asserit, ad quem te remio. Hoc tamen te non lateat, quod sententia in casu nostro, nisi fuerit ab ea appellatum, secum exequtionem trahit, quia vt infra suo loco dicam, appellatio iudicatum suspendit, igitur si ille, contra quem fuit lata sententia non appellauit, & deinde iudicato parere recusat, puniri poterit, ac de parendo satisdare tenetur, vt late dixit Contar. in lege nostra quæst. nona, nume. 41. & quæst. 23. numero 148. Barto. Bald. & DD. in lege miles. §. qui iudicati. ff. de re

iuid. Innoc. in c. cum nostris. col. pen. vers. sin autem talia. de concess. præb. l. & harum. ff. si ser. vendi. Gomes. in reg. de trien. pos. q. 38. Bar. in l. 1. 6. fi. ff. de pret. stip. & ann. exscripturis nouiter repertis sententia lata ex dispositione legis nostræ valeat retractari, vide Boer. decis. 255. num. 14. & Bar. in l. Titia. in princ. ff. de accus. Differentiæ maximæ adsunt inter legem nostram, & l. si contendat. ff. de fideiusso. primaque differentia est, quia legis nostræ remedio agens, in termino præfixo iura deducere cogitur, alias (vt dixi) sibi perpetuum silentium indicitur. In l. si contendat, statim agere tenetur, alias proceditur super exceptione, & deinde imponitur perpetuum silentium. Propterea in l. si contendat reus fatetur debitum, & petit pronuntiari super exceptione aliqua, suoque iuri innititur. In lege autem nostra non fatetur debitum, nec innititur iuri suo, sed tantum se fundat super iure actoris, ita dixit deci. Pede. 151. num. 3. & Soci. cons. 94. nn. 6. volum. 3. Vulterius ex l. diffamare nostra petitur pronunciari nullum ius diffamati competere aduersus diffamatum. Alexan. in l. si finita. §. eleganter nu. 16. ff. de damn. inf. Soci. cons. 84. col. pen. vol. 3. Innoc. in c. Abbate de verb. sign. Couar. lib. 1. var. res. c. 18. num. 3. in l. si contendat petitur a ludice, vt super competenti exceptione pronuncietur, & super actione, de qua iam constat, quod non militat in l. diffamari, quia ius tertio competere negatur, asserendo ex parte negantis se liberum fore. Feli. in c. significauit num. 5. de test. Soci. cons. 94. col. 1. vol. 3. Abb. in c. si quis contra. col. 2. de for. comp. Rom. cons. 80. & 412. & duo hæc remedia in praxi, pro faciliori causarum expeditione, ab aduocatis simul misceri, testatur Couar. var. res. lib. 1. c. 18. num. 3. in fi. & hæc pro presenti commissione breuiter sufficiant.

DE

DE COMMISSIONE PROROGATIONIS FATALIVM.

COMMISSIO VII.

SVMMARIVM.

1 COmmissio prorogationis fatalium quare sit adinuenta.
1 Fatum pro morte accipitur, ideo fatale lapsum dat causæ finem.
3 Tempus ad finiendam causam appellationis quale de iure Pontificio, & de iure Cæsareo sit, & num. 5.
4 Instantia in Rom. Curia ad appellationem prosequendam qualis sit, & quare.
6 Commissio prorogationis fatalium quando sit obtinenda, & n. 10.
7 Clausula attento, quod in prima quare addatur in commissione prorogationis termini.
8 Commissio prorogationis fatalium in Rota non est necessaria.
9 Prorogatio fatalium prima, & secunda, ad quod tempus duret.
11 Fatali lapso sententia in iudicatum transit.
12 Auditores Rotæ, quare fatalia prorogent absque commissione.
13 Commissio prorogationis fatalium est vtrique parti communis.
14 Commissio prorogationis fatalium, non facit nouam causam, sed eadem dicitur, & nil de nouo tribuit.
15 Fatalia an currant si per iudicem steterit, quo minus causa terminetur cautela ne in hoc casu fatalia labantur.
16 Diligentia est necessaria in petendo fatalium prorogationem.
17 Commissio prorogationis fatalium, quare in Romana Curia sit adinuenta.

18 *Primum fatale, quod dicatur.*
19 *Prorogatio fatalium facta in primo anno, quando incipiat.*
20 *Prorogatio fatalium non denegatur etiam quando data esset commissio, absque spe vlterioris prorogationis.*
21 *Causæ, quæ narrentur pro obtinenda prorogatione fatalium.*
22 *Clausula quod iudex toties quoties sibi visum fuerit fatalia proroget, delere debet, & quare, & n. 24.*
23 *Pauperi impedito, an currant fatalia.*
25 *Causæ quare in longum protrahantur in Rota.*
26 *Commissio prorogationis fatalium continere debet clausulam quatenus durent, & quare.*
27 *Prorogatio fatalium quando fit.*
28 *Fatali elapso, quomodo succurratur.*
29 *Prorogatio fatalium in secunda, & tertia instantia conceditur non in prima.*
30 *Clausula arbitrio instantiam proroget, quomodo intelligatur, & n. 32.*
31 *Commissio prorogationis fatalium, qua de causa per iudicem in fine subscribatur.*
33 *Clausula arbitrio iudicis, quid importet.*
34 *Commissio prorogationis fatalium iudicis, & partium nomen continere debet.*
35 *Fatalia non currunt agenti super attentatis.*
36 *Sententia nulla non excusat a lapsu fatalium.*
37 *Fatalia non currunt durante tempore ad petendum consilium sapientis.*
38 *Sententia notoriæ nulla excusat a lapsu fatalium.*
39 *Commissio prorogationis fatalium datur in Curia Capitolina, & quare.*
40 *Commissio prorogationis fatalium an detur in causa criminali.*
41 *Commissio, in qua mandatur iudici, vt nouum terminum præfigat ad probandum, refectis expensis, quomodo intelligatur.*
42 *Clausula refectis expensis, quomodo sit intelligenda.*
43 *Index in refectione expensarum vigore rescripti, quid curare debeat.*

CAP.

CAP. I.

1 Isis supradictis nunc aliqua de Commissione Prorogationis fatalium subnectamus & breuiter. De ea meminit tex. in c. de causis de off. deleg. vbi si delegatus cui ad certam diem finiendi causam terminus est statutus eam non expediat ni terminus prorogetur iurisdictio expirat & per consequens si lata sit sententia transit in rem iudicatam, ideo ne tempus a iure præfixum labatur commissio præsēs adinuenta est, quæ si non procuratur, terminus expirat & causæ
2 mortem affert vnde sicut fatum pro morte accipitur vt habetur in l. meminimus. in princ. C. quādo & quib. quar. pars. & 3. lib. 10. Abb. in c. ex ratione nu. 8. de appel. ita fatale lapsum pro morte causæ. Nec terminus a iure præfixus vel statuto ad causas prosequendas super publica vtilitate fundatus ad hoc, vt libitus interdū finis detur per partes prorogari potest. vt Abb. dixit loco citat. Ant. in c. si diligēti. de for. comp. Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de Appel. §. nunc breuiter vers. istud autem scias Cassad. decis. 9. num. 3. de app. Ias. in l. properandum. 5. limit. C. de iudi. Bal. in cons. 6. par. 3. quod declara quando est ius publicum, autoritate & vtilitate, vt incasu nostro, secus autem si esset priuatum. vt ibi Bal. & Alex. in cons. 36. n. 6. & 7. vol. 2. & sententia habetur perinde ac si non esset appellatum. Afflic. decis. 73. num. 2. quia in lapsu fatalium sola negligentia consideratur. Alex. cons. 19. vol. 1. Guid. Pap. decis. 135. nu. 1. quod non procedit si partes ad id essent concordes cum consensu & decreto iudicis, quia tūc bene prorogare possent decis. 2. uu. 3. de dilatio. in nou. & tēpus
3 præfatum est unius anni & ex causa biennii. Abb. in c. ex ratione nu. 1. & per tot. de app. iu secunda & tertia instantia, secus autē in prima, quia adest tempus triennii. vt ibi Abb. nu. 8. & licet detur secundus annus tamen dari non debet pro quolibet impedimento. vt ibi Abb. num. 12. sed opus est ad hoc, vt appellans secundum annum obtinere valeat, quod in primo anno aliquid in causa fiat Cassad. decis. 6. num. 8. de app. Auten. ei qui appellat
4 C. de temp. appel. c. cum sit Romana de app. Tamen quicquid sit de iure non habet locum in Rom. Cur. quia datur biennium ea potissimum ratione cum sint frequentiores causæ forēsium, qui non possunt in primo anno curiam petere ac de longinquis partibus eorum documēta exhibere ac etiam, quia in ea adest multitudo causarum de quo vide Cassad. d. decis. 6. nu. 8. & decis. Pe

dem 12.n.5, Vestr. in sua prax.lib.3.c.5.n.3.licet instantia in ciuilibus causis finiatur, de iure cæsareo triẽnio, & criminalis biẽnio l.properandum, & ibi Bar.Bal.& DD.C.de iudi.Vestr.lib.3, c.5.nu.1.& lapso termino à die contestationis litis, instantia finitur d,l.properandum c.venerabilis ubi Glo.in uerbo non obstante de iudi.quamuis de iure canonico omnis instãtia sit perpetua, vt inibi Vestr.n.2.c.penul.de iudi.Fulgo.consi.168.prop. fi.Milis in suo repert.in uerbo litis pendentis non finit.in fi.Cassad.decis.5.nu.4.vt lit.pend.Sarnen.in regu.de annal.q.67.n.3. & q.68.nu.4.& rationes quare de iure canonico non perit instãtia sicut de iure ciuili, ponit.Abb.in c.super eo.nu.5.de app.igitur cauti procuratores, antequã labatur tempus, nostram commissionem prorogationis fatalium porrigunt, à cuius concessione non sunt excludendi, quia non neglexerunt, agere vt dixit. Bal.in l.petendę n.4.C.de temp.in inti.rest.peten.in qua ne morte temporis lapsus instantiæ, labatur petitur iudici demandari, vt fatalia quatenus durent, arbitrio suo proroget, & sic flatum causæ tribuat, & quatenus lapsa sint, nouum terminum prefigat,
7 attento quod in prima, & ideo attẽto qđ in prima additur, quia vt dixi nõ prorogantur fatalia, nisi in secũda & tertia instãtia, & ideo in prima vigore cõmissionis recursus habetur ad superiorem petendo, vt iudici demandet, quod eius arbitrio alium terminum sibi statuat, vt doctores dicunt in l.qui pro tribunali.ff.
8 de re iudic.& inferius late tractabimus. Commissio istec in Rota non est necessaria, quia uigore, Innocentianæ constitutionis, Domini Auditores fatalia prorogare ualent, vt dixit Cassador decis.7.nu.2. de appel. & absque partis citatione, seu cum citatione, contra personam minus legitimæ factam. Crescen.deci.3. de off.deleg.sed quando uigore commissionis peteretur prorogatio in Rota, tunc necessaria erit citatio. Bar. in extrau.ad reprim.in verbo de plano.Rom.consil.516.Aegid.decis.27.Cassa.
9 vbi supra.nu.9.& prima prorogatio, fit ad annum, secunda uero ad sex menses.Staf.de lit.iust. c.fatalia.nu.1.c. cum sit Romana, de appellatio.& peti. debet huiusmodi prorogatio, ante decur-
10 sum fatale, aliàs in totum eo decurso non datur, sed subuenitur, per uiam restitutionis in integrum, vt infra latius, dicam in secunda parte, operis Staf.ubi supra. num. 2. ex quo tempus labi
11 permisit, uidetur quod appellationi renunciauerit, adeo quod in rem iudicatam iam sententia transiuerit. Auten.ei qui C.de temp. appellatio.d.cap.cum sit Romana, & capit. ex ratione, de appellat. Clem. sicut appellationum eodem titulo, in Rota uero prorogantur per decem vices, & per sex menses in qualibet vice

& sic

& sic in totum ad quinquennium licet, vt asserit. Mandos. in prin comm. prorog. fatal. hodie non conceduntur, similes prorogationes nisi ex causa, & suis temporibus, non autem conculcatæ, & ideo vigore Innocentianæ, bene talis facultas Dominis 12 Rotæ Auditoribus conceſſa est, quia occupati multitudine causarum, tam cito eas expedire nequeunt, ideo ne partes diſpendiis vexentur, in expediendis commiſsionibus, & regiſtrorum confectione, talis eis facultas ſanctiſsime, à Maximo illo Pontifice tributa fuit. Inſuper Commiſsio noſtra prorogationis, vel alia dilationum nouarum conceſſa, communis eſt, tam impetranti, quam illi contra quem impetratur, Lanfranc. de oria in cap. quoniam contra falſam. §. dilationum num. 4. verſ. ſed pone de probation. Felin. in cap. prudentiam in princip. de mut. petit. & melius in c. de teſtibus in primo not. vbi Abb. verſ. quæro pro declaratione de teſt. Bal. in l. petendæ n. 5. C. de temp. in integ. reſt. & vt ibidem Bal. n. 6. dixit, in tantum, id verum eſt, quod ſi impetrans, qui commiſsionem in actis præſentari curauit illi renunciauerit, non tenet renunciatio in collitigatis præiudicium, quia communis adeo facta eſt, quod tam in cauſa ciuili, quam criminali illi præiudicium inferre non valet. Iul. Clar. in §. fi. pract. crimin. q. 48. verſ. cætera autem. Connexæ adeo ſunt iſtæ cauſæ, vt non ſolum impetrans, verum etiam ille contra quem impetratur inſtare poterit, vt iuxta illius tenorem procedatur, quia eo ipſo, quod præſentata eſt commiſsio circa perſonas in ea contemptas iudex iuriſdictionem habet, cap. paſtor alis. §. fi. de reſcript. Bald. vbi ſupra, & iſta de cauſa in inuitum tunc redditur iudicium, & pro vtroque iudex pariter eſſe debet, quia ſolum fuit prorogata dilatio cauſę, quę & durabat, & ambobus communis erat. Innoc. in c. ex conquæſtione n. 1. verſ. ſed ea ratione, de reſt. ſpol. ſecus autem quando reſcriptum non eſt præſentatum, quia effectualiter nullam iudex habet irriſdictionem, cum ante præſentationem literæ impetrantis eſſe dicantur, & in ſua poteſtate eſt eas præſentare vel non, ſeu lacerare, vt ibidem Innocen. num. 2. cap. vt debi- 14 tus de appell. Nec per commiſsionem prorogationis cauſa cenſetur innouata, ſed eadem eſt, quia tempus ante eius finem vltra tempus iudicantis iuriſdictionem extendit, & nil aliud de nouo tribuit, & multa poſſunt fieri per prorogationem, quæ non valent fieri per innouationem, deciſ. 21. nu. 8. de præb. 14 in nou. l. 2. §. ſed & iudex. ff. de arbitr. ſed pone, per iudicem forſan ſtat quo minus cauſa terminetur, an iſto interim currant fatalia quæro, & dico, quod ſi per appellantem non poteſt

haberi recursus ad Superiorem, vel sibi alia via prouidere tunc præmissa protestatione in actis ad hoc, vt de negligentia iudex conuincatur fatalia non currunt, vt dixit decis. Pedem. 12. nu. 8. Ias. in d. l. properandum. §. fin autem vtraque & ab hac sententia in iudicando non esse recedendum dixit Franc. in c. ex ratione num. 46. de appel. Gram. conf. 54. num. 7. & 8. Dec. de communi attestans. in c. ex parte. de app. Marant. de ord. iud. par. 6.
16 in uerbo & quandoque appellatur. num. 219. l. 1. ff. de lib. dimis. Alex. conf. 41. col. pen. vol. 3. Deci. in conf. 677. nu. 6. At quando appellāti patet recursus ad Principem siue superiorem, vel alia via sibi prouideri potuit & non præuidit etiam si stet per iudicē quo minus causa terminetur fatalia currunt. l. fin. §. illud in fi. C. de temp. appel. Franc. in c. cum cessante num. 32. & 33. de appel. Feli. in c. querelam num. 10. de iur. iur. decis. Pedem. 12. num. 9.
17 & ista de causa in Romana curia adinuenta est commissio prorogationis fatalium, quia licet aliquando iudices negotiorum multitudine impediti causas sępissime à partibus non agitatas expedire nequeant, quia facile copia Principis Signaturæ, siue Gratiæ, siue lustitiæ in huiusmodi commissione signāda haberi potest rationibus supra deductis commissionem prorogationis fatalium impetrare debent. d. decis. Pedem. 12. num. 10. nam postquam appellans causam ad eos terminos reduxit, vt commode sententia ferri ualeat non debet ex fatalium lapsu sinerè, vt in sinistrum causa labatur, eo maxime quia in præsentis commissionis expeditione non requiritur partis citatio Calcan. conf. 16. col. 6. Lanfr. de oria in tract de Arbit. in prim. par. in fi. num. 54. Imol. in coll. com. opin. concl. 43. lib. 1. in 100. limit. Pri-
18 mum nanque fatale appellatur primus annus & sic si in primo anno nihil agitur extinguitur appellatio & propterea dicitur primum fatale a fato, vt dixi idest morte, nā sicut mors hominem extinguit ita lapsus non solum primi, sed uniuscuiusque fatalis appellationem tollit. Bald. in l. fi. in 2. col. vers. modo restat. C. de temp. app. at si primum fatale non extingueret litem
19 in cassum diceretur fatale ob id lex primum annum sicut secundum fatale appellat. l. 2. in princ. C. de tem. appel. Philip. in d. c. ex ratione. colum. 2. de appel. Bart. in l. petendæ circa med. vers. quæro vtrum. C. de temp. in integ. restit. Prorogatio autem facta in primo anno incipit a fine biennii, vt dixit puteus. decis. 1. de app. sed in curia datur ad sex menses & extra
20 curiam ad annum, & licet data sit cōmissio nostra prorogationis fataliū sine spe ulterioris prorogationis tamē nunquā denegatur prorogatio, quia in alterius partis facultate est causæ finē

sollicitæ

solicitæ curare,& pendente termino remissoriæ fatalia non cur-
21 runt.Cassad.decis.9.num.1.de app. Narrantur pro commissione obtinenda multæ causæ interdum, vt dixi quod iudex aliis negotiis præpeditus illam expedire non valuit, nam tunc ex facto iudicis non currunt cap.ex insinuatione vbi DD. & Imol.de appel. Bal. in Aut. ei qui in 1.col. versi. item quæro.C.de temp. appel. quod declara ut per Alex. consil. 72. col. 3. vol.3.vel ad tollendas disputationes, an fatale duret, nec ne commissio expeditur vel quia litigans est pauper, & in termino ob eius paupertatem causam expedire nequiuit stantibus maximis expensis litium, quæ in curia fiunt seu propter impedimentum, & dolū partis aduersæ.Bar.& DD.in l.arbitro.§.dolo versic.sed tunc oppono.ff.de dolo.Bald. in d. Aut.ei qui col.1. versic. idem forte,qui multa alia ponit quando currant nec ne, & in quibus casibus non currant vide specul.in tit. de exeq.sent. §. postremo in princ. & narratur qđ scripturas de longinquis partibus,in tẽpore non potuit habere, nam tunc non currunt, impedito qui non potuit habere instrumenta,ad causam facientia vel testes.Bald. & DD. in cap. ex ratione de appel. vbi Phil. q. 2. & sic alia documenta propter absentia, vel aliquod aliud infortunium seu impedimenta ceu innumera quæ mortalibus quotidie euenire possunt, & scias quod commissione obtenta,non erit opus tale
22 seu talia, asserta impedimenta aliàs probare, vt dixit Mandos. in commiss.fatal.prorogat. Apponitur pariter clausula, in qua petitur mandari iudici, vt toties quoties opus fuerit, ea proroget, modo videamus si clausula præfata, non deleatur quoties illius virtute fatalia, prorogari valeant, & licet ibidem. Mandos. dicat quod bis tantum ad instar illius, qui promisit præsentare toties quoties opus fuerit,qui per binam præsentationem, liberatur iuribus per eum ibi adductis, tamen id disputare superfluum est,quoniam illa verba toties quoties,quæ tantummodo apponũtur,vt plurimũ in cõmissionibus,extra curiã dirigendis, semper deleri soleant, & illorum vice apponi arbitrio suo proroget, licet de iure vltra duas vices prorogari non debeant
23 ob id tertium fatale nulli de iure competit. Tamen pauperi impedito causam appellationis in primo, & secundo, fatali expedire seu prosequi paupertatis intuitu,cum restitutione in integrum ex clausula, si qua mihi iusta causa,&c. Tertia prorogatio conceditur,vt de communi attestatur. Villalob. in collect.com. opin.in verbo fatale fol.mihi 102.Dec.consi.436.Cornel.Benincas in tract. de paupere 96. spec. 3.nume.18. sequeretur autem absurdum,si pluries daretur prorogatio, quia si Principi cordi

esse

esse directe debet, vt quanto citius lites finiantur l. properan-
24 dum.§. cordi.C.de iudi.concedendo prorogationem, cum præ-
fatis verbis toties quoties, & sic in infinitũ iudex haberet pro-
rogandi facultatem, litesque fierent immortales, contra iuris
dispositionem, & iuri contraria commissio esset, ac ex ea iniu-
ria oriretur.c.finem litibus,de dol.& cont. c. dispendiosa de re-
script.in 6.& regulariter habens facultatem, prorogandi fatalia
vigore commissionis, absq. illis verbis,toties quoties sæpius ea
prorogare nõ valet.Mohedan. dec.172.igitur cõcludendo dico,
quod commissio nostra interpetrari debet, secundum iuris cõ-
munis dispositionem, in quantum fieri potest. Dec. consil. 114.
nu.3.at de iure communi annus, & ex causa biennium indulge-
tur,vt præmissum est,ideo Signatura non debet plus dare,quàm
à iure conceditur,quia rescripta tam in interpetrando,quàm in
procedendo, stricte intelligi debent, & ideo deleantur illa ver-
ba toties quoties,ne in infinitum detur prorogatio, ad hoc, vt
ad vnicam solam prorogationem extendatur vigore commis-
sionis.Rot.de caus.poss.& prop.decisio.3.in nou. at si verba præ-
fata concederẽtur,quod nec credo,nec unquam dari vidi, quid
importarent,& eorum efficaciam videas late traditã, per Man-
dos.vbi supra, quod non refero, quia rescribi cum eis non so-
let. Sed fel. rec. Doctissimus ille. Gregorius Papa XIII.manda-
uit, ne in secunda instantia fatalia prorogarentur vltra tertiam
vicem,& quod non daretur commissio.Itaque cautus sit D. Re-
ferendarius in faciendo apponere in commissione, per quot vi-
25 ces prorogata fuerint,& ob id in longũ causæ in Rotæ auditorio
trahuntur,quia illi Domini,& Patres celeberrimi multis præpe
diti negociis, laboribus continuis agitati, ac studiis,cum non
vni causæ,sed innumeris vacare debeant, pluries fatalia prorog-
gant,donec deinde expediantur,vt dixit Cassa.deci.7.nu.2. & 8.
26 de appel.Vest. in sua prax.lib.2.c.3.nu.3.Præterea in commissio
ne in verbo fatalia proroget,si omissum sit addi debet, per Do-
minum Referendarium,verbum quatenus durẽt, ratio est quia
si fatalia perierunt, non potest peti prorogatio, quia prorog-
gatio termini est eiusdem formæ,& naturę, cuius est primus ter
minus,& unum idem cum eo Bal.in cons.388.vol.3.& cons.149.
eod.lib.c.hi qui auctoritate de præb.in 6.Bar.in l.dies cautioni.
nu.3.vbi Alex.nu.2.& scrib.ff.de damn.in fec.l. emilius vbi glo:
in verbo restitutus.ff.de minor Mandos. in reg. de annali. q. 76.
27 nu.2.subdens quod prorogatio propriæ est, quando non est fini-
tus terminus,per tex.in l.sed & si manente. ff. de præcar, & ideo
possessionem intrans animo, continuãdi si nõ habeat eam prius

non

non continuat. Glo. in l. 3. in princ. ff. de acq. poss. quia non entis nullæ sunt qualitates l. eius qui in prouincia in fi. ff. si cert. petat.
28 igitur si non durant prorogari nequeunt Castren. in l. 1. C. de dilat. Tunc autē succurritur termino elapso, per uiam restitutionis in integrum, vt late in cōe reſtit. in integ. in 2. parte operis, (Deo dante) dicā, & tam prorogatio conceditur in secunda, quā in tertia instantia. Aut. ei qui appellat C. de temp. app. c. cum sit Romana, & c. ex ratione de app. Mando ſ. in cōe nostra, in verbo secunda instātia, apponitur autē clausula, & quatenus lapsa sint, nouum terminum præfigat arbitrio suo, tunc pariter si omissa erunt hæc verba, attēto quod in prima, addi debent, ad distin-
29 ctionem instantiarū nam (vt dixi) in secunda, seu tertia instātia fatalia prorogantur si durent, secus autē si lapsa sint, sed quia in prima instantia fatalium prorogatio nō datur, ideo in prima ne bonū ius pereat tpe, cōceditur eorū loco noua dilatio, ob id arbitrio, quia elapso termino non debet alia dari, nisi causa cognita. l. in pecuniariis ff. de fer. & istæ dilationis, quæ sunt remissæ, & dātur iudicis arbitrio, succedunt in locū dilationis legalis, quę dari nō debet, nisi causa cognita, & vrgente necessitate, cū dilationum materia odiosa sit, & amputāda, text. est apertus in l. 1: vbi eā Gloss. in verbo flagitauerit. C. de dila. Bar. in l. qui pro tribunali. nu. 10. ff. de re iud. vbi Alex. n. 7. & 20. & Ias. nu. 20. l. satis. ff.
30 de falsi. si quis libertatē. §. plane. ff. de petit. hæred. l. ordo C. de excep. rei iud. l. hodie. ff. de pēn. & ideo adduntur illa verba arbitrio præfigat, quæ nil aliud innuere volūt, nisi iusta existente causa, & prout conscientia iudicis dictabit, seu æquitati consonum erit vel sec. Staf. de lit. iusti. c. vltimo quo ad materiā, & ideo eā dat Signatura clausulam in commissione arbitrio proroget, quia forte pars in tpe opportuno non fecit debitam diligentiā, quā facere tenebatur vt in d. c. cū sit Romana, nec sufficit probare solum impedimentū tempore primi fatalis, nisi etiā probetur quod tale impedimentū fuit immediata causa, quare non potuit appellationem prosequi in tpe, ob id opus est, vt doceat feciſſe debitam diligentiā in tempore, seu interueniſſe iustū impedimētū vt Sta. ibidē cū adductis, sed ad facilius cōmissionēnostrā obtinendā etiā si tres prorogationes obtinuerit faciunt, in calce cōmissionis apponere subscriptionē iudicis, cū his verbis, videtur concedenda N. iudex, & tunc quia ex tali approbatione, tollitur macula negligētię, seu alia, quę parti imputari possit, pasim Signatur cōmissio, & maxime in Curia capitolina. In hoc autē multi putātes, qđ qā aliquid arbitrio iudicis committitur omne eius beneplacito remissum cēseatur, valde erāt, qa ex tali verbo nō tribuit lex facultatē iudici, vt ad suū placitū gratiā faciat, sed

poteſt omnibus caſibus prouidere particulariter,& ob circumſtantiarum varietatẽ dare certam determinationẽ, id arbitrio iudicis remittit, ac eius conſcientiæ qui omnibus conſideratis, quod iuſtum ſit faciat, uis enim legis cũ non ſit caſus deciſus iu
33 dicem nõ abſoluit, vt pro verbo arbitrio de geſtis, in hoc mũdo rationem reddere non ualeat,ſed quod ſecundũ leges,& iuſtitiã reguletur,non autẽ ipſum habilitat,vt pro libito alienũ donare queat,& iniuſtitiã facere Iul.clar.in Prac. crim.in §.fi. q.5.verſ. arbitrio Alber.Brun.in tertia par.ſtat.q.32.verſ. itẽ quæro. nu. 1.idẽ Clar.eo.loco q.64.verſ.dixi etiã Catald.in tract.de ſindic. q.10.& Amad.de ſindi.nu.145.nomen inſuper iudicis, corã quo
34 cauſa pendet ac partium collitigantium præſens commiſsio cõtinere debet, ſicut in cæteris cõmiſsionibus, ad hoc vt clare pateat cui nam ſit,reſcriptum dirigendũ, & ad alium finẽ relatum hic per Mandoſ.cum alii iudices, non Auditores rotæ non valẽt abſq; cõmiſsione ſpeciali fatalia prorogare,ideo ſunt exprimendi,ſed ſua pace iſta ratio non militat,quia aliquando vt præmiſi reſcribitur,Auditori Rotæ. licet regulariter commiſsione,nõ indigeant,ob id cum multi ſint, etiam pro perſonæ iudicis certudine ſunt nominandi, & licet fatalia prorogare ualeant nõ ob id ſequitur dicere ergo in cõmiſsione,non ſunt nominandi quia reſcriptum redderetur incertum,& fruſtratoriũ,& ſi eius nomẽ omiſſum eſſet,uigore reſcripti,nemo procedere poſſet,quia non haberet cui dirigatur,nec nemini tributa eſſet autoritas,& ideo in hac commiſsione,ſicut in aliis requiritur expreſsio,vt in ſeq.
35 commiſsione latius dicam. Fatalia autẽ non currunt agenti ſuper attẽtatis vt habetur,in deci.10.n.3.de app.in antiq. & deci. 15.nu.5.eo.tit.in nou.Rui.in conſi.75.nu.4.& ſeq.vol.5. licet ab eorum lapſu non excuſet,ſententia ſecunda nulla, exempli gratia.Titius habuit ſententiam, in ſui fauorem contra me ego appellaui,& in termino iuridico obtinui, aliam ſententiam in mei fauorem,& primæ reuocatoriã quæ nulla erat,& iſto caſu, & fatalia currunt, & ſententia prima tranſitũ fecit, in rem iudicatã ratio vrget quia ſi eſt nulla non debet,haberi in conſideratione c.non præſtat, de reg.iur.in 6.& ſic non factũ,& inualidæ factum paria ſunt. Alex. conſ.79.nu.6.vol.7. Mand. vbi ſup. q.2.& quod in cauſa nullitatis, ex defectu iuriſdictionis,fatalia non attendã dixit Bal.in l.1.in 2.not. C. qui pro ſua iuriſd. quod declara dũ cauſa ſuper attentatis pendet,ſecus autem ſi quis ſuccumberet, quia culpa, & fraude ſua tale impedimentum ſuperuenit .Crecen.deciſ.10.nu.2.de cauſ.poſſ.& propr.in impreſ. deciſ. 15.de
36 app.in nou.Bal.& DD.in d.Aut.ei qui C.de temp.appel.Pariter fatalia

36 fatalia non currunt dum durat tempus ad petendum consilium sapientis. Corn. in cons. 182. n. 3. vol. 3. nec etiam mortuo.

37 l. fi. C. si pend. app. mors. interu. Cresc. dec. 4. n. 1. de app. insuper sententia notoriæ nulla excusat a lapsu fatalium, vt dixit Put. decis. 9. de app. figura casum, si sententia feratur, seu pronuncietur post lapsum fatalis, & tunc, quia non soluit periit iurisdictio iudicis, verum etiam instantia causæ, & nullitas patet non obstabit fatalium cursus Alexan. cons. 89. col. 2. vol. 4. Iaf. in

38 l. contra maiores in fi. C. de inof. test. Put. vbi supra. In Curia Capitolina dantur commissiones prorogationis fatalium (vt dictum est) illa quippe ratione, quia circa ea statuta non prouident, & pariter, vt dixi, datur commissio in prima instantia termini prorogatoria, quæ ratio est, quia deficit in hoc statutorum dispositio, & sic recurrendum est ad iuris communis dispositionem, licet in aliis casibus, vbi statuta disponunt signatura

39 iustitiæ in dicto foro rescribere non soleat, vt dixi. In causis autē criminalibus commissio prorogationis semel tantum datur; & ideo dum in ea dicitur, vt iudici demandetur, quod fatalia proroget, semper additur clausula, dummodo alias non fuerint prorogata, seu dummodo similem prorogationē non habuerit, & id quādo fiscus habet interesse in causa, secus si priuatus coram iudice criminali dēpto fisco, quia cōmissio daretur sicut in aliis causis ciuilibus, cum tunc causæ sint ad instar ciuilium, & in hoc adsunt motus propriis. fe. re. Pii IIII. & Pii V. super similibus di

40 sponētibus, quos non refero, nā sequi debemus. Sed pone, iudex alicui statuit tetminum ad probandum, vel ex se, vel vigore statuti labitur terminus absque eo, quod pars probet, recurrit ad superiorem, seu ad signaturam & obtinet committi, ac iudici mandare, quod nouum terminum prefigat ad probandū refectis expensis, pars dat cedulam banchariā pro refectione illarū expensarū, ad quarum refectionem iudicatus fuerit, quæro an dicatur verbū rescripti refectis expēsis adimpletum, quia cedula æquipollet solutioni, & statim campsor ex bursabit cōstito de mādato iudicis, ac em ex alia ratione, stante quod tales expēsæ non sint liquide, vnde dum declarantur redditur per dictam cedulam aduersarius tutus adeo, quod interim non debet impediri, ne ad vlteriora in causa procedatur, vt citius litium sit finis,

41 Tamen istud non sufficit, nec verba rescripti adimplentur, quia clausula illa refectis expensis, requirit totalem, & effectualem illarum solutionem & nō chirographum promittentis soluere, quia promittere nō est soluere, vt in specie de processu Auditoris Cameræ, loquitur Paris. in cons. 106. n. 2. vol. 4. quod tamen

iutellige

intellige uerum quando expensę, non sunt liquidæ quia tunc sufficit depositum, seu talis oblatio soluendi, facta liquidatione statim, vt dixit. Alex. in l. 4. 6. ait prætor. n. 2. & ibi DD. ff. de re iud. Cepol. cautel. 51. alias sequeretur quod semper illas nõ liquidare esset repositum in arbitrio partis, & iudicum, & altera pars quæ expensas reficere tenetur stantibus præmissis agere non valeret. Alex. consi. 49. n. 5. lib. 4. Socii consi. 62. n. 7. lib. primo. Put. decis. 471. lib. 2. secus autem si essent, liquidæ vel de facili, liquidande vt est, decis. Caputaquen. 138. lib. 1. sed ad disputationes, euitandas curet. D. iudex, vt primum expensæ reficiantur, & liquidentur, ac deinde in causa procedat, & sic euitabitur disputatio super nullitate ex defectu non adimplementi conditionis expressæ in rescripto contentæ.

DE

DE COMMISSIONE DEROGATIONIS FERIARVM.

COMMISSIO VIII.

SVMMARIVM.

1 ANtiqui vnde ferias denominabant, & quæ tunc erant.
2 Feria dicitur quilibet dies, & vnde hodie dicta
3 Feriarum tres sunt species, & num. 13.
4 Dominicus dies quando incepit haberi in veneratione.
5 Natalitia martyrum quare dicantur in die eorum mortis.
6 Feriarum dies, qui dicantur.
7 Papa solus potest canonizare sanctos.
8 Feriis in honorem Dei renunciari non potest, etiam de partium consensu, & num. 50.
9 Festiui dies quare dicantur solemnes.
10 Sabbati dies qualis fuerit, & sit.
11 Feriis durantibus, quid fecit officium iudicis.
12 Feriis in honorem Dei, Signatura non derogat.
14 Feriæ repentinæ quæ dicantur, & à quo inducantur.
15 Feriæ repentinæ quare dicantur sic.
16 Feriæ indictæ in memoriã creationis, & coronationis sum. Põt. sunt solẽnes.
17 Papa sanctissimus dicitur & esse præsumitur, & nu. 51.
18 Feriæ publicæ quæ sint, & quare ita dicantur. nu. 27.
19 Feriis publicis durantibus lites cessant, & num. 21.
20 Feriæ quasi fariæ dicuntur.
22 Dies omnes iuridici sunt si non reperiantur excepti.
23 Feriæ quare in curia inducantur.

24 Feriæ publicæ adimuntæ sunt fauore messium, & vindemiarum, & per vnum mensem pro qualibet durant, & quare indictæ.

25 Feriæ vindemiarum an esse debeant vbi non recolligitur vinum, idem de frumento, n. 26.

26 Aestas & autumnus dicuntur indulgentior pars anni.

28 Feriæ inducuntur secundum locorum consuetudinem.

29 Sententia lata tempore feriarum publicarum est nulla.

30 Sententia ante ferias lata tempore feriarum demandatur exequutioni stylus Curiæ qualiter se habet in hoc, num. 31.

32 Consuetudo feriarum messis & vindemiæ in Cur. Romam, quomodo seruetur.

33 Feriæ aestiuales non sunt inductæ fauore rusticorum.

34 Feriæ quando incipiant, & expleant in Ro. Cur.

35 Feriarum indicendarum ordo in Ro. Cur.

36 Signaturæ Gratiæ, & Iustitiæ quomodo fiant tempore feriarum.

37 Princeps solus, vel ab eo facultatem habens ferias indicit.

38 Feriis durantibus conquescit iudicis officium, declara vt ibi.

39 Contentiosa iurisdictio, quæ dicatur.

40 Feriarum tempore quæ causa tractari valeant.

41 Feriæ in honorem Dei seruandæ, limita in nonnullis casibus.

42 Citatio facta in die feriato pro non feriato, an sit valida.

43 Commissio derogationis feriarum, quid continere debeat.

44 Commissio derogationis feriarum non solet dari in principio earum.

45 Commissio derogationis feriarum in quibus casibus dari soleat & numero 46.

46 Exequutio sententiæ contra reos non est retardãda respectu feriarum nec carceratorum causæ num. 3. & num. 53.

47 Cautela pro euitanda commissione feriarum.

48 Feriis quando principaliter, & quando accessoriæ derogetur.

49 Feriæ in honorem Dei non comprehenduntur in commissione feriarum derogatoria, & quare

52 Clausula præter quam in honorem Dei feriatis additur, si non adest in commissione derogationis feriarum.

54 Appellatio tempore feriarum interponi potest.

55 Feriæ in honorem Dei an obstant tempore nundinarum.

56 Ius positiuum in aliquibus derogat iuri diuino.

57 Commissio derogatoria feriarum non datur ordinariæ in Rota, sed bene aliquando, vt ibi.

58 Auditores Rotæ raro tempore feriarum conueniunt, & vocatur congregatio tunc.

59 Auditor Rotæ sententiam profert cum consensu aliorum coauditorum.

60 Decisiones Rotæ non habent vim legis.

61 *Commissio derogatoria feriarum solet dari in causis pendentibus coram Prælatis.*

62 *Commissio derogatoria feriarum non datur, & quare.*

CAP. I.

FEriam diem solemnem a ferendo, in quo victimas, & Holocausta ferre consueuerant denominabant antiqui, & pariter ludos in idolorum honoram, seu ea, quæ ratione publicæ lætitiæ, aut alicuius secundi euentus publicis epulationibus, celebrabant, etiam ferias dicebant teste Couar. var. resol. lib. 4. c. 19. in prin. & tunc gentiles tenebris animi detenti superstitiosa quadam religione in assertorum Deorum celebratione, nem, ante veram Iesu Christi lucem fictorum, ex diaboli institutione, vt eius officio fungeretur, miris præstigiis vtebantur, & dum ea perficiebant malis vacabant operibus, vt dixit Abb. in rub. de feriis n. 1. Nos vero Christi prætioso sanguine redempti, festa in hoc vno intenti celebramus, vt vero Deo, quem vnum in Trinitate pia mente, & corde credimus confiteamur, & prædicamus, verumq. cultum internum, & externum exhibemus, cuius instituti antiquitas originem habuit a sacra scriptura, & eccle-
2 siasticis traditionibus. Hinc Sancta Mater Ecclesia, quæ continue Deo preces fundit, quemlibet diem feriam vocauit, vt feria secunda die lunæ, feria tertia die martis, & sic de sequentibus hebdomadæ diebus, autore S. Hieronymo q. 4. ad Hebidiam, ac istæ feriæ non a ferendo, sed a fando dicuntur, quia vt habetur Genes. primo, & in clem. 1. vers. nos itaq. vbi glo. in verb. feriæ de relig. & vener. sanct. qualibet die Deus loquebatur, & ideo tam in diuinis, quam in prophanis, qualibet die fari possumus, sed de his hactenus, cum non sit nostri tractatus intentio, at si plura feriarum genera videre cupis. Adeas insignem doctorem D. Quin
3 ctilianum Mandosium in Commissione de feriis, vers. feriarum hodie, qui vigintiduo recenset, & vltra. Igitur in proposito nostro, tres esse feriarum species dicendum est, nam aliæ sunt solemnes, aliæ repentinæ, aliæ publicæ, idest pro publica vtilitate, & quiete inductæ, & licet Mandos. vbi supra, duas esse species asserat, solemnes, & repentinas, cum verbum solemne aptum tantum sit comprehendere eas, quæ in honorem Dei, & sanctorum sunt, quam etiam illas, quæ ad publicam vtilitatem contineantur. Tamen nullatenus id concedendum videtur, quia istæ nil cō

munc habeant cum illis, ad honorem Dei. Nam in Concilio apud Ephesium, Henrico Imperatore præsente statutum fuit, vt in die Dominico nullus cuiusquam causæ negotium auderet ventilari, cæteris autem diebus sic, illa tamen, quæ iusta sunt, & honesta, vt habetur in c. nullus 15. q. 4. Dies autē Dominicus cepit à resurrectione Domini Nostri, vt dixit S. August. in epist. 19. ad Ianuarii quæstiones, cuius hæc sunt verba. Dies tamen Dominicus non iudæis, sed Christianis resurrectione Domini declaratus est, & ex illo cœpit habere festiuitatem suam, sicque non iure Cæsareo, sed diuino talis diei solemnitas inducta est, licet deinde & eos, & alios habere in honorem mādatum fuerit propter felicissimam Martyrum, aliorumq. sanctorum memoriam, & ob id, eo die, quo mortem subierunt, eorum natiuitas dicitur, quia ad vitam æternam nascuntur, & gloriam, igitur & a iure Pontificio, test. Couar. var. resol. lib. 4. c. 19. n. 7. cum adduct. 6. eorū obseruātia mādata fuit, & a iure Cæsareo quoque, vt habetur in l. vt in die, C. de fer. Multi alii sunt feriati dies in honorē Dei, & Sanctorum, de quibus in c. fi. eod. tit. & in c. 1. de consecr. dist. 4. quas refert Spec. in tit. de fer. §. 1. & istæ sunt. Natiuitas Saluatoris Domini Nostri, cum tribus sequentibus diebus, festum S. Syluestri, Circumcisionis, Epiphaniæ (licet in Ro. Cur. in vltima visitatione carcerum, ante festum Natiuitatis Domini, feriæ indicantur, in quibus birruariorum lues conquiescit, vsq. ad festum Epiphaniæ inclusiue) omnes dies dominici hebdomadæ sanctæ. Pascatis resurrectionis cum eius octaua, dies rogationum cum tribus sequentibus, natiuitatis S. Io. Baptistæ cum septem diebus ante eius festum, de quo in c. placita 10. q. 4. licet de septem præfatis diebus non seruetur, omnes festiuitates Sanctissimæ, & Gloriosissimæ Virginis Mariæ, quamuis Spec. in tit. de fer. §. 1. in princ. inter illos festum Conceptionis non connumerandum asserat, nisi celebretur in aliquo loco propter deuotionem, quod nullatenus concedo, & contrarium. Cur. Rom. seruat, quia non solum illius Beatissimæ Virginis Matris festum, sed pium nomen venerari debemus, & contra Specul. opinionē expresse tenuit Couar. in 2. part. relectio. §. 5. n. 2. cum multis, in tam venerandæ festiuitatis encomium ibi per eum adductis. Insuper Apostolorū solemnitates, S. Laurentii, S. Michaelis Archāgeli, omnium Sanctorum, S. Martini, Inuentionis sanctæ Crucis, & & omnes dies festos solitos venerari secundum locorum consuetudinem. Spec. in d. §. 1. n. 1. c. 1. de vener. & reliq. sanct. vbi etiā de octaua ante festum natiuitatis Domini fit mentio, sed in Vr-

be habe-

be habemus folium dictum festa Palatii, & alia festa in statutis
7 Capitolinis connumerata, vt habemus in statutis Vrbis in tit.
de feriis c. 27. lib. 4. a tot summus Pontificibus approbatis, vt
dies S. Paulutii, & B. Franceschinæ, nob. Rom. & sic ad relictam
materiam regrediendo, nihil cum aliis diebus feriatis ad homi
num vtilitatem supradicti commune habent, quod præterea plu
8 ribus mediis suadeatur, & primo. Clarum est, quod præfatis fe
riis in honorem Dei, & sanctorum per partes renunciari non
potest, sed bene aliis in hominum vtilitatem, vt dixit glos. in d.
c. fi. in verbo propter vindemias de fer. l. 1. & l. si feriati ff. eod. 9 1
tit. l. omnes. C. eod. etiam si partes renunciare vellent, & essent
9 concordes, c. 1. de consec. dist. 3. d. c. nullus, secundo, dies festiui
dicuntur solemnes, & religionis causa à iure ex veteri testamẽ
to, & diuina præceptione instituti, ex tertio Decalogi præcepto
10 Deuteron. c. 5. Exod. c. 20. & 30. Ezechiel 20. & licet ex præmis
sis capitulis constet, quod sabbatum sanctificaretur, & erat se
ptima dies, in quo Deus quieuerat ab omni opere quod fecerat 9 1
tamen nos pro quolibet die sabbatum accipimus, vnde Marc.
16. valde mane vna sabbatorum. Matth. 28. prima sabbati die,
quæ nunc Dominica est. Luc. 18. ieiuno bis in sabbato, ideſt, in 9 1
hebdomada, & iudæi omnes dies festos sabbatum appellabant
vt sensit Chrisost. in hom. 40. super Matth. & non solum iure na
turali, & diuino veteris testamenti, sed diuino legis euangelicæ 9 1
dies festiui instituti sunt. S. Tho. 1. 2. q. 108 art. 1. & 2. idem quo
libeto 4. art. 3. ic circo si nil commune habent cum aliis diebus,
in quibus opera manualia exercentur, merito illæ feriæ in hono 9 2
rem Dei, & Sanctorum solemnes nuncupantur, & non aliæ, vt
voluit Innocen. in dict. cap. fi. in princip. de fer. qui illas solem
nes vocat, & alias nõ. Tertio in illis omnimode iudicis officium
11 conquiescit, vt ex supradictis iuribus apparet, in aliis vero
12 non. Quarto aliis feriis per signaturam derogatur, istis ve
ro in Dei honorem non, ut inferius dicam, de quo ut inibi Man
dos. uersetur singulis diebus, &c. non cadit disputatio. Cum 9 1
ergo inter se diuersæ penitus sint, ut patet ex præmissis, non de
13 bent sub eodem nomine comprehendi, & sic melius erit tres
esse feriarum species asserere, ac ex præmissis latis de pri
ma specie solemnium dictum sit, quodque tres sint feriarum 9 2
14 species, dixit Abb. in capitul. conquestus, numer. 8. de fer. & ad
alias deueniendo. Repent nas secundas fore dicebam illas, 9 1
quas solus Princeps inducit, ob publicam gratulationem, vt in 9 1
Vrbe dies creationis, & coronationis Pontificis quolibet anno

regnantis,& alibi natalis Principis,vel quando sibi filii nascuntur,seu ob res prospere gestas, aut in memoriã & signum victoriæ contra inimicos,& aliis similibus casibus bene visis Principi,& ideo repentinæ, quia euenieute casu repente indicuntur à Principe,cuius id facere solius munus est, Azo in sum. C. eod.n.2.vbi ebim tex.in l.a nullo nec istis pariter renunciari potest,vt dixit Bal.in l.1.n.3.C.eod.tit.Io.And.in clemen. sæpe de verb.sign.Spec.in tit.de fer.§.nunc videamus.Ille pariter repentinæ dicuntur,quæ seruantur ob insignem alicuius Ciuitatis honorem de quibus habetur tex.in l. natalitia earum, eod. tit. C. Sed ille in summi Pontificis honorem indictę pariter solemnes dici debent,vt dixit Mando.loc.cit.in verb.contrarium seruari vidi,& Bal.in l.si vt proponis,vers.pone Perusini,C.quo & quãdo iud. Nam sicut Deo honorem, ita etiam eius Vicario in terris adhibere debemus,c.1.& c.Dominus noster.93.dist. Aret. in Rub.inst.de excep.n.5.Alex.in rub.ff. de off. eius. cui. mand. & iurisd.n.14.& cum Papa sanctissimus dicatur, & esse præsumatur,c.sacrosanctæ 22.dist.& c.1.vers. quis enim sanctum, 40. dist.merito feriæ in eius honorem indictæ, ita appellãdæ veniũt Aliæ & sic tertiæ, publicæ,seu in hominum vtilitarem dicũtur a iure communi, seu municipali, in actis iudiciariis solum inductæ,vt dixit Bal.in l.diuus n.1.ff. eod. tit. & sicut tempore feriarum in honorem Dei a malis operibus vacare debemus, vt præmissum est,similiter dum feriæ iudiciales durant a litibus,& cõtrouersiis;ob id,vt dixit Azo,vbi supra n.1.quasi fariæ dicuntur, quia præstãt vacationem ab his,quę agi in foro consueuerunt,& quasi in actis iudicialibus exercẽdis festinę,quia sicut in festiuis officium iudicis conquiescit,ita pariter in istis l.sine pars 5.feriæ,C.de dilat.& sic Mando.loc.cit.vers.ferias,dicit, dies feriatos esset dies cessationis ab omni opere,ac iurgiis,& forensibus actibus,vt dixit Cicero de nauura Deorum. Epicurei diem feriatum volunt,cessatione torperi.Hinc autem diem sabbati cessationem seu requiem interpetrabantur.Leuit.c.23. Deuter.c.5.& hodie proprie hanc tertiam feriarum speciem cessationem seu a litibus vacationem nuncupamus, quibus durantibus, & patroni causarum,& Clientes ab illis immunes sint, generaliter autem præsupponas,quod omnes dies præter exemptos,seu exceptos,iuridici esse debent,& ad hoc vt iuridici sint, satis est excepcos non esse l.omnes.C.eod.tit. & ideo in Romana Curia feriæ indicuntur,tam ad absentium,quam præsentium commodum,ad hoc ne illi in tempore,tam periculoso ad eam accedere

& isti causas non tractare valeant, sanitati consulendo, vt Spe-
24 cul. vbi supra §. 1. num. 8. vers. verumtamen dixit. Feriæ autem principaliter in hac tertia specie, fauore messium, & deinde vindemiarum, adinuentæ, & introductæ sunt, ac feriæ messium per vnum mensem, & feriæ vindemiarum per alium durare debent, vt dixit Paul. de Castr. in dict. l. omnes num. 2. & messium siue vindemiarum tempore, nemo ad forum ire cogendus est, l. 1. ff. eod. ob id in fauorem litigantium ne tunc a re rustica ab-
25 strahantur inductæ dicuntur, vt dixit summ. Pontif. in cap. conquestus, vbi Innocen. num. 2. de fer. sed an in locis in quibus vinum non recolligitur, vindemiarum feriæ sint seruandæ. Abb. in dict. cap. conquestus num. 24. distinguendo decidit, aut (inquit) in illis locis non bibitur vinum, & non adsunt feriæ, vt in Hibernia, & seruandæ non sunt, aut bibitur, sed inibi non recolligitur, & tunc attendendæ, quia licet nō recolligatur, tamen est opus vt aliquo anni tēpore detur cōmoditas eundi ad eum per-
26 quirendum, idemq. dicendum erit, si frumentum non recolligitur, vt ibidem Innoc. num. 7. Immo licet non essent messes, neque vua, sed homines viuerent ex castaneis, nihilhominus præfatæ feriæ concedi debent pro commoditate quærendi necessaria ad victum. ita dixit Alexand. in dict. l. 1. num. 2. ff. de fer. quę etiam non habentibus vineas prosunt, Felin. in cap. significaue
27 runt, num. 2. de for. compet. & ideo dictæ ob necessitatem hominum, quia statuuntur fructibus decerpendis in æstate & autumno, ad requiem laboris, vt dum circa messes, seu vindemias laborant, quiescant a causis, & sic æstas, & autumnus dicuntur
28 indulgētior pars anni, cum hominū infirmitati indulgeant, cōcedendo eis ad victum necessaria. Per præsides autem terrarū secundum varietatem temporum inducuntur, quia in vno loco citius, & in alio tardius recolliguntur, l. preces. ff. eodem, & l. si in aliqua in princ. ff. de iur. omn. iud. Azo loc. cit. nume. 5.
29 & licet vindemiarum, vel messium tempore sententia ferri non valeat, & si feratur, nullitatis vitio subiaceat, vt lata contra absentem, cum nemo tempore feriarum compārere teneatur, cap. nulli 15. q. 4. cap. fin. vbi gloss. in verb. propter vindemias de iudic. cap. fi. de fer. Spec. in §. 2. in princip. eodem tit. l. 1. & l.
30 si feriatis. ff. eod. l. dies festos, C. de fer. tamen lata ante ferias exequutioni demandari potest dict. cap. significauerunt, & c. fi. vbi DD. de iud. Alexand. in cons. 130. num. 2. volu. 4. c. sicut
31 2. q. 1. cap. Adam. de pœnit. distin. 1. Bart. in l. ait prætor, §. si debitorum, ff. de his quæ in fraud. creditor. In causis autem

cōmissariis in Ro. Cur. stylus sē hēt, vt terminus habeatur, p̄ feriato antequā Feriæ indicantur, & deinde ipsis indictis, & durantibus, sententia feratur, quia (vt dixi) retrotrahitur sententia ad
32 diē citationis, ad id factæ; Consuetudo autē feriarū propter messes, siue vindemias in Ro. Cur. non admittitur, hē in ea existentes diutius sumptibus, & laboribus fatigentur, accēdēdo medio rēpore æstiuo, vt dixit Fel. in c. significauerunt. n. 10. de ind. Spe. in 5. 1. vers. penult. de fer. licet idē Fel. ibidē pro causis inter Romanos non firmet, qd cōsiderandū relinquit, & id credo stāte statutorum dispositione. At loco feriarum præfatarum in ea lōgiores, inducuntur, vt proxime dicam, nec mirum sit, si curia iuris ordine mi transgrediendo, quod duorum mensium tempus pro eis assignat, ceu per tres menses illas durare statuat, quia cum in initio vnius mensis pro messe cursus consideretur, & in fine alterius pro vindemiis, medio tempore, cum maximi calores in Vrbe, & mala æris temperies adsit, vt dixit Abb. in c. si uero nu. 2. de iur. iur. ad hoc, ne illi, qui ameno potiuntur cœlo, eam petēdo in tempore tam arduo, & deinde patrios dares repetendo vitæ periculum incurrant, quod facere coācti essent, si lites agerētur, vt suis negotiis præsto essent, & pariter, vt in ea degentes Aduocati, celeberrimi, ac subtilissimi Procuratores, una cum integerrimis dominis iudicibus, senio affecti, ac longo causarū discutiendarū tedio, & respirare, & incolumitati consulere valeant, sicque resipiscunt a controuersiis litigantes, & eis durantibus inter se fœdus habent, ob id. Summi Pontifices, qui omnia accurate gerunt, pet id continuum tempus eas durare & sta
33 tuerunt, & statuunt, nec verum est, quod inductæ sint fauore rusticorum, sed ob requiem laborum inter feruores æstiuos, vt di-
34 xit Imo. in d. c. conquestus, n. 3. de fer. Incipiunt namque die 10. Iulij, & durant vsque ad Kalendas Octobris, si dies illa talis fuerit, vt puta lunæ mercurii, vel veneris, quibus in sacro Rotæ Auditorio domini conuenire solent, sin secus finiunt in primo dicti mensis die Rotæ iuridico, & sic indicūtur, & explentur, ac ordo talis seruatur. Dum prope est dies 10. Iulii, in signatura gratiæ, assente S. D. N. antiquior ex cardinalibus Illustrissimis, inibi præsens, petit a Sanct. Sua veniam (si sic ei placebit) vt indicantur feriæ generales, & habito, sanctissimi assensu, R. P. D. Cācellariæ Regens, qui ex officii munere semper signaturis assistit deinde edictum proponit, quod affigitur in valuis sacræ Rotæ auditorii, & aliis locis solitis dictarum feriarum derogatorium & in isto tempore Signaturę coram sanctissimo solitę fieri semel

36 in hebdomada, interdum bis pro vt Sanct. Suæ placet, fiunt bis in mense, nec feriis durãtibus Signatura iustitiæ fit, qualibet die iouis iuridicto, secundum solitum totius residui anni, sed semel in mense, tuncq; nũ Signaturæ, sed congregationes Signaturæ appellantur, quia cum ordinariæ non fiant, ordinario nomine carere debent. Duratque (vt supra dixi) vsque ad priam diẽ mensis octobris, in quo RR. PP. DD. Rotæ Auditores conueniũt quorũ decanus meritissimus, qui hodie est R. P. D. Seraphinus Oliuarius clericus Lugdunensis vir in oi scientiarum genere doctissimus a primeua ætate in sacro illo loco summa integritate cura diligentia, studio, & laboribus maximo omnium applausu, & laude versatus, cum ceteris alii exemplarissimis Dominis Coauditoribus qui præ re Christiana quotidie laborare non cessant ipsisq. coadunatis, multis Aduocatis, Procuratoribus, & aliis astantibus, vnus ex Patribus doctissimã, elegantissimãue (vt eorũ in omnibus moris est) publicæ orationẽ habet, & lectis iuxta stylũ, nonnullis cõstitutionibus, reddere ius incipitur. Ho

37 neſtũ namq. est, vt Illustriss. Card. de hac feriarum indictione cũ S. D. N. verbum faciat, quia nemo præter Principẽ seu absq. eius mandato, eas indicere valet, & si ab inferiore indiceretur, absq. licentia, nullæ essent. l. a nullo, vbi Castr. n. 1. & Bald. C. eod. tit. & ideo non separatim datur mẽsis mesiũ, & vindemiarũ, quia sub isto tempore, ambo menses continentur. Fel. in d. c. significauerint, n. 8. & Spec. in d. §. 1. Durantibus itaq. feriis cuiusuis speciei

38 iudicis officium conquiescit. d. l. siue pars. C. de dilat. quod sec. Spec. in §. 2. in princ. de fer. intellige verum in causis contentiosæ iurisdictionis, & iurisdictio contentiosa tunc dicitur quando adest contradictor, & causæ cognitio cum citatione partis est

39 adhibenda, l. 1. ff. & l. fi. C. & capit. fin. ex. de fer. At quando sit actus iudiciarius, qui non dirigitur, neque scitur certus aduersarius, vt puta tutores pupillis dare, seu curatores minoribus, illosq. (si opus fuerit,) admouere decretũ in alienationibus

40 vel cõtractibus id requirẽtibus interponere, in causis alimẽtorũ de futuro præstandorũ dicto tpe, vtiq. id fieri poterit. Frãc. Are. in cõs. 97. n. 4. d. eadẽ ratione, vbi glo. in ver. cõstituatur. ff. de fer. Pariter causæ spirituales, quas pietas, & necessitas audiri suadet. Fel. in d. c. cõquestus. Azo vbi sup. d. l. eadẽ rõe, & Ioan. Sole. ff. & Bal in l. actus oẽs n. 2. & 4. C. de fer, ltẽ si res esset breui tpe periitura, nam vrgente necessitate tũc tolleratur, qđ aliàs prohibitũ esset l. 1. ff. de off. cõs. l. Senatus cõsulto. §. si quid. ff. de off. Procon. l. 1. §. sed excipiuntur, vbi gloss. in verbo vrget. ff. de fer. & alia

fieri solent, de quibus latæ in l. eadem oratione, & in l. solet. ff. eod. Azo vbi supra. nume. 7. At in curia feriis, non obstantibus, passim in Tribunali Gubernatoris, in causis sibi in suis facultatibus concessis, & in Tribunali A. C. in materia obligationis Cameralis, & aliis iuxta amplissimas eius facultates, pas-
41 sim proceditur, super quo non infisto. Quod verum intellige in diebus feriatis, non in honorem Dei. l. dies festos. C. eod. tit. licet in aliquibus causis, etiam in diebus in Honorem Dei feriatis, & non contentiose iurisdictionis, aliquid iudices facere ualeant, de quibus Spec. in §. 2. per tot. de feri. & late per Mandos. vbi supra quorum dicta si uidere cupis, ex ipsis legito, quę hic non referenda duxi, cum ordinem iudiciarium concernant, & sic alienum, à proposito nostro Themate, cum tantum de nostra commissione concedenda, & eius substantia, tractare intendamus, ac pariter an citatio facta die feriato, pro non feriato subsistat, vide Bald. in dict. l. dies festos. num. 2. & 3.
42 vbi Castr. num. 1. & Bar. in tract. de citat. num. 8. & 9. Ias. in lege 1. §. nunciatio. num. 8. uersic. in quantum. ff. de nou. opin. nunc Milis in suo repert. in uerbo feriatis diebus Abb. in dict. cap. conquestus. Fed. de Sen. in consil. 244. Castren. consil. 5. in primo volum. vbi de relatione nuncii, pari modo facta, etiam loquitur, & qui actus die feriato fieri queant, tradit Felin. in capit. significauerunt; col. 4. cum tribus col. sequen. de iudic. Currentibus, itaque supradictis feriis, multoties
43 Commissio nostra porrigitur, in qua petitur iudici, coram quo causa ante earum indictionem pendebat committi, ueteris non obstantibus ad causæ, seu causarum expeditionem proce-
44 dat; & commissio non conceditur, ita de facili in principio, quando sunt indictæ, quia uiderentur frustratoriæ impositæ, & sic non rescribitur, propter honorem indictionis, sed bene multis elapsis diebus, & tunc non passim, in omnibus causis,
45 sed in aliquibus, vt puta in causis paruí momenti, exequutiuis, mercedis, alimentorum de futuro, & in quibus fuit ante eas ceu ad finem pro cessum per iudicem, & idem in causis, quæ dilationem non patiuntur, vti uinearum, propter instantes uindemias. l. fin. §. sane quoties. ff. eodem, & aliis relatis per Bart. in l. qui pro tribunali. num. 5. vbi scrib. ff. de re iudic. rursus in causis fauorabilibus ultra relata, quæ sunt euacuationis domorum, earumque pensionum, viduarum, Pupillorum, & aliorum. de quibus in l. vni. & C. quan. Imper. int. pup. & uid. Depositorum, rei iudicatæ, exequutionis obligationis cameralis,

incursione

incursione pœnarum, fractæ pacis, legatorum ad pias causas, In causis rigorosis; vt puta in reis criminum, & delictorum,
46 quibus differendi iustitiam omnis occasio tolli debet, l. cum reis C. de pen. Bald. in l. obseruandum. C. quor. appel. non recip. Pariter conceditur, quando est de consensu partium, ac si de re ageretur, cuius dilapidatio durantibus feriis esset periculosa, vt de æquo existente penes hospitem, & aliis, de quibus per Bart. in d. l. qui pro tribunali. num. 5. Cauti Procuratores qñ huiusmodi commissionē effugere volunt, si adest rescriptū, cuius vigore causa principalis cōmittitur, pariter si erit Cōmissio appellationis vel quæuis alia, apponant in fine illa uerbæ uidelicet, feriis nuper per. S. V. indictis, vel in futurū indicendis minime obstātibus, quæ uerba, vel in futurum indicendis, necessaria sunt, quia si omittantur, non intelligeretur rescriptum de futuris, sed tantum de præsentibus, & iam cœptis. l. 1. vbi Alex. nu. 6. & Bar. ff. de fer. Ant. de But. in c. fi. eod. tit. quod ratione pateat, quia rescriptum, ad futura non ttahitur, c. fi. vbi glo. in ver-
47 bo ad futuras de rescrip. Bar. in l. 1. 6. 1. ff. de fer. Staf. de lit. iust. c. si comminssa. nu. 7. & tune non erit principaliter feriis derogatū, sed accessoriæ, quia rescriptum pro alia causa impetratum fuit, cum principaliter, commissio nostra expediatur, quādo de per se sola, & nil aliud in ea petitur, præter feriarum derogationem,
48 sed aduertas quod sub derogatione, ac clausula feriis non obstātibus, non comprehenduntur ferie, in honorem Dei, sed tantum illæ, in quorum dierum cursu procedi posset, perinde ac si indictæ non essent, l. fi. C. & c. fi. de fer. quia generalis seu indistincta exclusio feriarum, has non comprehendit, vt potentiores, & fauorabiliores, illi autem dies cum omni honore, & reuerentia celebrari debent. cap. 1. de fer. at contrarium faciendo homines distrahuntur, a diuinorum frequentatione, & Notarii lucro, & sic operi seruili intenti, in scribendo, si iuramenta extraiudicialia dare non debent, & si actus uoluntariæ iurisdictionis prohibiti sunt exercere, quanto magis iudiciales? Abb. in d. cap. fi. num. 17. & 18. de fer. immo quod plus est, si adessent verba in commissione singulis diebus, & horis feriatis, & non feriatis, licet non concedatur talis clausula, nihilominus non solum essent exclusæ feriæ, in honorem Dei, & sanctorum, verum etiam & creationis, & coronationis summi Pontificis, licet prima facie appareat, quod vis præfatorum uerborum, apta sit omnes dies feriatos comprehendere, quod uerum non est, & ita seruant curia, & consuetudo, de qua per Mand. in commissione de-

rogationis.

rogationis feriarum, versic. accedat quod in casu nostro Castr. in l.omnes. num.3. C. eodem. Felin.in capit.si diligenti.nu.20. de foro competen.& in d.capit.conquestus.num. 9. Bartol. in l. nec quicquam.§. vbi decretum. versic. de plano.ff. de offi. proc. & in extrauagan. ad reprim. in verbo de plano. capitu. placita 16.q.4.l.dies festos vbi Bar.C.de fer.Marant. de ord. iudic.par. 4.dist. 16.nu.8.immo si partes eis renunciarent, & stante tali renunciatione iudex procederet, omnia nulliter faceret.l.si feriato vbi Gloss.in verbo feriatis. ff. de arbit. Azo in sum. C.de fer. n.6.prohibentur autem tunc partes postulare, & sic etiam si cõsentirent eas iudex repellere deberet,l.quos prohibet.ff.de post. nam cui dubium est,quod sub nomine solemnium feriarũ etiam
51 in honorem creationis,& coronationis Papę contineantur ? qui Dei uices in terris gerit, nec in mundo maior ipso reperitur, ideo æquũ est, vt in eius honorẽ feriæ repentinæ seruentur, adeo quod ipsis renunciari nequeat.Bal.in l.1.nu.3.C.de fer. & in l.si vt proponas.C.quo.& quand.Iudic. Bar. in l.dies festos in prin. C.eo.tit.Abb.in d.c.conquestus.n.1.sed ad omne dubium,& disputationem tollendam, si non adsunt semper per Dñs Referen-
52 darios addatur verba post clausulã singulis diebus,& horis,præterquam in honorem Dei feriatis, licet in multis casibus propter periculũ more procedi possit,qualicunque die feriata. Felin.in d.c.si diligenti.n.14.Ancher.in consi.117.Alex,in l.si fideiussor. §.si satisdatum.ff.qui satisd. cog.& in consi.17.volu.4. quod non
53 prosequor,sed præfata intellige uera in casibus ciuilibus, non in criminalibus,quia sunt expediendę quanto citius fauore carceratorum,vt dixit tex.in l.properandũ,C.de iudi.tum etiã fauore fisci,cuius non interest, vt delicta impunita remaneant, l. publicas C. de fer.vbi Bar.Bal.& Castr.quod pariter declara, quo ad capturã, & torturã propter immanitatem criminis, vt dixit Boer.decis.259 n.8.Bal.in l.3.C.de epis.aud.Bar.in trac. carcerato.col.1.vers.secũdo principaliter,& licet Psal.105.dicat Beati qui custodiunt iudicium,& faciunt iustitiam,in omni tempore, non debet intelligi in his terminis, neque in die Dominico, ob id exequtio sententiæ, corporis afflictiuæ, in diebus festiuis
54 fieri minimæ põt,vt tenuit Boer.ubi supra,& Mand.lo.cit.q.12. cũ late adducẽtis,& dum dixi qđ actus iudiciarius, tpe feriarum exerceri non valẽt,& uerũ est,tñ appellatio interponitur, & appellationis libellus offertur l.1.vbi Bar.Bal.& Castr.C.de fer.licet feriis durantibus appellatio prosequi nõ possit,vt dixit tex. in l.miles.§.sexaginta.ff.ad l.iul. de adult.consuetudoq;se habet in Ro.Curia,vt cõmissiones tpe feriarũ, super appellationibus

expedian-

expediãtur,& deinde ad causas prosequendas expectetur,ac pa
56 riter ad procedẽdum feriarum finis. Sed in multis Ciuitatibus, in quibus nundine fiunt adsunt statuta, seu alia priuilegia, etiã a sede Apostolica concessa,vt aliqui ex ciuibus, ad iustitiam ministrandam officiales eis durantibus deputentur summarie, eo maxime in causis inter aduenas, inibi accidentes, & sic ius redditur vt plurimum in diebus feriatis,actusque contentiose iurisdictionis contra supra narratorum formam exercentur,nihilho minus valida sunt, & celebrati quæunt, & licet præfatæ feriæ sint de iure diuino,& de præcepto cathalogi,sabbata sanctifices, sicque per ius positium tolli non possint, & quamuis statutum, seu priuilegia dent normam,vt procedatur nulla iuris solemnitate seruata,& dictas ferias ad Dei honorem inductas non tollat,vt dixit Alex.in l.miles ff.de test.milit.Tamen quod procedi naleat, & statutum, priuilegia siue consuetudo sufficientes sint inducere in aliquibus casibus,& signanter in actis factis coram istis officialibus nundinarum,patet ratio,& licet ius positiuum non possit tollere ius diuinum, tamen illud interpretari valet, ex causa per Principẽ secularẽ inducta, uel aliã uniuersitatẽ,nõ solum per uiam legis, sed etiam consuetudinis. Nam lex diuina dicit,non occides,tamen in multis lex humana homicidium permittit.Lex diuina uult,quod in ore duorum, uel trium stet omne uerbum,& sic quod sufficiant duo testes c. omni, de testi. Tamen in multis casibus lex uult hoc non procedere.l. hac consultissima.C.de testam.c.præsul.2.q.4.& tales leges quo ad forũ conscientiæ ualent,dummodo fraus non ideruenìat,ut dixit Felin.in c.1.num.39.& in c.quæ ad Ecclesiarum num.4.de const.& tunc laici possunt,ut præmissum est statuere,quando adest materia aliquando per ius diuinum limitata,& in rebus prophanis in quibus habent iurisdictionem,& sit causa rationabilis, ut dixit Fel.in d.c.quæ in ecclesiarũ,n.16.17.& 18.ubi Abb.& in c.peruenit in fi.qui fil.sint legi.c.tuã de ord.cogn.Fed.de Sc.cõs.96. In casu proposito adest causa necessitatis,nã exteri in nundinis conueniũtur,oritur inibi inter ipsos lis,ne deueniatur ad arma, ac maius malũ euitetur,& ne interdũ,ex causa parui momẽti extra dictũ locũ unus alium quęrerẽ,& lõgo discrimine litẽ subire cogatur,licet sit dies festiuus,tamen bonum est,ut adsint officiales,qui lites huiusmodi summariæ dirimant,cum sit periculum in mora,& forenses discedant,diuersas petendo regiones, nec amplius in simul conueniant,& sic quod suũ est,aliquis consequi non ualeret,sũmariæ,etenim,& absque tela iudiciaria tunc ius redditur, & quando aliquid extra ordinem occurrit uidentur cessare

cessare præfatę ferię, vt in terminis. Bald. in cõs. 166. per tot. vol. 5. ac sicut in die festiuo potest, capi de fuga suspectus, quia periculum est in mora, & processus factus, tali die contra eum subsistit, l. fin. ubi Gloss. in uerbo fideiussores, & Bart. in primo not. & DD. C. de fer. Bar. in l. ait prætor. num. 3. ff. quæ. in fraud. credit. Bal. in l. sicut proponis. nu. 3. C. quo. & quand. iud. Castren. in l. Diuus in fi. ff. de fer. Ias. in l. uinum col. 3. uers. quarto istud probo ff. si cert. petat. Milis in suo repert. in verbo feriatis diebus Feli. & cano. in capit. fin. de iudi. Marian. Socii in tract. de citat. art. 19. ita etiam & isto casu, quia si extraneus recedit fugam arripit, igitur cum res breui peritura sit, quolibet die concedi debet, & probatio, & discussio. Alex. in l. Diuus. nume. 3. ff. de fer. Tiraq. de utraque retract. par. 1. §. 1. Gloss. 11. num. 12. Abb. in cap. fi. in fi. de fer. Feli. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. num. 32. de constitut. Præterea inibi adsunt causæ mercatorum, quæ summariæ decidi debent, & expediri, & maxime quia breui tempore præfatorum officialium est iurisdictio duratura, quod comprobatur eo maxime, quia per tempus immemorabile adest talis consuetudo tollerata, à summis Pontificibus, quæ habet vim statuti, & specialis priuilegii l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de acq. quotid. estiu. & de hoc uide late Marant. de ordin. iudicio part. 4. dist. 16. num. 87. & seq. Commissio nostra feriarum derogatoria non datur ordinariæ, in causis in rota pendentibus, licet interdum concedatur per Signaturam Papæ, quando ambæ partes concorditer eam petunt, vt puta si remansit dubium tantũ discutiendũ, in fine vacantiarũ tunc Rotæ Auditori iudici, Signatura demandare solet, vt cum dominorum Coauditorum voto, causa discussa in congregatione, quia post ferias ita uocatur, feriis nõ obstantibus, ad eius expeditionem procedat, & pariter dabitur commissio (vt dixi) si causa esset exequutiua, seu uni Auditori vt prælato, extra Rotam, & absque Rotæ participatione commissa, ideo ut causam Auditor expedire valeat, interdum relaxatur sibi iuramentum, vt late dixit. Mandos. in cõmis. nostra, ratio est quare in causis rotalibus feriis non derogetur,
58 quia Domini. Auditores non insimul feriis durantibus conueniunt ordinariæ, vt dixit. Galles. in tract. de vsu Palat. Apost. de Rotæ Auditorio, & Auditoribus verba faciens, raro etenim conueniunt, & quando id faciunt, est ob aliquas emergentes causas, nam si stantibus præmissis. Auditor non potest absque uoto, & Coauditorũ consensu sententiare, vt habetur in eorum constitutionibus de quibus meminit Car. in Clem. Au-

ditor

ditor.n.10.&cq.6.de reſcrip.qđ ex rotaliũ ſententiarũ lectura patet dũ dicunt, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam de Dominorum Coauditorum conſilio pariter, & aſſenſu ferimus, ideo ipſis non conuenientibus, ſuperflua eſt commiſsio. Ipſis toto anni circulo continuæ laborantibus,& valde, requies eſt concedenda, dum generaliter omnibus datur, ad hoc vt deciſiones extendere, quæ ad publicam inſeruiunt vtilitatem,
60 licet vim legis non habeant, vt dixit Felin. in cap. ex parte nu. 49. de reſcript. ſed an ſint authenticæ, tradit Gemi. in cap. neque 9. diſt. & in c.ſi duobus de reſcrip.in 6. ſunt namque ab omnibus ſeruandæ in iudicando, vt ſupra dixi & an tempore feriarum, poſsit in Rota petitorium ſuſpendi, & procedi in ſolo poſſeſſorio, vide deciſio. 2. de cauſ. poſſ. & prop. in nou. Signatura autem Iuſtitiæ non conſueuit, concedere in Rota huiuſmodi cõmiſsiones feriarũ derogatorias,ſed bene quando vti Prælatus, Notario archiuii ſolito in cauſa exiſtẽte auditor deputatus procedit,ac etiã in cauſa,in qua ſimul Domini Auditores cõueni rent, vt interdũ facere ſolent, & an tẽpore feriarũ generaliũ poſſint in Rota decerni cõpulſoriales generales, vt in iuridicis diebus vide Io.Paul.dec.4.In aliis autẽ cauſis, coram prælatis vertentibus, modo & forma ſupradictis dantur, ſed non in curia Capitolina quia cum ibi adſint, ſtatuta in hoc diſponentia, & formam conſtituentia ſunt ſeruanda, & nil reſcribendum in dicto foro in hoc particulari.Feriis pẽdentibus cõquieſcit iudicis officium, ita pariter conquieſcat, hæc prima noſtri tractatus pars, donec ad ſecundam deueniamus.

FINIS PRIMAE PARTIS.

ditor. 1. 3. q. 6. de ferijs. q. ex rotulis fementarij legitura pa
tet dicunt, per hanc nouam diuisionem fentiam, quam
de Dominorum Curialium consilio promulgauit, & authori tati-
mus, ideo ipsis non communicamus, superfluus est commissio.
Ipsis 100 annis circulo continuis laborantibus, & valde requisi
ti concedenda, dum generaliter omnibus datur, ad hoc vt de-
clarationis existentes, quæ ad publicam vtilitatem,
licet vim legis non habeant, vt dixit Felin. in cap. ex parte no.
10. de scriptis. sed an sint authenticæ, tradit Curt. in cap. re-
quæ 3. dist. si in c. si duobus de ferijs. in 6. sunt namque ab om-
nibus ferendæ in iudicando, vt supra dixi, & an tempore re-
rarum, polsit in loco petitorum insurgi, & procedi in lo
petitorio, vide Decius. 2. de caus. poss. & proprie. non. Segna-
tum autem Iudicem non conuincit, concedere in loco humido
dilationes ferijarum, & derogatorias, sed tene quando vti Prælà
tus, Notarius autem in loco in causa assistere auditor deputatus
procedit, ac erit in causa, in qua simul Dominus Auditores cœnsi
rent, vt tradit Decius ibidem, & an tempore feriæ alij pos-
sint in Rota decerni expeditiones generales, vt in locis die-
bus vide Io. Paul. dec. 4. in alia sua causa, coram præfatis ver-
tentibus, modo & forma superius dictum, ita non in curia
Capitolina quia causæ ibi actum, datus in hoc differentia, &
rarum consistentia sine [illegible]
declaratio in hoc particulari. Et si pendentibus [illegible]
dinis, ita pariter competit [illegible]
pars, vnde ad reconditum deuenimus.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

REPERTORIVM

ORDINE ALPHABETICO

QVAE IN HAC PRIMA



AD LECTORIS COMMODVM

REPERTORIVM

ORDINE ALPHABETICO

OMNIVM NOTABILIVM

QVAE IN HAC PRIMA Voluminis parte continentur.

ABsolvtio alia est pœnitentialis, alia iudicialis numero 2. 18.
Absolutio à iuramento quando dicatur nu. 4. 18.
Absolutio quid sit nu. 6. 18.
Absolutio idem est quod impedimenti remotio nu 6. 18.
Absolutio finalis, & formalis requiritur ad totalem liberationem numero 12. 19.
Absolutio iudicialis duplex est nu. 3. 18.
Absolutio quadruplex est sec. logicos bimembris nu. 1. 18.
Absolutio, quæ vocatur à Iuramento ad effectum agendi, non ita, sed relaxatio seu habilitatio Iuramenti est vocanda nu. 5. & 9. 18.
Absoluere à Iuramento præstito principaliter ad honorem Dei nemo potest, nisi ipse Deus, & Papa cum causa nu. 5. 28.
Absoluere à Iuramento, ad commodum Hominis, Episcopus, neque Papa sine causa possunt nu. 6. 28.
Absurditas est euitanda nu. 34. 89.
Actus contra Iuramentum gestus quando sit nullus, vide exempla nu. 24. & 25. 63.
Actor, vel reus quis dicatur in commissione iactationis nume. 13. 19. & 20. 173.
Actor suam intentionem fundare tenetur nu. 14. 174.
Actio Iniuriarum datur calumniato in iudicio nu. 10. 187.
Adiunctus per Signaturam Iudicibus dandus est cum maxima consideratione nu 6. 100.
Aduocati sequentes Doctrinam Bal. & Salic. in auct. si quis ab aliquo C. de Testamentis animæ eorum præiudicium inferunt nu. 43. 182.
Aestas, & Autumnus dicuntur indulgentior pars anni nu. 26. 213.

Alimenta masculo puberi relicta durant vsque ad 18. annum, & fœmine vsque ad 14. nu 1. 155.
Alimentorum causa summaria tractatur nu. 6. 156.
Alimenta, & expense litis subministrantur quando dives trahit pauperem ad litigandum in Curia quomodo & quando nu. 41. 165.
Alimenta an in domo relinquentis, vel alibi præstanda nu. 21. 159.
Alimenta denegans hominem necat nu. 35. 164.
Alimenta debentur illi cui sunt relicta, licet se ipsum alat nume. 45. & 46. 166.
Alimenta de præterito non sunt ita priuilegiata, vt de futuro, & quare nu. 39 164.
Alimenta ad fauorem, & commodum hæredis præstantur, & an in eius domo an alibi nu. 22. 159.
Alimenta habere, vel non habere quando dicatur nu. 26. 161.
Alimenta nec compensationem, nec appellationē admittunt nu. 2. 155.
Alimenta piæ causæ aquiparantur, & quando diebus festiuis de eis agatur nu. 3. 155.
Alimenta nec. l. municipali, nec pacto tolli possunt nu. 6. 156.
Alimenta relicta pueris crescente ætate augentur nu. 33. 163.
Alimenta secundum vires hæreditarias præstanda nu. 21. 159.
Alimenta integrè debentur licet fructus fundi super quo sunt fundata non sufficiunt nu. 54. 168.
Alimenta per multos annos non petita an peti possint nu. 50. 167.
Alimenta pluribus relicta, si vnus vel duo ea petere velint, & cæteri non an id facere possint nu. 49. 167.
Alimenta si à pluribus præstari alicui debent inter quos adsit Clericus an causa coram Ecclesiastico vel laico Iudici tractanda nu. 46. 166.
An Iudex vti delegatus, seu Ordinarius procedat cognoscitur ex modo procedendi nu 8. 172.
An nouus terminus contumaci in materia l. diffamari sit dandus nu. 33. & 34. 179.
Cautela pro procuratoribus ibidem nume. 35. & 37. 180.
Antiqui vnde ferias denominabant, & quæ tunc erant nu. 1. 209.
An pendente causa iactationis coram vno Iudice possit eadem intentari coram alio nu. 21. 190.
Appellatio an à concessione relaxationis iuramenti sit danda nume. 22. & 23. 63.
Appellatio an detur si fuerit pronunciatum debitorem ad cessionem bonorum esse admittendum nu. 42. 142.
Appellatio Iudicatum suspendit nu. 34. 194.
Appellatio non admittitur in causa alimentorum de præsenti vel futuro nec Signatura rescribit absque clausula sine recordatione præstationis

alimentorum nume. 34. & 40. 164.
Appellatio tempore feriarum interponi potest nu. 54. 218.
Appellari debet non obstante quod Iudex fuerit suspectus allegatus si procedat nu. 42. 110.
Appellatur à sententia lata in materia l. diffamari nu. 22. 193.
Arbitri de iure eligebantur ad cognoscendum an esset suspitionis causa legitima hodie non est in vsu nu. 10. 100.
Arbitri consultores vel Notarij allegantur suspecti sec. dispositionem iuris ciuilis nu. 14. 101.
Arbiter seu arbitrator an possint allegari suspecti nu. 23. 105.
Arbitrorum electio est differens inter iuris canonici, & ciuilis dispositionem nu. 51. 112.
Audiat qui preuenit hodie non est in vsu, & quid fernetur nu. 47. 95.
Auditores Rote Ro. habent authoritatem relaxandi iuramenta in causis coram ipsis pendentibus etiam absque citatione intellige ad effectum agendi tantum nu. 18. 37.
Auditores Rotæ quare fatalia prorogent absque commissione numero 12. 199.
Auditores Rotæ raro tempore feriarum conueniunt, & vocatur congregatio tunc nu. 58. 220.
Auditor Rotæ sententiam profert cum consensu aliorum coauditorum num. 59. 221.
Auocatio causæ quid sit & a quo fit nu. 1. 67.
Auocatio causarum quid operetur nu. 1. 73.
Auocatio causæ interdum fit motu proprio, interdum per commissionem nu. 43. 92.
Authoritas Ecclesiæ semper in relaxatione iuramenti est requirenda numero 49. 26.

Bannitus si durante tempore ad soluendum bona eius confiscantur, non efficitur perinrus nu. 37. 24.
Beneficium cap. Odoardus, & cap. peruenit non datur nisi Clericis numero 21. 150.
Beneficium cap. Odoardus, & cap. peruenit non datur nolenti soluere pensiones nu. 22. 150.
Bona a beando dicuntur nu. 19. 158.
Bona debitoris pendente dilatione, an sint sequestranda nu. 13. 118.
Bona stabilia si eorum incroitus seu fructus non sufficiant pro alimentis relictis prestandis an debeant alienari nu. 17. 158.

Cameralis obligatio ex particulari priuilegio non virtute iuramenti habet executionem paratam nu. 3. 47.

Cameralis obligatio quare adinuenta fuit nu. 4. 47.
Canonicus dimittens canonicatum liberatur a iuramento præstito, & si denuo efficitur canonicus in eadem Ecclesia denuo iurare tenetur numero 21. 51.
Causæ importantia & alia sunt in commissionis auocationis concessione considerandæ nu. 3. 67.
Causę magnæ importantię Romana Curia sunt dignæ nu. 4. 67.
Causæ concernentes interesse animæ Sedi Apostolicæ sunt reseruatę num. 5. 67.
Causæ beneficiales sunt Rotales nu. 6. 68.
Causæ minimę non debent in Ro. Cu. tractari nu. 7. 68.
Causę matrimoniales non demandantur nisi Ordinarijs vel eorum Vicarijs nu. 32. 73.
Causa quando litigantes sunt eiusdem dioecesis non committitur extra vnã dietam nu. 1. & 2. 84.
Causa vltra vnam dietam committitur in Ro. Cu. nu. 10. 85.
Causa semel effecta Curialis durat semper curialis nu. 14. 85.
Causæ quando ad partes remittantur nu. 16. 86.
Causa, in qua Auditor Rotæ semel pronunciauit non committitur amplius extra Rotam nu. 17. 86.
31 quãd. Imp. int. pup. & vid. vt similiter tetigi in d. com. auoca. Sed ne nimis prolixus sis, sufficit, vt in cõmissione substantia rei de qua tractatur exprimatur, pariterq. instrumentum, sententia, merita causæ, vel similia cum clausula relatiua, & alias, vt plenius in processu causæ, vel instrumento, seu sententia latius continetur, quibus relatio haberi placeat, perinde, ac si in præinserta exprimeretur. Bal. in l. instrumentorum num. 1. vbi lasc. etiam num. 1. & sequen. C. de prec. imp. off. & ista de causa adinuenta fuit clausula præfata, & aliàs vt plenius, &c. supradicta, quam practici passim apponere solent in commissione, narrata

32 rata subſtantia, ſed cautus in hoc ſis, etiã, ne aliquid aſſertiuæ, vel enunciatiue, quod tibi ſeu tuo principali nocere poſſit, in cõ miſſione dicas, quia cum nulla maior ſit probatio, quã illa, quæ fit in præcibus Principis, l. cum precum. C. de liber. cauſ. Bal. in l. 2. n. 3. C. de error. Aduoc tales conceſsio in reſcripto facta, con tra impetrantem probabit, vt dixit Mandoſ. in reg. de non iudi can. iux tenor. ſuppli. q. 8. n. 11. Io. And. in c. cum in poſitionibus poſt prin. verſ. faciunt prædicta, de iur. iur. in 6. Bellam. dec. 684

33 & 691. Seruari etiam debet ſacri Concilii Tridentini diſpoſitio de qua in c. cauſæ omnes 24. ſeſſ. ſi appelletur ante diffinitiuam quia in partibus cauſa remitti debet ordinarie, cum in eo ca ueatur, vt inibi primæ inſtantiæ cognoſcantur, nec auocentur niſi per commiſsionem manu met S. D. N. ſignatam. Abs re igi tur non erat, niſi cauſa vrgeat, vt in dicta inſtantia a præmiſsis

34 Signatura iuſtitiæ ſe abſtineat, quia ſi legibus, nec ſtatutis non ſolet derogare, nec poteſt. Staff. de lit. iuſt. capitu. ſecundum eſt. num. 4. l. 2. C. de diuer. reſcrip. c. cauſam quæ de reſcrip. & cũ nomen iuſtitiæ portet, illã ſequi debet quod derogando non fa ceret, tanto minus ſacro œcumenico Concilio Ttidentino, in ſancti Spiritus nomine congregato, cuius derogatio (vt ſupra dixi) ſoli Papæ reſeruata eſt, & ſic niſi a diffinitiua, ſeu vim diffi nitiuę habente appelletur, reſcribendum non erit, dummodo ſecus ex allegata rationabili cauſa, ſignaturæ viſum non fuerit ſeu ſuſpicio militaret, & quando ſumus in cauſis ad forum ec-

35 cleſiaſticum pertinentibus maxime beneficialibus alicuius cõ ſiderationis, in locis per quadraginta miliaria, & plus etiam a curia diſtãtibus, de facili datur commiſsio in curia ſi allegetur releuans aliquid, quodq; dignoſcetur legitimã ſubeſſe cauſam vt in partibus cognoſci nequeat, quia cum ſint curiæ propinqui & in ea eſſet cognoſcenda in ſecunda inſtantia, cũque nullus ad ſit Metropolitanus per centum miliaria, & vltra, reſpectu Pa pæ, idem reſpectu vicinitatis eſt, vt in curia, quam alibi cognoſcatur, eo maxime, quia melius in ea diriguntur, & defen duntur, remoto periculo proceſſum de partibus, in quibus vt plurimum multæ adſunt nullitates, ſecus autem in prophanis,

36 vt infra dicam. Licet aliàs fel. recor. Gregorius Papa XIII. vir nempe decliſsimus, ac a teneris annis in Rom. Curia verſatus, exiſtente Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Cardinali Aſcanio Sforti a bo. mem. Tunc Signaturæ iuſtitiæ præfecto viro literis prædito acintegerrimo, ſub cuius regimine cauſæ ſubtiliſſime diſputa bantur, Sanctitas ſua mandauerit, & declarauerit quod cauſæ beneficiales, quando literæ ſub plumbo expeditæ reperiuntur,

& de

& de literarum Apostolicarum intellectu tractatur, etiam in prima instantia. per Signaturam Iustitiæ in Curia committerentur, ea motus ratione, vt prædictus Illustrissimus Cardinalis in Signatura retulit quia iudicare de uiribus literarū Apostolicarum ad Rom. Curiæ iudices, & in specie in sacro Rotæ auditorio, in ipsis versato, & non ad alios inferiores pertinet, & sic pluries rescriptū fuit quodque ordinarie in prima instantia causa beneficialis, sup eius bonis seu interesse, ac pariter animę in partibus sit tractanda, & in secunda si causæ qualitas id requirit in curia ante sacri Concilii dispositionem, dixit sum. Pont. in cap. conqueſtus, vbi DD. de for. comper. Causæ prophanæ in terris ecclesiæ per breue, & interdum per bullam sub plumbo
37 committuntur, idcirco quando in commissione non adsunt illa verba, & per breue Sanct. V. hac supplicatione introclusa, &c. si ad partes causa committatur, addi debent per Referendarium, alioquin commissio absque illis verbis non concedetur
38 quod ex duplici fit ratione, secun. Staff. de lit. iustit. in cap. quando petitur, num. 1. & 2. Prima ad hoc, vt expediantur literæ
39 propter luchrum collegii secretariorum breuium, Secundo, quia per breue orator habet iudicem, quem petit, sed si quis per bullam vellet expedire, apponitur, mentio talis expeditionis in rescripto, expediuntur multoties per bullam, quando aliquis de collegio scriptorum breuium habet interesse in causa, ne ob id cum clausulis mutillatis ac insipidis relaxetur rescriptum quod non fit in Cancellaria; Sed quando contra iudicis personam pars opponeret, tunc de iudice concordare coguntur, & in curia coram D. Cancellariæ Regente & extra curiam coram Referendario, vel substituto illustrissimi Cardinalis præfecti siue coram breue seu literas expedientes, & ego præfatis tertiam addo causam, quia magis sedis Apostolicæ decus est, vt per breue, seu bullam ita rescribatur extra curiam, quam per commissionem, quod fieri non
40 solet, & appellatione rescriptorum omnia rescripta Apostolica, quomodocunque expediantur continentur, Staff. vbi supra cap. 1. & cap. 2. Sed inuigilandum est, ne extra statum eccle-
41 siasticum, in Dominorum temporalium iurisdictione causæ laicorum ipsis Dominis temporalibus subiectorum committantur, quia cognitio ad eos, eorumue ministros pertinet, multoties autem videmus, quod quando aliquis laicus in temporalibus sedi Apostolicæ non subditus, in prophanis causam in Curia committi curat, Princeps eius Dominus, potius de facto, quam de iure procedendo, ad suam iurisdictionem conseruan-

seruandam iubet immo sub pœnis præcipere solet, quod a tali prosequutione in curia desistat, & coram suis iudicibus causã in partibus agat, ideo si forte rescriptum sit, solet Signatura de facili commissionem e medio tollere, & sic impedimento sublato, in partibus causa remanet, & Romana Curia immo sedis Apostolicæ Iurisdictio tuetur, tũcq; potius ex Signaturæ decreto videtur causa remissa, quam de facto auocata. Quod iudicio meo alia etiam sit ratione, vt summus Pontifex temporalium Dominorum malitiæ occurrat, quasi de peccato ipsorum diminuens secundum Vestr. in sua praxi libr. 3. capit. cæterum extra viam num 8. & 9. Imol. & Butr. in clement. pastoralis, de re
42 iudic. Soci. cons. 164. vers. quartus est casus vol. 6. Papa autem temporalium Dominorum iurisdictionem, dummodo causæ cognitio ad forum ecclesiasticum non pertineat turbare non in
43 tendit, vt eleganter dixit Abb. in cap. ex suscepto numer. 2. & 6. de for. compet. Immo si ad Papam in similibus causis appellatio interponatur, ex ommissione formæ substantialis potissimũ cum necessario requiratur vt ad superiorem appelletur, secun. gloss. in c. 2, de consuet. in 6. & moder. in rub. de app. ac Papa, vt putà in terris imperii, ac aliorum dominorum, non dicatur in temporalibus iurisdictionis temporalis Dominus, quia contra laicos inibi in prophanis eam exercere non potest, ideo respectu formæ appellatio ad eum interposita erit nulla, vt dixit Ruin. in cons. 113. num. 6. & 7. volum. 4. DD. in cap. nouit de iu-
44 dic. & in cap. licet de for. compet. In ecclesiasticis secus, quia cum Papa omnium beneficiorum, & ecclesiarum vbicunq. sit dominus ac liberam habeat iurisdictionem, in causis spiritualibus, & animæ interesse concernentibus, ad libitum de ipsis, & com-
45 mittendo, & auocando disponere potest. Dicebam supra, quod aliquando appellatur ab interloquutoria, aliquando a diffinitiua, si ab interloquutoria scias, quod tam de iure Pontificio, quam Cæsareo, causa exprimi debet Bart. in l. ait prætor. 5. permittitur, ff. de minor. Paul. de Castr. in l. 1. 5. fi. n. 7. vers. ista est bona causa. ff. de app. Fel. in c. accedens el 1. n. 6. vt lit. nõ contest. ac expressam causam iustificare. Corn. cons. 281. nu. 21 vol 1. ratio (vt dixi) est in promptu, vt uideri posit an causa,
46 a qua appellatur sit de approbatis a iure, quia vt citius litibus imponatur finis, ita de facili ab interloquutoria appellatio non admittitur. Bald. in l. cum solum numer. 10. C. de sentent. & inter. omn. iudic. Iason. in l. apertissimi num. 15. C. de iudic. & hac de causa reuocandi interloquutoriam in tempore a iure statuto, iudici facultas attributa est, cap. debi-

tus

tus de app.c.1.eod.tit.in 6.Bart.in l.2.n.2.ff.de app.recip.aliàs, vt ait ibi Bart.& Marant.vbi supra.n.153.sequeretur absurdū, quod nunquam appellationes reiicerentur, sed a quibus interloquutoriis appellari queat, late vide Marant.in loc.ci.a n.155 vsque ad num.214.quas sigillatim ponit,& hic ego non repeten
47 das duxi.Hoc tamen non ommittam dicere,quod appellatio ab interloquutoria non iustificatur ex nouiter deductis, sed bene appellatio a diffinitiua, ratio est, quia ab interloqutoria cum deroget iurisdictioni ordinariæ,& habeat tantum oculos retro est odiosa.Rot.deci.1.vt lit.pend.in nou.& quod in tali appellatione requiratur causa sufficiens,dixit tex.in c.cordi de app. in 6.& in c.quo ad consultatione de re iud.Bar.in l.ait prætor, col. 2.vers.item nota,quod dicit iniuriam.ff.de minor.Bar.in l. minoribꝰ in 1.col.vers.quarto notatur.C.ad fillan Inn.in c.fi.in gl. in verb.procurauit de oper.no. nunc. Et quod aliàs rescriptum reddatur nullum, dixit idem Inno.in cap. ex literis in gloss. in verbo expressam de off.deleg. Franc. in c.ex parte nobis de ap-
48 pel.& optime Frāc.Are.in cons. 106.nu.1.2.5.& 6.& quamuis sigillatim in dicta appellatione causas fore exprimendas dixerit d.clement. appellanti tamen satis est,per quandam relationem exprimi, vt exempli gratia,allego causam grauaminis ex exceptione pacti mihi competentem,prout de ea cōstat in actis & tunc,quia virtualiter,seu mentaliter comprehenditur necessario ex verbis præfatis dicetur nominatim,& sigillatim expressa,& idem si de grauamine constaret iuris præsumptione.Alex. consil.126.num 11.volum.6.Angel.consil.313,quædam D.Ioanna.Bald.in l.minoribꝰ.C.de his qui.vt indign.Alex.in l.vbi autem non apparet §.illud.ff.de verb.oblig.Dec.consi.687.Fel.in
49 c.accedens,vt lit.non contest. Interloquutoria vero illa dicitur quæ nullatenus de diffinitiua participat, nec illius vim habet, & ideo si per eam reiiciatur exceptio, quæ ad processum opponitur, ac per diffinitiuam reparari non posset, datur appellatio. Bartol.in l. eius in princip.ff.de appellat. recip. & an statutum prohibens appellationem ab interloquutoria valeat de iure canonico permittente,a qualibet interloquutoria appellatio
50 nem,vide Franc.Aret.in d.cons.106.n.9.& cons.seq.At quando appellatur a diffinitiua tunc non requiritur causæ declaratio, siue expressio Bart.in l.1.§.fi.in princip.ff.de appell. Rom. cons. 424.num.7. cap.quo ad consultationem,& c cum in ecclasia de
51 appel.l scioꝰ§.quid ergo.ff.eod.Sed sufficit vt cognoscatur differētia, qđ appelletur ab interloquutoria,seu diffinitiua,vel diffinitiuę vim habente,apponere verbum appellationis,& appella

tionum,

tionum,a sententia diffinitiua licet abundando in cautela ponatur verbum,siue diffinitiuæ vim habente Ang.cons.297.Ro.cōs.41.in princ.& pari modo sicut exprimere causam in diffinitiua necesse non est,ita pariter, nec in interloquutoria eandem vim habente.Bald.in l.minoribus C.de his qui.vt indign.Abb. in c. peruenit,col.2.de appel.Philip.in c. vt debitus eod.tit.Marant. vbi supra num.142.& 153.Franc.Aret.d.consil.106.num.5.Butr.in c.tua nobis de app.& moder.in c.peruenit eod.tit.Bal.in l. pen C.quor.app.non recep. Fallit tamen in sententia diffinitiua lata in visitatione, seu morum correctione,vt paulo infra dicā;
52 pariter fallit quando appellatio esset contra ius,quia licet a diffinitiua,seu illius vim habente,nihilhominus causæ expressiore quiritur,Abb.in c.cum speciali.§.porro.n.6.de appel. Innoc. in c.pastoralis.§.præterea de off.delegat,Roma. in cons.424.nu.7. Spec.in tit.de exeq.sent.§.nunc dicendum,vers. quid cum iudex licet non expressa possit iudex videre,an appellatio sit legitima & gustato de validitate a die cognitionis inhibere, vt dixit ibidem Abb.quamuis in practica contrarium,seruetur, quia statim iuxta formam commissionis, & bene ac parendo apostolicis rescriptis;iudices cui rescripta dirigūtur inhibēt,& talis est
53 Curiæ consuetudo,vt dixit Staf.de lit.iustitiæ,c.in commissione n.4.cum addut.quod facere omnino debent,cum inserrtione cōmissionis, aliàs inhibitio est nulla ,nec citatus tenetur comparere,& iudex nulliter procederet.Bal.in marg.ad Inoc.in verb.
54 citatus non tenetur, &c. Caueant autem Domini mei Referendarii delere in commissione appellationis illa verba,seuvim diffinitiuę habētis,sed ea intacta relinquāt, illos aūt delentes ignorantes vocat.Vestr.in sua prax.lib.7.c.3.nu. 4. & ratio est quia quo ad admissionē appellationis supradicta verba æquiparantur,& vnus alteri æquipollet,cum habeant in diffiniendo eandē vim,vt ibidem Vestr,& ideo apponuntur illa verba diffinitiua, seu vim diffinitiuæ habente,quoniam ab interloquutoria nō datur cōmissio appellationis, ic circo si non aderit illud verbum non erit commissio concedenda,aut debet per D.Referendariū addi.Mandos.in commiss.appel.in prima instantia,in verbo diff
55 finitiua,Appellari a futuro grauamine extraiudicialiter potest. vbi iudiciū valet,licet personæ,propter quas appellatur,non nominentur,& ista appellatio extraiudicialis non habet effectū nisi a tpe illati grauaminis , & tunc incipit currere tēpus c. sicut
56 de app.dec.32.de app.in anti.Appellare ab omnibus iudicibus siue ordinariis,siue delegatis a iure permissū est,& nemini prohibitum,cū appellatio(vt dixi)sit remedium oppressorum,c.oēs,

&c.

& c.ad Romanam, 11.q.6. Spec.in tit.de app.§. nunc videndum
in prin.c.cũ speciali §.porro de app.Soc.in cons.165.col.3.vol.2
57 Marant.vbi sup.n.247.Stat tamen in arbitriũ appellantis, & sic
victi,nõ tamen appellati,seu victoris,sibi iudicẽ ad quẽ eligere,
vnde si appellans a sentẽtia ordinarii prouocet,ad Archiepiscopũ,nõ põt appellatus dicere, volo, qđ tu appelles ad Papã quia
cũ non sit grauatus,ex quo vicit,non auditur d.c.vt debitus Inn.
in c.si duobus de app.iudicem aũt eligere ad appellantem per-
58 tinet.Nec dicere ommittã,qđ Archiepiscopus non habet iurisdi
ctionẽ in subditos suffraganei,nisi ad ipsum appellatio interpo
natur,c.pastoralis de off.deleg.quod tamen intellige vt per Ab.
in c.ab excõmunicato nu.13.de rescrip.supradicta tamen limi-
ta non procedere si iudex ad quem esset suspectus, legitimæ seu
59 tutus non pateret accessus(vt dixi)in commissione de iudicum
suspitione,pendente appellatione seu termino decem dierum ad
appellandum de iure communi appellanti iudulto iudex, a quo
nihil debet,nec potest innouare in causa,in qua fuit appellatũ,
l.1.vbi Bar.& DD.ff.nil nou.app.pend.c.non solum de app.aliàs
omnia per viam attentati reuocantur.Phil.in c.consuluit.col.2
& c.bonæ de app.vt latius,Deo dante,loquar in commissione at
tentatorũ ratio præmissorum colligitur ex d.l.1.quia interpo-
sita appellatione integer status videtur,adeo vt ibi dixit gloss. in
verb. nouari, & Bartol. numer.2. quòd si non fuerit appellatũ
nihilhominus iudex non valet suam exequi sententiam, etiam
si appellationi non detulisset, debet autem in dicto termino ab
exequutione abstinere,seu donec videatur per signaturam, vel
alios superiores an appellatio sit admittẽda,nec ne.Inn.in c.pa-
storalis n.3.de off.dele.& abstinendo benefacit, vt ibi dixit Inn.
n.6.& tex.in d.l.1.quod non habet locum in causis,in quibus ap
60 pellatione non obstante a iure datur iudici exequendi facultas
l.1.ff.de app.recip.Idque maxime intellige verum, in sententia
lata super re,vel rebus salutem,animeq.interesse cõcernentibus
& a sententia morũ correptionis,ac in specie visitatorũ,Abb.in
c.ad hæc,n.2.de app.& in c.licet.n.1.& 4.de off.ord. & in c. cum
speciali.§.porro n.3.& in c.Abbate.de app.statuitq.idẽ sac.Cõc.
Trid.sess.24.c.10.incip.episcopi, qđ prius dixit Abb. in c. ad no
strã n.7.& 8.đ ap.nullã hodie asserãs in hoc esse differẽtiã inter
61 clericos seculares, & regulares. Qđ sano modo intellige nisi in
correctione excessũ fuerit,nã ab excessu tũc daretur appellatio
Ab.in d.§.porro.nu.3.& in c.ad nostrã allegato n.7.sed maxima
est i huiusmodi cõmissionis cõcessione cõsideratio:& mãturitas
adhibẽda,at caute procedẽdũ, quia piæ,ac iuste in religionibus

maxime

maxime monacorũ,talis appellãdi vſus ſublatus eſt, nã ſi poſſet accidere monachum aliquem iniuria læſum affligi a Prælato,tamen ex appellationibus multa damna ſequuntur, quæ religionis neruum,& decus potiſsimum macularent,vt dixit Cou. practic. quæſt.c.23.nu.6.verſ. octauo apparet. & ex mente Soti lib. 5.de iuſt.& iur.q.6.art.3.vt latius plures limitationes ponẽs,cõ ſuluit.Corn.in cõſ.193.n.16.vol.2.Neceſſario quippe cauſa grauaminis in huiuſmodi commiſsione appellationis eſt exprimẽda,ſeu deguſtanda;licet regulariter (vt dixi) in aliis,a diffinitiua ſecus,& id,quia de iure in hoc caſu generaliter appellatioeſt prohibita,ideo ad hoc vt cognoſci poſsit,an modus exceſſus, & ſic ab appellatio ſit concedenda,eius narratio requiritur,ca.licet in corrigendis de off.ord.c.de priore & c.reprehenſibilis de appel.quia ius reſiſtit.Abb.in d.c.ad noſtram n.9,Rom.con.351 Cald.cõſ.20.de reg.qualitas etenim cauſę,& ſic expreſſio,vel nõ expreſsio grauaminis,ſufficiens erit ad retardandũ animũPapę ad appellationẽ concedendã,vel non; ideo vrgens & neceſſaria. Fel.in d.c.ad.noſtram n.7. vbi Inno. & Canon. Anchar. in conſ. 410.num.3.Philip.in cap.paſtoralis col.6.verſ.non operatur de app.licet contrarium aſſerat.Rom.in l.1.ff.de verb.oblig.quem ſequutus fuit,Fel.in c.quo ad conſultationem de ſent. & re iud.

62 Tamen non hanc,ſed primam fore opinionem ſequendam dixit Feli.in d.c.ad noſtram n.7 de quo ſatis. Præterea iudex particulariter in commiſsione petitus,raro conceditur,quia affectatus videtur,ſed alius loco ipſius ſubrogatur,tunc vero cum ad partis poſtulationem deputetur,ſuſpectus redditur,Io.And.& Archid.in c.ſi contra vnum de off.deleg.Bal.in cap.de canſis col.7. eod.tit.l.obſeruandum,vbi Bar.ff.de iud.Vehemens etenim oritur præſumptio,ne iudex petitus ſit petenti, & propitius, & fauorabilis,ob id eum allegandi ſuſpectum collitigans iuſtã cauſam habet.Id tamen intellige,niſi ex cauſa neceſſaria eidem re-

63 ſcriberetur,ſeu niſi alias Signaturæ uiſum fuerit expedire. Renunciatum appellationi cenſetur, ſi poſt eius interpoſitionem, appellans coram iudice a quo compareat,ſimpliciter, ſecus autem ſi cum proteſtatione,quod per dictam comparitionem appellationi interpoſitæ renunciare non intendit, vt dixit Abb.in

64 c.ſollicitudinem n.3.de app.Quod limita ſex modis relatis per Philip. ibidem,quem vide.Appellatio debet committi per ſupplicationem infra decem dies a die latæ ſententiæ,laſ. in l. quæ ſupplicatio n.8.C.de prec.imp.offer.nam ſupplicare,& appella

65 re inter ſe differunt,vt dixit Iaſ.in l.ſi quis aduerſus n.1.C.eod. tit. Quia ſupplicatio eſt precum porrectio, quæ fit Principi,

& pa-

& appellatio coram iudice, à quo interponitur, ideo apponuntur in commissione nostra verba, à qua infra legitima tempora ad S. V. fuit appellatum; ideſt coram eo, & deinde supplicat humiliter S. V. & uerbum supplicatio latissimæ accipitur, pro qualibet præcum porrectione, sed si eius efficaciam strictæ ponderare uolumus, dicendum erit, quod est quædam benignitas Principis, vt in casu nostro, per quam omnia quæ male gesta creduntur retractantur, & appellationi æquiparatur, Abb. in c. ex litteris. nu. 6. de rest. in integ. qui aliter inibi verbum supplicatio diffinit. Rol. à Val. consi. 94. num. 4. vol. primo In alio autem differunt appellatio, & supplicatio, quia appellatione pendente (vt dixi) nihil est innouandum, at pendente supplicatione sententia demandatur exequtioni, Gloss. in cap. ex litteris in uerbo supplicauit, de in integ. restit. ac vt ibi dixit Gloss. in alio, quia tempus ad appellandum durat spatio decem dierum, ad suppli-
66 candum vero biennio, & ista de causa, multoties quando supplicationes, seu commissiones in signatura proponuntur, ne interim, dum itur ad signaturam ad petendam iustitiam, exequtio fiat, per Illustriss. Cardinalem Signaturæ præfectum, superſſorie conceduntur, directe iudici exequenti; in quibus facta fide per Referendarium, qualiter habet commissionem in manibus proponendam, in proxima signatura, quæ cum æqua petitio in ea contenta sibi uideatur, partem orantem remittit dominationi suæ Illustrissimæ, ac Reuerendissimæ, ut si sibi libeat, mandet iudici quod in causa interim supersedeat, vsque ad signaturæ resolutionem, & id crebrissime, & quotidie cõceditur, & præticatur; ac extra curiam, per litteras missiuas eiusdem Illu-
67 strissimi Cardinalis, si vero dubitatur vt infra decem dies cõmissio appellationis expediri nequeat, aditur vt dixit Rot. de appel. in nou. decis. 41. in Princ. R. P. D. Cancellariæ Regens, hodie R. P. D. Bartolomæus Ferratinus, Episcopus Amerinus, vir integerrimus, ac diligentissimus, litteris, scientia, & experientia, præditus, maximeue expectationis, qui ex sui officii munere in calce commissionis apponit ista verba videlicet, præsentata die 10. Mensis Maii, anno 1591. & ista subscriptio, cum de diligentia impetrantis rescriptum appareat, quod per alium mensem tempus ei non currat operatur Crescen. decis. 8. num. 5. de appell. alleg. Feli. & Dec. in c. personas eod. tit. & talis præsentatio facta intermino excusat à desertione Vest. lib. 3. c. 3. n. 4. Cassador. decis. 4. de appel. Alex. & Ias. in l. 1. nu. 76. ff. si quis caut. tamen Put. decis. 5. de appel. dicit, quod appellatio fuit habita pro deserta, ex quo ille, qui obtinuit commissionem, stetit per

23. dies antequam eã, à cursoribus redimeret, non obstante qđ infra decẽ dies fuerit D. Regenti præsentata, & inibi manus apposita, ea forsan moti ratione Dñi fuere, quia in totum triginta dies erãt elapsi, & sic extra terminum, hocque fit ex stylo curiæ quia de iure terminus decem dierum, datus ad appellandũ, est improrogabilis, Feli. in c. venerabilis nu. 14. de iudic. Rot. dec. 2. de dilat. in nou. Bal. in aut. ei qui C. de temp. appel. Castren. & Roman. in l. 2. ff. de re iud. ratio apparet, quia partes nõ possunt facere quod iurisdictio devoluatur ad eam non habentem, etiã si voluerint, ideo non valent prorogare. Bal. in d. aut. ei qui Glo. 69 fin. in aut offeratur. C. de lit. contest. licet decẽdi tempus minuere. Rom. in d. l. 2. ff. de re iud. sed pone dirigitur commissio, seu breue alicui ordinario extra curiam, vt puta Episcopo Senensi, vel alio, vti fieri solet, & episcopus extra suã diœcesim, & iurisdictionem degit, quæro an inibi vigore talis rescripti causam cognoscere possit, & dico quod nõ quia cũ episcopus, ille sit deputatus in certo loco, & dignitas electa, intelligitur in sua diœcesi delegatus, & sic extra eã causã cognoscere nequibit, qđ declara nisi in rescripto mẽtio fiat, qđ extra diœcesim moram, seu residentiam faciat, nã cõmissa tunc causa intelligẽtur personæ vbi moratur, ideo cautus sit commissionẽ cõponẽs apponere clausulam, etiã quod extra suã diœcesim moretur, aut resideat, ad hoc vt tollatur dubium, & eam cognoscere valeat. Abb. in c. nonnulli. n. 7. de rescrip. & in c. fi. circa princ. de iud. & in c. cum olim de excep. Card. in Clem. fin. in secundo respõso q. 3. de sent. excom. Rescribit semper Signatura in dignitate ecclesiastica, vel alia cõ 70 stitutis, vt expresse habetur in c. statutum 6. cũ vero de rescrip. in 6. & in locis vbi aduocatorũ copia haberi possit, Glos. ibi in verbo perito, & sciscitãti mihi causã occurrit. Corn. in cõs. 348. nu. 29. vol. 1. vt ipse asserit, ex mente Bar. in l. ambitiosam ff. de decret. ab ord. fact. id fieri; quia eorũ dictis facilius creditur, ac statui, & dignitati eorũ causæ cõsidũtur, quod cæteris pẽdaneis iudicibus nõ fit, & sic eis nõ rescribitur, propter reuerẽtiã litterarũ Apostolicarũ, vt pariter voluit Innoc. in c. pastoralis nu. 1. de off. deleg. Videamus modo an cõmissio impetrari possit, a non 71 habente mandatũ, seu procuratore nõ existẽte, & habemus text. in l. vniuersis C. de prec. Imp. offer. quod in impetrãdo rescripto qđ à Principe cõceditur, nõ attenditur, an sit procurator nec ne, & ita Bar. & Ias. ibi firmant, sed Abb. in c. non nulli. 6. sunt & alii per tot. de rescrip. expresse contrariũ asserit, quod litteræ ad lites, sine speciali mandato impetrari nequeant, & impetratæ sint nullæ, ea motus ratione, quia multi nouum mercimonii genus

faciebant, & lites finitas suscitabant, nouas quæstiones fingẽdo, ideo ne reus indebitæ ab actore quandoq; fatigetur, ad hoc vt lites extinguantur, potiusquam amplientur, id fieri nõ pmittitur, pro quo niget alia ratio nã quemadmodũ procurator absq. mãdato, seu eius fines excedens omnia nulliter agit, Rom. cõs. 330. n. 4. vers. secundo quia ipse c. cũ dilecto de rescri. c. venerabili de off. deleg. c. Pisanis de rest. spol. c. fi. de præb. l. diligenter. ff. mãd. ac pariter si mandatũ reuocatum fuerit, c. in nostra de procur. l. licet C. eo. tit. Staf. de lit. iusti. c. postremo. n. 6. sic etiam ita impetraas rescriptum, quia nullo iure auctoritatem ad id habet, vt Abb. vbi supra n. 6. subdens, quod non sunt literæ præfatæ ipso iure nullæ, sed per exceptionẽ annullandæ, & sic, si pars id non
72 excipiat, valebit processus, tamen quicquid dicat Abb. & alii huiusmodi disputationem antiquã esse asserit Mandos. in commis. caus. super. benef. vers. postremo ommissa, &c. concludendo vna cũ Iaf. Bar. & DD. in d. l. vniuersis, qđ hodie cõmissio impetratur etiã a nõ habente mandatũ, put in dec. Bell. 330. incip. cõmissio impetrata vt latius tractatur per eũd. Mand. in reg. de Annal. q. 39. nu. 2. & seq. decis. 6. nu. 1. de iudic. in nou. & idem dixit Rot. in decis. 61. fuit dubitatum de app. co. lib. rationibus, & iuribus inibi allegatis Card. in clem. 1. 3. nor. eo. tit. & sic de consuetudine seruari pariter dixit Rebuff. in tit. de dist. int. sig. grat. ea iust. nu. 18. id autem parti contra quam impetratur, non multũ præiudicat, quia si lis agitur in curia, & commissionem impetrans comparet absque mandato, non solum commissio præsentata erit nulla, sed totum iudicium actum, si uero transmittatur extra curiam principali via cum breue expedito, & tunc rescripto principalis uti, vel non uti poterit, quod in eius arbitrio repositum est itaque ei non præiudicat, cum ipso, & fauori sibi unusquisque renunciare possit, l. pen. C. de pact. c. si diligenti de for. comp. Milis in suo repert. in verbo gratia 7. q. 5. Dominic. in c. fi. de app. in 6. decis. 61. de appel. in nou. & licet Iaf. & DD. in l. licet nu. 11. C. de præc. imp. offer. dicant speciale mandatum requiri, ibi loquuntur in casu particulari, & in seruo volente domini necem vendicare, quoniam cum eius persona sit inhabilis, absque mandato id facere non ualet, licet Abb. in d. 8. sunt & alii teneat, quod coniuncti personæ absque mandato rescripta impetrari possint, & quales dicantur coniuncti vide late Abb. ibi in. 10. id tñ fallit in rescripto restitutionis in integrũ, perendo, quia absq; speciali mandato impetrari nequit, Cass. dec.
73 ex. n. 2. de proc. vt latius infra dicã, in cõmissione restitutionis in integrũ, ẽ cautela est, vt ille cuius nomine petita fuit cõmissio, cõparẽat corã iudice cui dirigitur, & medio iuramẽto eã obten-

tam

cam fuisse, à nō habēte mandatū, procure; ac contra eius uolūtā-
tē, asserat quodq; ea vti nec vult, nec intēdit, imo illi expressæ re-
nūciat, licet ab eodē non habēte mandatū producta sit, qa fauo-
ri suo vnusquisq; valet renunciare, & in odiū conuerti nō debet
l. quod fauore. C. de legib. & sic stante insanabili nullitate man-
dati, nihil ei nocebit, c. in nostra de procur. l. licet C. eod. ti. Staf.
de lit. Iust. c. postremo. nu. 6. & commissio erit, perinde ac si in re
rum natura non esset, quod comprobatur, nam si sententia, &
iste non procurator in causa compareret omnia nulla essent, vt
dixit Staf. ubi sup. in c. secundum. nu. 10, vti latius tangam infra
in commissione sanatoria nullitatum, ergo nulliratem indican-
do illi futuræ renunciare poterit, & hanc cautelam tene menti,
quin quotidie accidere solet, sed caue, ne commissione produ-
cta actum facias, in quo & eam, & gesta per procuratorem rati-
74 fices, quia vana tunc erunt supradicta, Commissio dirigitur in-
terdum cum aliqua condictione, vel limitatione, vt puta deman
datur causa appellationis facto prius depositō, vel refectis
expensis passis, seu alias, & tunc iudex, cui rescriptum diri-
gitur curare debet, vt cōdictiones in commissione apposite im-
pleantur, ante omnia, vel reficiantur expensæ, aut paupertas
probetur, & sic de similibus, alias si id negligat, seu omittat, & in
causa procedat, nulliter facit, ratio est, quia commissio limita-
ta, limitatione non seruata nullum producit effectum, & nulli
tribuit iurisdictionem Put. decis. 268. num. 3. lib. 3. Sarnen. super
compend. vtr. signio reg. de non iud. iux. for. com. col. 2. ver. sed
75 contra quod & circa hoc vide relata per me supra in commis-
sione dilationis nu. 10. Pariter commissio appellationis, si adest
res iudicata in causa, & de ea non fiat mentio, etiam si commis-
sio fuerit super attentatis erit nulla, Put. decis. 301. nu. 3. lib. 2.
& licet ordinariæ exceptiones tangentes, negocium principale
oppositæ contra commissionem non attendantur, nec admittā-
tur tamen bene, & attenditur, & admittitur exceptio rei iudica-
tæ, transactæ, seu finitæ, deci. 61. nu. 2. de reser. in antiq. & est tex.
76 in c. 1. versimili de re iudicata de lit. contest. in 6. vbi scrib. Inno.
in c. super litteris n. 9. & no. de reser. cōmitti multoties patitur,
causa appellationis alicui iudici, coram quo iam aliæ causæ pē-
dent, vt quotidie fieri solet, qū clausula ne cōtinentiæ causarū
diuidantur, nam tunc causę dicuntur continentes, qū concernūt
unam, & eandem rem, seu cognitio unius, confert ad cognitionē
alterius, Felin. in c. significauerūt. nu. 8. de iudic. igitur videamus
77 quomodo præfata clausula intelligatur, & Franc. aret. consi. 191.
num. 24. vers. sic, nec obstat, & Bart. in l. nulli in princ. C. de iudic.

quo ad

quo ad hoc dicunt, quod continentiæ causæ tunc non debent diuidi, quando pendet iudicium prius motum, exempli gratia, sunt plures hæredes, & contra unum ago coram vno iudice, non possum alium hæredem coram alio iudice dicta de causa, seu ab ea dependente conuenire, ratione connexitatis, ne super eadem re, plures diuersæque sententiæ ferri contingat, & sic, si hæres peteret, vt causæ in multis tribunalibus pendentes vnirentur, & prævia auocatione vni iudici committerentur, quia connexe, & respectu eiusdem hæreditatis, erit commissio concedenda Stafil. vbi sup. in c. citatio personalis. nu. 10. & in simili de hoc ha-
77 bemus tex. in c. fi. de iudi. vbi iudex, qui in possessorio tulit sententiam, debet etiã super petitorio pronuntiare, ne vt dixi continentiæ diuidantur, causæ autem continentes dupliciter dicuntur, Primo, quando sub vna actione generaliter plures species, & plura capitula comprehenduntur, secundo modo, quando super eadem re, licet diuersis actionibus agitur, text. est in l. nulli vbi Bar. num. 1. C. de iudic, immo quod plus est sec. Bar. ibi nu. 3. si causa fuerit finita, ratione continentiæ, aliæ causæ corã eodem iudice, & non diuersis erunt tractandæ, & expediendæ,
78 quod verum nullatenus credo, pace Bar. nec textus ita loquitur nam si iudex habet causam inter Titium, & Caium, & profert sententiam in fauorem Titii, seuis qui habet, eandem causam connexam cum Caio, qui succubuit, non tenetur eundem iudicem adire, quia finaliter occasione sententiæ prolatæ alteri par ti suspectus remanebit, cum iam animum suum sententiando declarauerit, nec mutare velle opinionem, à iam dicta præsumendum erit, & lex multum suæ sententiæ iudicem fauere iudicat, adeo vt stultũ sit dicere, quod in eodem facto præsumatur respectu unius habere unum animum, & alium respectu alterius personæ, idcirco dixit Butr. in c. causam el 2. de iudi. quod si iu-
79 dex delegatus habet causam vt priuatus, similem causæ sibi cõmissæ, potest vti suspectus recusari, quia animi perseuerantia in eodem subiecto præsumitur. Innoc. in c. irrefragabili in princi.
80 de off. ord. Moder. in c. cum speciali de app. tamen pro declaratione huius dubii tutius distinguendum est, quod aliquãdo vna causa finita iudex, qui de illa cognouit non remane suspectus in cognitione causæ illi annexę, & tunc uti de meritis informato, poterit commissio, ne continentiæ diuidantur sibi dirigi, si autem fuerit suspectus, iniquissimum videtur, quod coram eo etiam ratione diuersarum personarũ, causa licet cõnexa tractetur, vel quis coram eo comparere teneatur, cum durum sit vltra supra relata coram suspecto iudice litigare, cap. quia suspe-

cti. 3. q. 5. vt dixit text. in cap. cum inter de except. suspectis in-
81 dicibus Sedes Apostolica, nec ex certa scientia, rescribit, vtuntur etiam alia cautela procuratores, pro habendo in iudicem quem uolunt, nam ponunt in commissione, dignetur. S. V. R. P. Domino Locumtenenti. A. C. coram quo non nulla iura producta reperiuntur in huiusmodi causa, si magis placet demandare, & sic si causa fuerit coram alio iudice, etiam in partibus cum ista ratione, de facili Signatura interdum petitum concedit, indirecteque habent, quem uolunt, in iudicem, licet multoties non attendatur talis cautela satis nota, & quæ dicantur causæ annexæ, emergentes, & incidentes, ponit Mandos. in com. quæ. à Refer. in eisdem uerbis quem vide. Pariter sepe quando appellatur ab aliquo decreto, ante sententiam porrigitur commissio, & petitur, vt ab illo decreto demandetur causa appel-
82 lationis, additis illis verbis, vna cum toto negotio principali; quæ de consuetudine in Rom. Cur. ceu semper poni solent, vt dixit Corn. in consi. 201. num. 16. vol. 3. & ista clausula vna cum toto negotio principali, non tollit effectum desertionis causæ, principalis, vt dixit idem Corne. in consil. 213. per tot. vol. 3. de qua etiam meminit Staf. vbi supra cap. quando appellatur. num. 1. modo videamus breuiter, quid illa verba addita importent, & dico si contingat, quod committatur causa appellationis simpliciter super decreto, à quo fuit appellatum, postquam index, ad quem super illo articulo pronunciauit, non habebit aliam iurisdictionem, sed si male appellatum dixerit, vel finito huiusmodi articulo, causa ad iudicem, à quo reuertetur, vestr. in sua Prax. lib. 3. cap. 9. num. 111. quando autem præfata verba sunt addita propter eorum efficaciam, cum ui verborum vna, & cum, quæ copulant, dicitur facta æqualiter de eo commissio, & principaliter; quia censeri debent connexa. Nam quando simpliciter iudici causa appellationis committitur, sine clausula præfata, etiam si pronunciet bene appellatum, & male iudicatum, ad illum non deuoluetur cognitio negotii principalis, decisio. Bisign. 11. de appellatio. in antiq. Franc. in cap. vt dilectus eod. tit. Felin. in cap. causam quæ de rescrip. indigebit autem tunc noua commissione, vt in d. decisio. Bisign. Ruin. in consil. 114. nume. 3. volu. 4. vnde si aderit in commissione incerta prædicta clausula attento stylo curiæ, qui pro lege habetur, l. de quibus. ff. de legib. dicetur facta expressio aliter, quam inest, merito (vt dixi) si appellatio deferatur, vel aliter non iustificetur, nihilominus coram eodem iudice remanebit cognitio, vt ibi Rui. quod tanto magis uerum est, si addantur illa

83 tur illa verba tam coniunctim, quàm diuisim, & verbum diuisim intelligitur, casu quo non sit iustificata causa appella-
84 tionis, possit nihilominus super negotio principali procedi, idemque operantur nerba, una cum suis incidentibus, dependentibus annexis, & connexis, Vestr. vbi supra. num. 11. Aegi. decisio. 319. de rescript. & vsu receptum esse in Roma. Cur. asseruit quando adest clausula præfata etiam non iustificato grauamine, & quod male esset appellatum, iudex pronunciaret, nihilominus causa ad priorem iudicem, à quo non reuertetur, sed Curialis remanet, vt Vestr. ibid. Aegid. decisio. 48. Felin. in c. causam quę nu. 6. de rescript. versic. & adde quod de stylo;
85 nam causa semel effecta curialis, non auocatur amplius, à curia, sed semper remanet curialis, vt dixi supra in commissio. auoc. caus. Veniamus præterea ad verba, quæ passim, in commissionibus inseruntur, cum potestate supradictos, omnesque alios sua communiter vel diuisim interesse putantes, in exequtione præsentium nominandos, & cognominandos, citandi, & inhibendi, quid pariter importent illa uerba omnesque alios in exequtione præsentium nominandos, & cognominandos, & Primo præsupponendum est, quod citatio facta generaliter cum dictis uerbis, non alias expressis nominibus, personarum, non est arctatoria, sed monitoria, ita quod omnes. qui sua interesse putauerint potuerint, si libuerit ad causam venire, & cum illis si comparuerint, procedi, alias non prout dixit. Hostien. & Innocen. in cap. dilecti de except. Rot. decisi. 18. de dol. & cont. in nou. sicuti in simili dicimus, de appellatione interposita in causa beneficiali iuxta formam cap. 1. de elect. in 6. quæ etiam
86 citat omnes quorum interest. nec eos arctat ad ueniendum, nisi velint, ideo Domini Rotæ Auditores decernunt, primam citationem fiendam per nuntium personaliter, qua facta, & habita relatione nuncii, non citant illum amplius per nuncium, sed edictis propositis in audientia contradictarum, & uirtute taliũ citationum, perueniunt deinde ad sententiam diffinitiuam, qui stylus seruatur in illo, qui longe abest, non autẽ in eo, qui cómode potest citari, vt dixit Paul. de Cast. in l. peremptorium. C. de iudic. subdens quod cum quidam Delegatus Papæ, in partibus datus seruasset istum modum, consuluit sententiam esse nullam, tanquam latam contra non citatum, non quia de stylo curiæ citatus personaliter prima vice non posit, postea per edictum citari sicut quidã, (vt ipse asserit) indocte consuluerũt, sed quod iste stylus seruatur in illo, qui longe abest, & non potest cómode citari, in singulis actibus qđ eñ dixit Fel. & mcti tenendũ

quia sunt pauci ista intelligentes, in c. quoniam frequenter. nu. 20. versic. nota etiam, vt lit. non contest. Alleg. Io. And. ad Spec. in §. viso versi. item licet in Addit. incip. super illo verbo, ideo citandi expressæ nominari debent, i. citatione per iudicem, nõ autem per nuncium, & licet communiter notarii, & nuncii ci-
86 tent, tamen non possunt citare nisi quos iudex mandat, cum ad iudices non ad eos dirigatur commissio cum facultate citandi, ob id quando ministri citant, nomine iudicis faciunt c. qui per
87 alium de regul. iur. in 6. Mandos. super reg. de Annali. q. 36. n. 5. & 6. & vltra expressæ nominatos in commissione, vigore dictæ clausulæ, tres seu quatuor alii expresse citari, & nominari poterint vt apertæ dixit tex. in c. cum in multis de rescrip. in 6. licet. Gloss. ibi in uerbo vel quatuor dicat, quod olim quadraginta trahebantur, sed hodie vti fraudibus occurratur, debet impetrator rescripti, nomina dictorum quatuor expresse nominare, vt voluit vestr. in sua prax. lib. 4. cap. 2. num. 2. decisio. Rot. 18. num. 2. de dol. & contum. in nou. Abb. in cap. pastoralis. §. quoniam autem. num. 4, vbi e tiam Feli. asserens, quod ante nominationem citandorum iudex habet nominationem in aere, & incertam. Hinc rota in decis. 2. de rescrip. in antiq. Bisign. an vigore dictæ clausulæ ultra quatuor conueniri valeant dubitauit, & tandem in hanc uenit sententiam, quod non habeat id locum
88 in curia Romana, quia commissiones, & per consequens iurisdictio, quæ earum uirtute in ea exercetur, non est arctatoria in Rota ratione ordinariæ, & superioris iurisdictionis, quæ habet Papa presens super causis deuolutis, uel alias in curia tractãdis, quę non sunt restringendæ sicut aliæ, quæ extra curiam dirigunrur iudicibus delegatis, quia tendunt in diminutionem iurisdictionis ordinariæ, subdens inibi Rota, quod uerba illa quatuor citandi intelligi possunt, quo ad actorem, in principio citationis, cum ratio infinitatis, & vexationis sit euitanda, sed non quoad alios non ad eius instantiam citandos qui prætendentes interesse, uellent ad causam uenire dando de interesse, quia ex-
89 tenderetur ad multos, vt ibi in decis. Sin autem unica esset commissio, & vniuersaliter facta, per citationem fit perpetuatio in expresis deci. 9. de dol. & cont. & deci. 4. vt lit. pend. in antiq. & operatur etiam in illis, quæ sunt eis connexa, vt citatio facta uni ex reis super una re, ex clausula generali, perpetuet iurisdictionẽ, quo ad res, & personas cũ sit tota vnica iurisdictio, quo ad illos uniuersaliter cõmissa, vt ibidẽ Fel. n. 2. versi. sed dic, qđ inductio, & versi. fallit, quarto ex mente Butr. & Dom. in cap. licet de

offic.

offic. delegat. l. scire debemus, ff. de verb. oblig. Verum Vestr. vbi
90 supra quando plures quatuor sunt citandi dicit, quod addatur clausula in commissione etiam si essent vltra quatuor, quia multoties accidit, vt ob locorum distantiam omnium citandorum nomina ignorentur, & de facili existens in Curia, & causam committi faciens, cum nota dicta nomina non habeat, in citatione ea exprimere non possint, idcirco vsu exigente, subhorta est alia practica, qua in commissione dicimus omnesque alios, & addere consueuimus, in citatione præsentium vigore decernendæ, nominandos, & cognominandos, vt dixit
91 Cassador. in Decis. 2. numer. 1. vers. Rota vero contentatur, de dol. & contum. reprobans. Decis. 18. de dol. & contum. in nou. supra allegata dicens, quod hodie Rota contentatur, vt in exequutione citationis citandi nominentur, licet olim voluerit, quod expresse nominarentur in ea, & sic praxis adinuenit illa verba in exequutione præsentium, &c. quia in partibus habent nota nomina citandorum, & ipsis citatis, de eorum citatione exequuta transmittunt instrumentum ad curiam, & ita seruare Rotam asserit. Mandos. in com. quæ a referend. in verbo omnesque alios, &c. Deinde si quæratur, & scire velis quid
92 operetur alia clausula, quam, & quas, & quare, in commissionibus apponatur, vide eundem Mandos. in commissione caus. super benefic. in verbo quam, & quas. & in com. admis. pro interes. eod. verbo, quam, & quas. & Abb. in c significantibus n. 15. ut lit. non contest. vnum autem non ommittã dicere, quod commissa causa appellationis una cum toto negocio principali, & clausula, quam, & quas iudex semper potest procedere, etiam non cõ-
93 stito de appellatione, & idem, quando pars citata non comparuisset contradicendo, ut habetur in Decis. Acch. manu scrip. in tit. de commiss. Decis. 67. & 68. Sarn. in regula de infirman. q. 34. numer. 4. Aegid. Decis. 77. & 117. quod declara locum habere in appellatione a grauamine, ut Aegid dict. Decis. 48. & Acchil. ubi supra Decis. 68. in fin. tamen si causa appellationis, in qua appellatum est, uelit reus uigore dictæ clausulæ, quam & quas agere, deserta appellatione; dicitur actor, licet in causa appellationis esset reus. Acchill. Decis. 7. de appellat. Præfata uero clausula, non comprehendit capitulum, seu uniuersitatem, ut post multa adducta testatur. Mandos. in com. que. a Referendar. in uerbo omnesque alios, neque etiam Cardinales, & ideo post dictam clausulam alia interdum addi solet, quacunque dignitate, seu honore fungentibus, seu functuris

cuiuscunque

cuiuscunque status, gradus, & condictionis. quia sub dicto verbo omnesque alios Principes, & supremæ personæ non comprehenduntur, & citari nequeunt.

SVMMARIVM.

1 Appellatio quando dicatur ad curiam deuoluta.
2 Causa beneficialis ecclesiastica, vel spiritualis deuoluitur ad curiam per appellationem.
3 Causæ deuolutæ seu in curia agitate non remittuntur ad partes.
4 Causa semel effecta curialis semper remanet curialis.
5 Appellatio habetur pro desertanisi in tempore Apostoli petantur.
6 Apostoli alij sunt dimissorij, alij reuerentiales, alij testimoniales, alij refutatorij.
7 Apostoli dimissorij qui sint.
8 Apostoli refutatorij quales.
9 Apostoli reuerentiales qui.
10 Apostoli testimoniales, conuentionales, siue extra iudiciales quales sint.
11 Apostoli reuerentiales ordinarie dantur in appellatione a diffinitiua Refutatorij ab interloqutoria, & num. 21.
12 Apostolorum datio est actus extraiudicialis.
13 Apostoli reuerentiales, seu refutatorij solum per iudicem a quo dãtur.
14 Apostoli dimissorij, quare ita dicantur,
15 Apostoli verbum quid significet,
16 Apostoli infra triginta dies a die appellationis sunt petendi.
17 Apostoli sunt pars appellationis.
18 Apostoli quare petuntur instanter instantius & instantissime.
19 Apostoli quare adinuenti in casu nostro.
20 Apostoli semel petendi sunt.
21 Clausula adeo quod pro apostolis amplius redire non teneatur, quare ponatur in commissione.
22 Commissio subministratis expensis conflito de paupertate, quo procedat.
23 Commissio reseruatis expensis in fine litis quomodo intelligatur.
24 Commissio an & quando extendatur ad causas futuras.
25 Deserta quando appellatio dicatur.
26 Commissio appellationis a censuris latis vigore cameralis obligationis rei iudicatæ vel trium conformium non concedenda.
27 Commissio appellationis incursus censurarum datur.
28 Excommunicatus nisi infra tres soluerit, si deinde soluat, indiget absolutione formali.
29 Auditor Cameræ solet interdum excommunicatos absoluere cum reincidentia.

30 Diffe-

30 *Differentia inter excommunicationem, interdictum, & suspensionem.*
31 *Homicidium primum a Cain fuit commissum.*
32 *Homicida de iure communi appellat, limita vt numero 33. declara vt numero 34.*
33 *L. vindicari C. de pœn. ex quo locum originem habuerit.*
34 *Commissio appellationis datur in criminalibus reo in carceribus constituto vel remanente aliàs denegatur.*
35 *Commissio appellationis quando in criminalibus detur. & quomodo.*
36 *Inhibitori appellanti quomodo commissio concedatur.*
37 *Commissio appellationis an detur in causa possessorij.*
38 *Sententia lata in possessorio dicitur parui præiudicij etiam si de re magna agatur.*
39 *Commissio appellationis in causa possessorij datur ad effectum deuolutiũ non suspensiuum.*
40 *Appellans in causa possessorij quatenus contra non facit causam appellabilem.*
41 *Iudex a quo non obstante appellatione in causa possessorij suum exequitur sententiam. Declara vt num. 43.*
42 *Aegidiana constitutio obseruatur in toto statu ecclesiastico & in Ro. Cur. vt num. 57.*
44 *Appellatio in possessorio multoties ad vtrumque effectum suspensiuum & deuolutium datur.*
Primo in possessorio habente proprietatem admixtam.
Secundo lata sententia in petitorio, si actor intentatur possessorium. 44. 45.
Tertio ab inordinato processu nu. 46.
Quarto si dicatur principaliter de nullitate n. 47. & quo id procedat.
Quinto parte non opponente, num. 48.
Sexto quando auocatur possessio ex ui pacti. seu stipulationis nu. 49.
Septimo si iudex a quo appellationi detulerit n. 50. & n. 52. & 53. aliis modis.
51 *Clausula appellationem admisit si & in quantum quid operetur.*
54 *Appellatio in possessorio de iure canonico effectum suspensiuum, & deuolutiuum operatur.*
55 *Aegidiana constitutio non habet locum in causis beneficialibus seu ecclesiasticis & nu. 63. & nu. 68.*
56 *Commissio appellationis in materia l. fi. C. de edic. diadr. toll. non datur.*
58 *Commissio concessa in possessorio sub appellationis ordinarie stylo quomodo reformetur per signaturam.*
59 *Aegidiana an habeat locum in materia, l. fin. C. de edic. de adr. toll. & num. 69.*
60 *Sententiæ tot censetur quot capita.*

61 Statu-

61 *Statutum dans semel appellationem ab interloquutoria non cõprehendit ea sum l.fi.C.de edict.di.ad tol.*

62 *Index possessorij ordinarie erit iudex petitorij.*

64 *Causæ secundum iuris canonici dispositionem in statu ecclesiastico tractari debent.*

65 *Lex ciuilis non potest sacris canonibus præiudicare.*

66 *Legatus de latere non potest contra sacros canones, & concilia statuere, sed Papa tantum.*

67 *Aegidiana quare seruetur in toto statu ecclesiastico.*

69 *Appellatio non datur in saluiano interdicto ad effectum suspensium.*

70 *Aegidiana recipit appellationem quando in sententia adest aliquod caput appellationem recipiens, & in alijs casibus. vt ibi. Aegidiana non habet locum extra statum Sanct. Ro. Ecclesiæ.*

CAP. II.

1 APpellatio deuoluta ad curiam dicitur, quando succũbens in partibus appellauit ad sanctam sedem Apostolicam, & tunc si iudex a quo terminum statuit ad appellationem prosequẽdam, & pars appellata appellationem acceptauerit, causa in Romana curia tractabitur, nec sufficiens erit appellanti transmittere ad Vrbem Procuratorem ad effectum impetrandi alium iudicem in partibus, sed vt in curia appellationem prosequatur, quia ex prosequutione personali facta per appellantem, præsumendum est approbasse appellationem, ita dixit Abb. in c. Nicolao. n. 5. de app. & sic quandocũque appellatus fuerit ad curiam, etiam appellãte inuito, appellationem prosequi poterit, per aduersarium suum in partibus interpositam, dummodo de ea constet, licet sibi non fuerit intimata, ita voluit Rot. de app. in nou. dec. 6. & 1. de elect. cod. lib. Inn. in c. cordi. de appel. & melius Bisignetus in decis. 18. de appel. in antiq. vbi si a grauamine vel interloquutoria appellatum fuerit in voce vel in scriptis, & iudex appellationi detulerit, vel non, si pars appellata eam acceptauerit propter solũ consensum, quando ad Papam appellatur, cuius audientiam per consensum possunt libere adire, causa est ad curiam deuoluta. Quando autem nec iudex detulit, nec pars acceptauit, nihilhominus si causa de sui natura est cũrialis, vt puta beneficialis, vel spiritualis, deuoluitur ad curiam, quia respectu appellantis reputabitur legitima, & ipse appellans suam propriam appellationem poterit 2 impugnare, vt latius in d. decision. Bisig. huiusmodi causæ ad curiam deuolutæ, seu in curiam aliàs actitate, nunquã ad partes remit-

252

remittuntur, Vestr. in sua prax. lib. 4. c. 5. n. 12. Nam causa semel
4 effecta curialis, semper remanet curialis, & vti deuoluta in cu-
ria tractanda, decis. 43. de app. in nou. Immo appellans, in appel-
lati præiudicium, huiusmodi appellationi renunciare non pote
rit, vt habetur in decis. 33. n. 1. de appel. in antiq. Tamen si causa
esset parui momenti, præmissis non obstantibus ad partes remit
tetur, dicta dec. 33. nu. 3. de app. in antiq. vt latius dixi, in com-
missione auocat. Appellatio habetur pro deserta, nisi tempore
5 debito Apostoli petantur, Bar. in l. hodie 6. Apostolos, nu. 2. C. de
app. & in l. quoniam, n. 1. & 2. eod. tit. alias, si non petatur, iudex
6 suam poterit exequi sententiam, quia causa deserta videtur. Apo
7 stoli autem alii sunt dimissorii, alii reuerentiales, alii testimonia
8 les, & alii refutatorii, Apostoli dimissorii, dicuntur, quando
iudex appellationi detulit, sin autem non detulerit, dicuntur re
futatorii, sin vero appellationi iudex detulerit propter superio-
9 ris reuerentiam tunc dicuntur reuerentiales, quando autem dã
tur extra iudicium puta a iudice à quo appellatur, vel a parte
10 tunc dicuntur extraiudiciales vel conuentionales, seu testimo-
niales. Cassad. decis. 8. num. 7. de appel. Abb. in c. bona memoriæ
n. 9. de app. & ob id, quando appellatur ad Papam, iudex quæ ap-
pellationi non defert si est rationabilis appellatio, vel dubia, pu
nitur, & si est extra curiam, transmittitur ad curiam puniendus
dec. Staf. vbi supra inc. signatura, n. 3. Ant. in c. vt debitus de app.
c. sacro in fi. de sent. excom. Rom. in cons. 503. vt declarationem
&c. at quando dantur testimoniales, quis habet annum ad facie
11 dum committere causam appellationis, c. personas de app. Put.
dec. 4. de app. Sed si appelletur a diffinitiua, ac dati fuerint reue
rentiales, & cedula appellationis non fuerit data in tempore, ni
hilominus contra dec. 54. de app. in nou. causam esse deser tam
dicit Put. dec. 5. de app. at si iudex non reperiatur, & pars velit
interponere appellationem, sufficit facere diligentiam in do-
mo ipsius, & petere a notario testimoniales sibi concedi, dimit-
tendo ei cedulam appellationis, Cassad. dec. 8. de app. Put. dec.
12 17. eod. tit. Scias tamen, quod si appellatum sit a diffinitiua in ali
qua causa, iudex debet ordinarie dare reuerentiales, secus si ap-
pellatu fuerit a grauamine, vel interloquutoria, quia tunc nõ da-
tur tanta difficultas, cum non sit tam magnum periculum, si den
tur refutatorii, & ita seruat Rot. vt dixit Decis. 61. de app. in an-
13 tiq. Datio autem Apostolorum, est actus extraiudicialis, vt di-
14 xit Rot. eodem ti. dec. 82. Apostolos autem reuerentiales, seu re
futatorios, nemo dare potest nisi solus iudex a quo, vt dixit Cas-
sad. in dec. 8. n. 3. & 8. de app. Dimissorii ideo dicuntur Apostoli,

quia iudex a quo cum tali appellatione, appellantem ad superiorem mittit, nec Apostoli verbum vult significare Apostolos
15 Petrum, & Paulum, vel alios. Sed literas (vt dixi) dimissorias, & est verbum compositum, ab apo, de, & stolon, quod est missio, sicque quasi dimissio, quam facit vnus iudex ad alium, vt etiam de sanctis Apostolis dicimus, qui a Deo, vel de cœlo missi fuerunt. glo. in c. cordi in verbo petat Apostolos de app. in 6. Spec. eodem tit. iu 8. sequitur, vel sec. Vestr. in sua praxi lib. 7. c. 3. n. 32. Apostoli dicti sunt ab Apostelin, quod est mittere, seu nunciare, quasi sint literæ nunciatoriæ, seu nuncij, quibus iudex, a quo solet iu dici ad quem, vel alteri superiori significare, Sempronium a tali sententia, tali die appellasse, & dando reuerentiales, seu refutatorios renunciare, an ipsum a sua iurisdictione dimiserit, nec ne
16 & vt dixit tex. in c. ab eo, de app. infra triginta dies instanter petiri debent, c. ei qui. 8. iudicibus, 2. q. 6. l. iudicibus, C. de app. Rot. de app. in nou. dec. 50. qui triginta dies, etiam terminus iuris appellatur, l. iudicibus, C. de app. l. vnica, vbi glo. in verbo sufficit, ff. de libel. dimiss. c. ab eo de app. in 6. Cassad. decis. 4. n. 8. de app. & a die latæ sententiæ currunt, vt dixit glo. in d. c. cordi in verbo triginta dies, sed terminus triginta dierum ad Apostolos dandu seu petendum, curtit a die emissæ appellationis, non a die latæ sententiæ, Rot. de appellat. in antiq. decis. 80. ac quare id sic fiat, multas congerit rationes, Hostien. in cap. 1 de appellat. in 6. & in hoc particulari est decis. 5. videnda num. 2. de appellat. in nou.
17 vbi optime ddeclaratur, quando incipiant currere. Apostoli autē sunt pars appellationis, decis. 41. & decis. 50. num. 3. de appel. in nou. c. cordi, & c. ab eo de app. in 6. in tantum, quod si vt par est petiti non fuerint, reputabitur non appellans, d. decis. 41. & d. c. ab eo. Clem. quānis eod. tit. Ideo petūtur corā iudice instāter, in
18 stantius, & instantissime, vt debitus honor, ei tribuatur, Cass. dec. 8. n. 3. de app. dec. 46. de app. in fin. l. omnē honorē. C. quand. prou. non. est necc. d. c. vt debitus ac ista de causa adiuuenti sunt
19 Apostoli, vt iudex quandoque non certus an appellationi sit deferēdū nec ne, interim intermino triginta dierū, i hoc sibi a lege indulto deliberare possit, & an appellās a sua iurisdictione sit dimittēdus, l. iudicibus. C. de app. Vest. in sua prax. li. 7. c. 32. & seq. plura in hac materia (vt sui moris est) elegāter congerēs, quē videas, nec peti debēt, nisi semel, quia iis datis, amplius iudex non hēt iurisdictionē, cū desinat esse iudex, dec. 16. de appella. in nou. c. cū appellationibus friuolis eo. tit. in 6. & in tantum verum est, quod post eorum dationem iudex a se abdicet iurisdictionem et dando acta loco apostolorū, & eā in superiorē transfundat, vt si,

in eadem

in eadē cā, etiā de partiū cōsensu procedat, nisi denuo a Principe sibi demādetur, nullus erit processus. Rot. dec. 8. de app. in no. Apo
21 stoli aūt reuerētiales dātur in appellatione a diffinitiua & refutatorii si appelletur a grauamine, siue interloquutoria. dec. 61. de app. in anti. & ideo in fine cōmissionis apponitur clausula termino iuris ad redeūdū, p Apostolis, aliaq; respōsione data, adeo qd pro illis amplius redire nō teneatur attento, qd a diffinitiua, quia si nō redirent, appellatio circūduceretur, & non appellatiū cēsere tur, dec. 57. de app. in ant. & dec. Bisi. 244. n. 1. eo tit. d. c. ab eo. Igi- 1c
tur ad diffugiendū reditū, ad iudicē pro illis clausula apponitur quæ excusat, nam si verba attento, qd a diffinitiua in cōmissione decessent, vtq. per D. Referendarium addi deberent, ea rō, quia nō solet dari cōmissio appellationis pēdente termino ad redeūdū pro Apostolis, nisi a diffinitiua, seu illius vim habente, quasi in appellatione a diffinitiua non sit curandum de apostolis iudicis cū lex appellationi deferat. Vest. vbi sup. lib. 7. c. 3. n. 37. licet datio apostolorū sit actus extraiudicialis. dec. 82. de app. in ant.
22 Cōmittitur sæpe cā appellationis in curia, cū clausula subministratis expēsis litis simpliciter aut cōstito de paupertate, vel arbitrio rotæ seu iudici cui rescriptū dirigitur, & ad hoc, vt subministrētur de inopia illius, cui subministrādæ sūt, prius cōstare debet, & tūc si dues cū paupere in curia vel alibi litē agat expēsas subministrat, licet id seruari nō viderit, asserat Boer. dec. 303. n. 4. tū Ang. cons. 245. n. 5. quōd eæ subministrādas asserit, & mouetur, quia possidens, cū habeat commodū, & aduersarius collitigans ius, pati debet expensarum damnum, ad instar filii nati, vel nasciturj, quia sicut tunc ventri subministrantur expensæ, ex causa inopiæ. l. 1. in princ. ff. de ventr. inspic. l. sed & is s. an aūt. ff. de carb. edic. ita, & pauperi collitiganti, quia cūm dominus potest rei de qua agitur, vnde si dues vult commodum, quod his tractetur in curia contra paupertatis prærogatiuas, debet ēt expēsarum incommodum sentire, & id tam habet locū in clericis, quā in laicis maxime in monacis, qui nil p̄prii possident, & cū necessariis oneribus subministrentur, & succurratur donatæ dicuntur l. rē legata ff. addim. leg. c. p tuā de donat. & qd collitigāti pauperi, sint a dinite expēsæ subministrādæ, si nō hēt vnde viuat, maxime si de suo bono iure cōstat. dixit Crescē. dec. 7 & 8. de iud. in impres. & licet paup succūbat, nihilomin⁹ cū p appellationē sētētiā
23 latā, a qua grauatus fuerit reuocādo sibi succurri posit ēt si succūbat in prima instātia tota cā durante tribui debēt. Multoties quādo sanātur nullitates in beneficialibus, & ēt aliquādo in prophanis, ponitur in cōmissione clausula, reseruatis expēsis in fine litis cōstito de pauptate. Vest. vbi su. lib. 7. c. 1. n. 8. & licet sanari

de iure

de iure nullitates non deberent, nisi refectis expensis, tamen in praxi, & recte quidem, quotidie contrarium seruatur, ex priuilegio pauperatis in omnibus (vt dixi) & necessario, clausula reseruatis expensis in fine litis est apponenda, quia si non adesset & commissio sanatoria nullitatis simplex foret concepta, iudex non posset procedere ad causæ expeditionem, nisi prius expensæ reficerentur. Put. dec. 72. num. 23. lib. 3. Alex. cons. 181. n. 14. lib. 6. & cons. 101. col. 2. vol. 2. Dec. & Fel. in c. in literis de off. deleg.

24 Commissio non extenditur ad causas futuras, quod intelligeverum, quando non est connexa, cum causa de qua tractatur, & de qua in commissione fit mentio. Put. dec. 434. n. 2. lib. 2. quod amplia, etiam si in commissione adessent verba super causis motis, & mouendis ac futuris, quia dicta verba extenduntur, & comprehendunt tunc exortas tempore impetrati rescripti, & non postea, etiam si statim inciperet competere actio puta, quia post impetrationem incipiat possidere, & spoliatus vult agere spolio quod facere non potest, quia dicta commissio non se extendit ad futura c. fi. vbi gloss. in verbo ad futuras, de rescrip. dec. Rot. 18. de rescrip. in nou. in qua ita de stylo curiæ seruari asseritur, quod declara nisi aliter de mente & scientia Papæ appareret, quia illi parendum esset c. audita in princ. de rest. spol. Quando appellatio dicatur deserta, ponit Marant. vbi supra n. 408. Primo si appellatio non fuerit in tempore prosequuta infra annum, seu ex causa biennii. Secundo, quando in termino nō præsentauit processum. Tertio si iudex a quo statuit breuiorem terminum ad eam prosequendam, nam si in eo non prosequatur, remanet deserta. Quarto quando appellans non rediit pro apostolis. Quinto, quando non potuit habere copiam iudicis ad quem licet fecerit diligentiam. Sexto si iudex appellanti ad recipiendum Apostolos terminum statuat. Septimo, quando appellauit ab interlocutoria, & iudex non admisit appellationem quia si non appellat a non admissione appellationis, causa remanet deserta. Octauo quando appellans attentat appellatione pendente aduersarium spoliando. Nono quando appellans post appellationem suscipit terminum ad soluendum. Decimo, quando appellans post appellationem comparet coram iudice a quo simpliciter, de quibus omnibus & aliis vide Marant. cum per eum adducto. loco sup. cit. In hoc tamen nota, quod sufficit, vt in termino decē dierum commissio sit in bancho Curiorum, ad hoc ne dicatur causa deserta, vt in terminis est dec. Crescen. de app. & duplici ratione, primo, quia in dubio pro non desertione iudicandum est. Paul. de Castr. in l. 1. col. 1. ff. si quis cautio. secundo, quia tēpus

decem-

DE COMMISSIONE APPELLATIONIS ET APPELLATIONVM TAM IN CAVSA CIVILI QVAM Criminali, tam in Curia, quàm extra in genere, & in specie.

PARS SECVNDA.

COMMISSIO I.

SVMMARIVM.

1 *Commissio Appellationis præ aliis est practicabilis.*
2 *Referendarij vocantur etiam Deferendarij, sec. Innoc.*
3 *Papæ soli supplicatur in commissione, & quare.*
4 *Appellatio est remedium oppressorum, & num. 6.*
5 *Iudex duos sales habere debet.*
7 *Appellatio in dubio semper debet concedi.*
8 *Appellatio est triacha contra uenum iniustæ sententiæ.*
9 *Appellatio duos parit effectus.*
10 *Appellatio protegit appellantem, & appellationi inherentem.*
11 *Leges tollentes appellationem vt odiosæ sunt restringendæ.*
12 *Iudex cui commissa est, ea sa appellationis nisi de ea constet, procedere non potest.*
13 *Appellatio in causa criminali defensio dicitur.*
14 *Appellare extra tempus iuridicum, & non appellare idem est.*
15 *Appellatio a grauamine ante sententiam diffinitiuam, quot requirat ad hoc vt sustineatur.*
16 *Expressio causæ in appellatione ab interloquutoria quando non requiratur, & num. 45, & 48.*

decem dierum ad prosequendum assignatur,non ad prosequtio nem finiendã,sed ad inchoandam,ideo sufficit infra illud tẽpus inchoare,vel incipere,dec.48.de app.in ant.& 25.eo.tit. in nou. Crelc.vbi sup.n.3.Sed propositũ thema valde egressus sum,ideo istis præmissis,sequendo commissionis nostræ ordinem.Videamus primo,quando quis appellat a censurisvigore obligationis Cameralis,rei iudicatæ,seu trium conformium contra ipsum latarum,an sit commissio concedenda, & dico quod non, etiam si dicere vellet de nullitate,quia per appellationem sententia excommunicationis, quæ secum exequtionem trahit non suspenditur,neq. retardatur eius exequutio.tex.est clarus in c.pastoralis.§.verum,ubi glo.in verb.cum excommunicatio, circa mediũ de app.Fel.in c.Rodulfus.n.45.de rescrip.nam post. appellatio-
27 nem pariter remanet illaqueatus,secus autem si esset declaratio incursionis censurarum,quia tunc vt ibi Fel.ait datur appellatio,at quando fulminantur vigore obligationis cameralis,ea ratione non auditur appellans,quia non est declaratoria incursionis censurarum,sed ipsarum publicatoria,&denunciatoria,quę non solũ suspẽditur,immo nec impeditur per appellationem, ẽt si appellatio ipsam declaratoriam præcederet,Gallesius.ad obl. in for.Cam.in verb.reliqua de processu n.44.can.in d.c.pastoralis §.verum de app.si vero peteretur cõmissio appellationis,a præmissis cum absolutoria a censuris, tunc non datur ob reuerentiam nisi cum clausula parito iudicato, & interdum etiam audi
28 tor Cameræ profert decretum excommunicando aliquem nisi infra tres soluerit,& in hoc casu licet postea satisfecerit, tamen hac sola satisfactione non erit censendus absolutus, sed indigebit formali absolutione. Felin. in capit. 1. column. 1. de iudic. gloss. in clement. 1. in verbo continere de consanguin.& affin. & in clem. 1. in verbo donec, de dec.Gallesius. vbi supra num. 8.Solet
29 etenim interdum auditor Cameræ ex benignitate seu propter festa Paschalia ad tempus limitãtum cum reincidentia absolutionem impertire,vt ibi Gallesius.nu.16.& scias, quod sub nomine censurarum,non solum continetur excommunicatio, loquendo
30 tamen de censuris ecclesiasticis,sed omnem suspensionem, & interdictũ, At excõmunicatio,& interdictum,laicos ẽt tãgit,suspẽsio autem clericos tãtũ,late de hoc loquitur Io. de Lign. in trac. de cens,eccl.& Phil.Franc.in c.1.§.super eo.n.4.de sent.exc.in 6. & late Mand.in trac.cõmissionũ,com.quæ a Ref.Car.3. in verb. ecclesiasticas,& interdictum ab excõmunicatione differt, quia suspẽditur,& excõmunicatur psona,interdicitur uero locus, ciuitas,vel ,puincia,& similis , Iniquissimũ homicidii scælus, pri-

mum à Caim pastore, in personam Abel, sui fratris patratũ fuisse, dicit glo. in l. si quis homicidii, in uerbo, non putauerit, C. de accusat. quod inter grauissima delicta connumeratur, ac enormissima peccata, vt dixit Abb. in c. cum contingat. nu. 22. de foro comp. in huiusmodi itaque crimine constito de corpore delicti, & aliis requisitis, iudex contra reum interdum carceratum, interdum extra carceres existentem, suam profert sententiam, in qua ipsum in pœnam capitis, confiscationis bonorum, vel aliam corporis afflictiuam secundũ facti contingentiam, condemnat. tunc condemnatione sequta, reus uel per se ipsum, seu per aliũ appellat, multoties q; commissionẽ porrigit, in qua causam appellationis cõmitti petit, quã si iuris dispositionẽ attendere velimus, concedendã esse omnibus patet, quia de iure cõi regulariter in cõdemnationibus capitalibus admittitur appellatio, etiã interposita. à tertio non habẽte interesse, sed vti uno de populo, ac exequtionẽ suspẽdit. l. non tm̃ vbi Bar. & DD. ff. de app. Ang. de Malef. in verbo præsente dicto Caio. nu. 1. l. addictos vbi DD. C. de Episc. Audien. Bar. in l. si quis filios §. hi autem ff. de iniust. rup. & irrit. test. Qd̃ limita multis modis. Primo in crimine lesæ maiestatis l. quisquis C. ad l. Iul. mareſt. Secundo si fuerit repertus in fragranti, Bal. in l. 1. col. 7. c. ne ex delit. def. vel in notorio Rom. cons. 324. n. 2. Iul. Clar in pract. cri. §. fi. q. 49. vers. solet etiã Anan. in c. quam pernicioſum, nu. 1. de vſur Gram. decis. 29. nu. 33. licet de crimine læsæ maiestatis, contrarium teneat Rol. in cons. 73. num. 11. vol. 3. quod ipse declarat, dummodo non sit in primo capite, vt in eod. cons. 24. & in cons. 75. nu. 19. cod. vol. 3. Tertio si fuerit latro insignis. Bar. in l. constitutione ff. de appell. Quarto si fuerit cõfessus, vel cõuictus, l. 2. & l. obseruare. C. quo. ap. non recip. Corn. cons. 159. nu. 2. vol. 1. Iul Clar. vbi sup. q. 94. Gram. dec. 36. n. 29. quod amplia habere locũ, tã in causa criminali, quã ciuili, can. in c. cũ speciali. §. porro de app. Ausr. ad Cap. Thol q. 176. Couar. prac. q. c. 23. n. 5. vers. secũda cõclusio. Quinto si adulterinæ monetæ reus fuerit, vt late Ang. vbi sup. n. 20. & seq. vbi alios multos connumerat casus; quos per te videre poteris, & in l. 2. C. quor. ap. nõ reci. & Ro. in l. fi. C. de acq. plu. arc. Cæterũ quãdo rei ex huiusmodi appellationibus suffragentur, tradit Iul. Cla. vbi sup. q. 94. licet asserat in Ducatu Mediolanẽsi de cõsuetudine nõ seruari, qđ pariter verũ videmus in statu Sã. Ro. eccle. ratio est, quia publicæ interest ad hoc ne delicta remaneãt impunita, qđ istarũ cõdẽnationũ statim exequtio fiat. Ang. in loc. ci. nu. 2. & Sal. in l. 1. C. de falſ. mo. in hmõi casibus seruandi sũt, quã multi motus proprii diuersorũ summorũ Potificium,

33

Contra.

contra homicidas, de quibus Cor. in cons. 159. n. 4. vol. 1. qui motus proprii an habeant locū in eorū auxiliatores, & fautores, ibi idē tradit, Nā si differrētur huiusmodi exequtiones poterit apportare occasionem, per quā reus condemnatus debitā euaderet pœnam, l. cū reus C. de pœn. Bal. in l. obseruare C. quor. app. non recip. licet de anno 1583. tempore fel. recor. Gregorii xiii. cum a quodam Ro. Curiæ, iudice septem pauperes sequenti mane essent condemnati, vt laqueo suspenderētur, cuius iudicis honoris gratia nomen conticeo, tamen sanctissimus ille vir, mandauit, vt causa reuideretur, per Locumtenentes Gubernatoris, & Auditoris Cameræ iunctim, qui ex met processu, omnes supra dictos suspendendos non tantum absoluerunt, sed pœnitus simpliciter incolumes a carceribus liberarunt, & vtinam ea adhibe retur diligētia, & studiū in causis, in quibus de vita hominis ad imaginē, & similitudinē Dei creati, agitur quæ fit in causis pecuniarum, quæ per tres sententias cōformes, & multoties post eas per restitutiones in integrum per tot diuersos iudices expediūtur, & dum de vita hominis agitur solus iudex causam expedit, qui licet prudēs nihilominus sæpe errare in sua sentētia pōt, habemus de iure Cæsareo l. si vindicari, C. de pœn. factā a Theodo-
33 sio primo Imperatore, quādo ob maximā Populi Thessalonicēsis cædem S. Ambrosius Mediolani Episcopus, ecclesiæ ingressum ei interdixit, ac ipsum excommunicauit, & dum dolens, ac pœnitens, maxima contritione ad sanctæ Matris Ecclesiæ gremiū recipi humillimæ peteret eam edidit legem, ex sanctissimi illius viri præcepto, & dictatu, vt habetur in eiusdem Theodosii vita, quæ nullatenus seruatur, sed de his hactenus. Ad rem redeundo dico, qđ rarissimæ huiusmodi reuisiones causarū, & ceu nunquā cōcedi solēt, sed ante sententiā carceratorū indemnitati cō-
34 sulitur, & eorū iudici suspecto datur adiunctus vt late dixi supra in com. de adiun. dād. Sed quōcūq. sit aut appellatio, aut reuisio, aut adiūctus cōcedatur, sēper reus remanere dēt in carcerib⁹ vt dixit Gram. Deus 14. n. 8. At qñ reus cōdēatus extra carcer esexistēs petit cōmissionē appellationis nūquā rescribit Signatura, nisi cū clausula reo in carcerib⁹ cōstituto, & id ītātibus supradictis motibus, ppriis a quorū dispositione nullo pacto est recedēdū, nā si in carcerib⁹ existēti, ne exequtio pœnę differatur denegatur cōmissio appellationis, multo magis cōtumaci, & extra carceres de gēti, aut multo magis, C. đ sac. sanc. eccl. Pariter in cōdēnatis ad triremes appellātibus, nō solet Signatura iustitiæ rescribere nisi cū clausula nō retardata exequtione, ex supradictis rōnibus, licet multoties dato aliquali sumo in iustitiæ condemnationis simpli-

citer, vel causam appellationis committat reo in carceribus re
manente, vel mandet, donec appellationis causa terminetur,
quod reus retineatur in eisdem carceribus, semper tamen cita-
to, & audito fisco, & dum proponitur commissio in signatura,
multorties Illustrissimus Cardinalis præfectus mandat superse-
35 deri, ne reus transmittatur ad triremes. In aliis vero causis,
cõceditur nostra appellationis commissio, vt dixit Ang. loc. cit.
num. 7. & sequen. seruata tamen forma motus proprii Pii IIII. di
sponentis, quod si appellans, sit diues, summę in qua fuit condem
natus faciat actuale depositum, vel si sit pauper, caueat in for-
ma depositi de stando iuri, & iudicatum soluendo, sin secus car-
ceratus maneat donec causa terminetur, & licet de iure com-
muni in causis criminalibus fisco, non solum prohibitum sit ap-
pellare, sed expresse permissum. Innocen. & Abb. in c. cum cla-
mor de test. Gramm. decis. 14. num. 2. & si ibidem num. 14. asse-
rat, quod de stylo in regno Neapolitano non appellat, simileque
videmus dispositum in præfato motu proprio Pii IIII. in quo fi-
sco appellandi a sententia absolutoria pœnæ corporis afflictiuæ
facultas adimitur, modis, & forma prout in eo. Bene si in aliqui-
bus pro suo interesse ciuili, seu instigator, qui in prima instan-
tia fisco inhesit, voluerit appellare à sententia absolutoria, pas-
sim datur sibi commissio, at quia efficitur tunc manifestus insti-
gator, apponitur clausula in commissione seruata forma supra-
dicti motus proprii, & non alias seu præstita cautione in euentũ
succumbentiæ, de reficiendo expensas per appellatum in oĩbus
instantiis factas, & id ne multoties maleuoli, animo prosequẽdi
malis mediis misellos in perniciem adducãt, quod si fecerint, &
eorum temeritatis per refectionem expensarum, damnorum, &
interesse pœnam luunt, & misellis subuenitur, quia in totũ dam-
36 num pasi nõ sunt. His visis deueniamus ad commissionem ap-
pellationis, ad quam detur in causa possessorii, quæ licet sit sententia
diffinitiua, glo. in clemen. 1. in verbo possessorio de sequestr. pos-
sessio. & propriet. Mod. in rub. ff. de re iudi. Bar. & Bal. in l. post
sententiam C. de senten. & late dixi in alio meo iudi. de senten.
spec. earumque diff. & quo. cogn. part. 2. c. 27. tñ naturam sapit
interloquutoriæ, quia non tollitur per appellationem, sed rema-
net illesa causa proprietatis. Bar. in l. 2. num. 9. ff. de appel. recip.
causaque possessorii, & petitorii, cum eandem rem concernant
sunt continentes, & diuidi non debent, cum vnius cognitio cõfe-
rat ad cognitionem alterius, vt dixit Fel. in c. significauerunt n.
8. de iud. glo. in cap. fi. in verb. literas vbi Abb. de rescript. c. 1. de
caus. possess. & proprietat. & in hoc regulam in iure habemus,

quod

256

quod non valet appellatio, l. 1. vbi DD. C.si de mom. possess. fu. app. Bar. in l. 3. nu. 3. vers. quæro; quæ ratio, ff. de app. recip. & licet pariat modicum, præiudicium, ac damnum tale, quod per
38 iudicem petitorii reparari possit etiam si res fuerit magni valoris, nihilominus dicitur causa parui præiudicii. Dec. cons. 28. nu. 1. in fi. Soci. cons. 166. n. 26. vol. 2. quod locum sibi vendicat, tam in iudicio retinendæ, quam recuperandæ, siue adipiscendæ possessionis. vt per Bar. ibi n. 4. Sal. in l. vnica, C. si. de mom. pos. quia si fuit spoliatus, vel deiectus, aut si occupauit bona defuncti, nulla fit ei iniuria, si reponatur in pristinum statum, & deinde via ordinaria id quod prius prætendere poterat consequatur. Rom. cons. 324. nu. 1. Io: And. & Host. in c. cum ad sedem de restit. spol. Fed. de Sen. cons. 81. cap. cum sit Romana vers. præterea, de app. & quod a sententia possessorij non valeat appellare, dicit glo. in cap. 1. in verbo monienti, de caus. possess. & prop. glo. in cap. cum ad sedem. in verbo interdictum, in fi. de restit. spol. decis. Pedem. 25. n. 4. & seq. Bald cons. 399. col. fi. lib. 1. Alexan. cons. 81. in prin. lib. 3. Corn. cons. 190. lib. 1. Cappel. Thol. q. vlt. Rip. in c. sæpe n. 6. de restit. spolio. Dec. cons. 28. & in l. fi. num. 49. C. de edict. Diu. adr. toll. Calcan. cons. 83. in princip. Soci. cons. 299. col. 2. lib. 2. Grat. cons. 16. vlt. dub. lib. 2. Cotta in memor. in verbo appellare non licet. Pari. cons. 108. col. 2. lib. 1. Vant. de nullit. in tit. quis pos. di. de null. num. 34. Nacta in cons. 136. num. 4. Bero. q. 52. & quod procedat, etiam in interdicto retinendæ, est decis. Afflict. 269. & pariter in interdicto recuperandæ, voluit Guid. Pap. q. 37. & decis. Bisignet. 1. num. 3. de caus. possess. & proprict. in
39 antiq. & licet Appellatio impediri nequeat, & procedat tamen intellige ad effectum deuolutium, non suspensium, ideo si sententia possessorii retractabitur, etiam & eius exequutio. Rol. a val. cons. 87. num. 15. volum. 2. Affl. dec. 77. in fi. & 169. in fi. Ang. cons. 207. Paris. cons. 118. num. 20. vol. 1. de communi attestans. Intellige tamen, quod appellatio nō detur quo ad remedium suspensiuum, idest, quod suspendat exequtionem vigore dictæ sententiæ faciendam, sed quo ad remedium deuolutium appellans impediri non valeat, vt dixi Bart. in l. eius, qui nu. 5. ff. de app. recip. Couar pract. quæst. q. 23. num. 8. Abb. in c. cum ad sedem nu. 30. de rest. spol. & ita in praxi obseruari asseruit Affli. in d. dec. 269. Bal. in l. 2. num. 22. C. de episc. audient. Paris. cons. 108. nu. 20. vol. 1. de communi attestans. Marant. de ord. iud. part. 6. c. de
40 appellatione n. 294. Sed vnum scias, quod appellans a sententia possessorii quatenus contra non facit causam appellabilem, quia appellatio potest verificari in fructibus, Acchill. decisio.

41 8. de app. Speciale tamen est in hoc possessorio, quod iudex a quo non obstante appellatione exequi valeat, & sententia suum sortiatur effectum, in rem iudicatam trāseundo, adeo quod de eius iustitia, vel iniustitia cogitari, & reparari, nequeat, nisi in petitorio. Salicet. in dict. l. vnica, numer. 3. vers. quinto. dixit Bartol. quod ampliatur locum habere in causis delegatis, etiam
42 quod ad Papam appelletur, & Aegidiana de qua infra verba faciam, habet locum in toto statu ecclesiastico, Crescen. decis. 1. numer. 1. de constitutio. Id tamen de iure Cæsareo procedit, sed de iure Pontificio ad vtrumque effectum, & suspensium, & deuolutium appellatio admittitur, Dec. cons. 28. num.
43 4. Rip. in dict. c. sæpe. nu. 4. Bald. cons. 321. n. 3. lib. 4. & 141. nu. 1. lib. primo, vt expresse habetur in clement. 1. de sequestr. Feder. de Sen. cons. 76. Rom. cons. 324. in princ. Abb. cons. 155. col. vol. 2. Dec. in l. 1. in 3. not. ff. de bon. poss. ob id vt paulo post dicetur, Aegidiana non habet locum in causis ecclesiasticis. Secundo
44 limitatur supradicta conclusio, vt nō habeat locum in causa possessorii, quæ proprietatem admixtam habet. glo. Bar. & DD. in l. 1. C. de bon. poss. Salic. in l. momentaneæ col. 3. vers. sed tunc quæro eo. tit. Rip. in dict. c. sæpe col. fi. vers. secūda fuit opinio Dec. cōs. 28. n. 2. Meno. 1q. 46. n. 320. Rebuf de exeq. sent. ar. 9. gl. 5. n. 110 quod exemplificari potest in possessorio iurisdictionis, nam cum iuris adminicula desideret fundatur in aliquo iure vero, vel præsumpto, propterea, & mixtum dicitur, & appellari pōt, Abb. in
45 in c. fi. n. 12. de iud. dec. Pedem. 25. n. 16. Tertio limita, quando esset lata sententia super petitorio, & intentatur possessorium, nā potest tunc ab illa sententia appellari, quia non expectatur amplius petitorium, ad tradita per Bartol. in dict. l. vnica, & Ioan. monach. in capit. vt circa de election. in 6. & idem dicendum erit si sententiæ latæ contra possessorem nullum competeret remedium in petitorio. Bald. in l. 2. num. 4. & 5. ff. de appel. recip. Bald. in dict. l. vnica col. 1. & in 1. oppos. Abb. in cons. 55. lib. 2. Aufr. in additio ad Cappel. Tholosan. dec. vlt. Nicel. in concor. 6. vers. 17. Ias. cons. 60. nu. 5. lib. primo. dec. Ped. 25. n. 12. Quarto pa-
46 riter appellatio admittitur ab inordinato processu facto super iudicio possessorio. Bal. in c. ex conquestione col. 2. de rest. spo. & idem Bal. in l. post sententiam col. 2. vers. pone ergo C. de sent. & interl. om. iud. vbi in terminis dicit, si iudex puta noluit recipere testes vel quid simile, eo casu appellari posse, quoniā tale grauamen reparari per diffinitiuam nonvalet, quod notandū asserit Ang. cons. 46. n. 5. & Ias. in d. cons. 60. n. 5. vol. 1. Dec. in. c. pastoralis, col. 3. vers. vnde licet post Abb. de app. idem Dec. in l. fi. n. 47.

C. de

C. de edict. Diu. Adr. toll. Geminian. in cap. inquisitionis de
47 hæret. in 6. Quinto limitatur, quod licet non possit appellari dici tamen de nullitate, quæ principaliter intentatur non prohibetur. Bald. in l. 1. in 2. notab. C. ne lice. tert. prou. & in l. con sentaneum, column. 3. versic. quæro nunquid. C. quo, & quando, Iud. Sed isto casu requiritur, vt nullitas, seu iniquitas resultet, ex eisdem actis. Dec. in l. 1. notab. 3. versic. 6. & vltimo. C. de bon. poss. contr. tab. Aufr. vbi supra. Ias. in dict. cons. 90. num.
48 5. dec. Pedem. 25. n. 13. Sexto limitatur, si non fuerit oppositum à parte contra appellationem interpositam, quia tunc procederet appellatio, & valeret sententia, sec. Bal. in l. post sententiam, col. 2. C. de sentent. Alexand. consi. 2. col. penult. libr. 3. Dec. in d. l. 1. notab. 3. vers. quarto si non opponatur. Septimo
49 appellari potest, quando ex vi pacti, seu stipulationis, possessio auocatur, veluti si quis vacuam, & expeditam possessionē tradere promisisset, seu ex contractu ageretur, Bald. & Salice. in l. vnica C. si de mom. poss. Bald. in consi. 210. in fin. lib. 5. Marant. de ordin. iudic. par. 6. cap. de appellationibus, n. 316 decimo. Pe-
50 dem. 25. n. 11. Octauo limita, vt appellatio procedat, si iudex a quo illi absolutæ detulerit. Bal. in l. post sententiam, col. 2. C. de sentent. Rol. a val. consi. 77. nu. 1. & 18. libr. 2. Ias. in l. 2. col. 3. ff. de nou. oper. nunc. Alex. consi. 2. lib. 3. quod vt Rol. ibidem. n. 18. declara, nisi per iudicem a quo fuisset admissa appellatio, cū clausula si & in quantum, quæ oporatur, vt si admittenda sit appella-
51 tio recte admissa censeatur sin secus reiecta. Soci. Iun. consi. 18. n. 15. vol. 1. Grat. consi. 36. n. 32. vol. 2. Alciat. consi. 406. n. 3. Plot. in l. si quando n. 159. C. vnde vi. Ruin. consi. 61. n. 27. vol. 1. dec. Ped.
52 5. n. 9. & 10. & 131. n. 1. & 2. Nono limitatur, vt nō procedat, quādo sententia lata super possessorio haberet secum effectum perpetuum, & probatio petitotorii esset difficilis, quia tunc tractatur de magno præiudicio, & potest indistinctæ appellari ad impediendam exequtionem. Abb. consi. 55. col. 1. lib. 2, & in c. cum ad sedem col. pen. de rest. spol. Dec. consi. 28. quod sæpe contingere solet inter communitates, quæ multoties non habent instrumenta antiqua, ex quibus probari possit petitoriū & solū fundāt se super possessione, cū ita antiquitus fuit possessum, quo casu, si succumbat vna vniuersitas in possessorio, est sibi impossibile habere probationes in petitorio, & sic ista sententia haberet effectum petitorii, propterea poterit appellari, ex qua appellatione impediretur exequtio, & hanc limitationē summopere con-
53 mendat. Marant. vbi supra, n. 312. Decimo limita, vt non procedat, si intentatum fuisset remedium, ca. reintegrande 3. q. 1. quo

ca sit, cum sit remedium canonicum, qui illud intententat, & vti habet cum suis qualitatibus, & sic, cum (ut dixi) de iure canonico ad vtrumque effectum detur appellatio, in hoc non esset deneganda, & has omnes limitationes ad verbum recenset, Cabal. lius super constit. Aegid. inter constit. March. in verbo ciuili, quem latius vide, licet de c. reintegrande aliqua, Deo dante in commissione restitutionis in integrum sim dicturus. Quod autem de iure canonico detur appellatio ad vtrumque effectum patet ex clem. 1. de sequestr. poss. & fructi. vbi quem sua non esse possessione priuendum post vnam sententiam, summus Pontifex declarat, & ex hoc textu apparet male loquutum fuisse Gozzadinum consil. 50. numer. 4. dum etiam de iure canonico voluit, quod appellatio, de qua modo agimus ad effectum suspensiuum non habeat locum, vti contra eum tenuit Conar. loco citato num. 8. nec ex hoc patet, hinc que iure medio Signatura, quotidie obseruat quod in causis beneficialibus & ecclesiasticis non intret Aegidiana constitutio, etiam exmente Rotæ, vt latius infra subnectetur. Denegatur præterea appellatio a sententia lata super remedio, l. fi. C. de edict. Diu. adr. toll. quam habemus textum expressum in. l. quisquis. C. quor. appel. non recip. vbi iudex, qui appellationi in huiusmodi causa detulit, punitur in libris 25. argenti, vt dixit Berous q. 44. Cou. pract. quæst. c. 23. num. 8. vers. tertia conclusio. Bald. in consil. 141. num. 1. volum. 1. & 203. lib. 4. Tiraq. in tract. le mort. par. 6. declarat 6. licet nunquam repertum fuit, quod iudex talem pœnam soluerit, Sat tamen est, vt ex dispositione iuris appareat, quod in tali casu appellationem abhorreat, & sic intrat etiam Aegidiana constitutio ad hoc, vt ultibus finis citius imponatur: igitur (vt dixi) in prophanis non auditur appellans in qualibet sententia possessorij, quam constitutionem, cum æquitatem sapiat, vt seruetur etiã in Ro. Cur. & toto statu ecclesiastico sanctissimi Pontificis declararunt, sicut aserit Vest. loc. cit. n. 5. licet lata sententia in possessorio, multi procuratores ad intrigandum negotiũ, fingendo appellasse a simplici sententia, ordinariam procurent commissionem appellationis, & appellationum, cuius vigore iudice ad quem inhibitionem obtinent, sed illein cuius fauorem sententia in possessorio lata fuit porrigit commissionem supra dictæ reformatoriam, & ordinarie obtinet rescribi iudici a quo, vt quatenus locus sit Aegidianæ exequatur, & ita rescribitur quando gustatur quod intrat constitutio, quia sententia suum sortitur effectum, l. 1. versic. tamen suum sortiatur effectum. C. si de nou. possess. & nihil aliud est sententiam transire in

suum effectum, quam in rem iudicatam, Dec. consil. 28. nu. 4. decis. pedem 25. cũ addu. nu. 4. At qñ adesset aliqua difficultas, seu causa bene visa signaturæ, dirigitur præfata commissio iudici ad quem cum clausula, vt quatenus Aegidianæ locus sit in primis, & ante omnia exequatur, sin secus causam appellationis cognoscat, & ita vtrique parti est consultum, quodque ita rescribere soleat signatura, dixit vestr. in sua prax. lib. 7. c. 1. n. 5. versi. at vbi. sed Dñi Referendarii qñ sciunt, quod agitur in materia possessorii, non deberent ita de facili commissiones signare, nisi cũ clausula quatenus Aegidianę locus nõ sit, vt inibi dixit. Vest.

59 At reuertendo ad l. fin. C. de edic. di. Adr. Toll. indistinctæ Aegidianam locũ non habere dico, quia vti à iure communi exhorbitanté & contrariã restringendam, ac ad puros terminos reducẽdam esse patet, breuiterque pro expeditione distinguẽdum censeo, nam aut est facta condemnatio fructuum, & expensarum in eodem capitulo, vna cum sentẽtia principali, & vnica oratione, & tunc ad utrunque effectum appellationi defertur, & ita intelligitur doctrina Bar. in l. creditor 5. iussus. nu. 4. ff. de appel. vt dixit Cõtard. in l. vnic. n. 31. & seq. C. si de mom. poss. idq; ratione damni irreparabilis, vt d. decis. pedem. 25. per tot. Aut est fa-

60 cta in eadem sententia, & per diuersa capitula, tunc quia tot sententiæ censentur, quot capita datur appellatio Glo. in l. etiam 5. ex causa ff. de minor Ang. & Ias. in l. scire debemus ff. de verbo. oblig. Crot. in l. 1. 6. sed & si mihi nu. 9. ff. eod. Paris. cons. 66. nu. 4. vol. 1. Nam licet vna sit sentẽtia propter vnitatem carte, & scripturæ, Abb. in c. cum dilectus nu. 3. de caus. pos. & prop. tamen quia capitula sunt separata, & non articulo possessorii connexa puta, quando quis condemnatur in vno capitulo ad dimissionem possessionis, & in alio ad fructuum, & expensatum restitutionem, tunc quo ad possessionem non admittitur appellatio, sed bene quo ad fructuum expensarum ve condemnationem, & in reliquis denegatur, Crescen. decision. 120. Ant. Augustr. decision. 3. & decision. 47. nec appellans audiri debet, nisi parito sententiæ, quo ad dimissionem possessionis, ne ex tali appellatione se confoneret in spolio, vel possessione, vt Vestr. vbi supra. nume. 5. versic. idem denique dixit Canon. in capit. si duobus de appellatio. Contard. loco citato num. 3. & 6. Bart. in d. l. creditor 5. iussus in fin. Alex. Ias. Dec. & DD. in d. l. 1. C. de bon. poss. sec. Tab. & maxime in materia præfatæ l. fin. quia ex testaméto non cãcellato, neque abolito notorie apparet de bono hæredis iure Bero. d. q. 44. num. 1. in terminis Rol. à

Val. in

val.in consi.87.n.13.vol.1.quod ratione fructus,& interesse pos
sit appellatio dari, cum causa non sit momentanea, nec in pos-
sessorio asserit.Afflict.decis.57.nu.1.Rip.in d.c.sæpe col.fi.de re
stit.spol.Ias.in consi.87.col.2.vers.item quando vol.2. & vti ibi-
dem Bero. nu.2. cum multis ad hunc propositum eleganter cu-
mulatis, tantumque ius in casu præfato appellationem abhor-
61 ret,quod si statuto cauetur,vt à quocunque possessorio semel ap
pellari possit, non habebit locum, neque comprehendet appel-
lationem in materia d.l.fin.Finito possessorio coram eodem iu-
62 dice,à quo super petitorio agi debet, & ratio est,quia licet su-
per possessorio sententiam tulerit,tamen in petitorio nō potest
recusari c.1. de caus.pos.& prop.vbi Abb.num.3.& tot tit. ff.ex
qui reb. ad eund.iudic. eat.& si causæ iste respectu eiusdem sub-
iecti uideantur connexe, nihilominus habent seperatam defen
sionis speciem quod limita, vt late dixi in commissione de iu-
dicum suspitione nu.31.& seq.nam hic breuitatis causa non re-
63 peto.Videndum in consequens est an constitutio Aegidiana lo-
cum habeat, in causis beneficialibus,vel aliis ecclesiasticis, &
passim Signatura,& Rota tenuerunt & tenent,quod non,sicque
64 quotidie in praxi obseruatur,vt habetur in pluribus Rotæ deci
sio.Cresсen.decis.120.& aliis infra ponendis. Nam sicut Vestr.
ait loco cit.lib.7.c.3.nu.5.in statu ecclesiastico,in quo præcipue
sacri Canones seruandi sunt, & secundum eorum dispositionē
causæ tractandæ,Alex.consi.81.nu.1.vol.3.multum conuenit,vt
totum corpus ecclesiæ subditum, in hac obseruatione concor-
det,quæ inde auctoritatem habet, vbi Dominus totius ecclesiæ
65 posuit Principatum c.nolite & c.fi. 11. dist. lex autem imperā-
toria ecclesiastica iura dissoluere non ualet cap. lex cū pluribus
seq.10.dist.& quia ita pluries fuit declaratum (vt dixi) merito
concludendum est, quod sic seruari debeat, & Curia Romana
seruat Feli.in c.2.num.16.vers. stylus curiæ de rescrip.Boer.in
tract.de auctor.magn.consi.c.1.num.169.& 170. idem Felin. in
cap. Rodulfus col.15.eod.tit.quod alia ratione suadeatur,quia
constitutio præfata licet facta, à Cardinali legato, vel Vicario,
non erat apta comprehendere statum ecclesiæ, nec causas eccle
66 siasticas, tunc autem in illa æditione, vti laicus fuit reputatus,
nec illi fas erat contra sacros Canones, seu concilia statuere,
quod soli Papæ permissum est,c.significasti de elect. Spec. in tit.
de legat.§.nunc tractemus nu.45.& prędata,vti signum genera-
lis dominii Sedes Apostolica sibi reseruauit,ob id talis auctori-
tas in legatum non transfertur, nisi specialiter sibi demādetur,
text.est in c.quo ad translationem de off.deleg. c. seruatis 25.q.
2. c. huic

2.c.huiĕ sedi 17.distinct.Condere uero leges, & maxime sacris Canonibus derogare,est meri imperii,ideo sub generali dispositione non transit,nam quod Cardinalis Aegidius talem auctoritatem non habuerit,clare apparet, ex confirmatione Apostolica subsequta,quia si sufficiens erat ex se, & si causas ecclesiasticas comprehendebat, non erat necessaria confirmatio Apostolica,cum nihil de nouo confirmatio tribuat,Bal.in l.3. in fi. C. si aduer.rem.iud.Innoc.in c.dudum de decim.Oldr.cons.164. nu. 3.Card.in Clem. 1.§.secũdo in 20.notab.de iur.iur. Dec.in rub. de confir.vtil.vel.inut. Dat autem confirmatio rei confirmatæ plura, primo maiorem auctoritatem,c.fi.11.distinct.secundo si plet quod est inualidum,c.1.de transactio,& facta ex certa scientia firmat infirmum, & validat inualidũne dum quo ad solemnitatem,uerum etiam quo ad substantiam, maxime si facta sit, cum causæ cognitione, decis.2. de confir.vtil.vel inutil.in nou. Tertio,& vltimo,quod reuocari non potest,quicquid confirmatum est,absque confirmantis licentia,c.2.vbi Inno.nu.2.de confir.vtil.uel.inutil.c.frater.17.q.4.vbi Glos. in verbo auctoritate & quia de iure Canonico,à quocunque decreto appellatur,c.vt debitus c.de appellationibus,vbi DD.& in specie Franc.& cap. cum cessante de appel.c.significauerunt de testib.c. ex conquæstione de rest.spol.Clem.1.& ibi Card.de dol.& contum. Clem. appellanti de appell. igitur licet talis appellandi facultas & si aliena,à iuris ciuilis dispositione,in Romana Curia seruãda est c. vt quæstionibus vbi Glo.in uerbo lex ciuilis de arbit. in 6. tamen sanctissimi Pontifices experti,quod propter frequentes appellationes causæ immortales reddebantur, si sacrorum Canonum dispositio attendebatur, in qualibet re minima, tam ante, quàm post sententiam appellando annuentes Aegidianæ constitutioni,in Prouincia Marchiæ æditæ,vt in libro constitutionum dictæ Prouinciæ,in quo inserta reperitur continetur,declararũt vt etiam seruaretur in Romana Curia, in prophanis, vti quotidie in praxi, fit & per cõsequens in toto statu ecclesiastico seruare uidemus,virtute Motus proprii bo.me.Pauli Papæ tertii,qui Motus proprius cum simpliciter confirmet, nulla facta mentione de causis ecclesiasticis,vt in specie requirebatur,ad illas non
68 extendi,necessario concludendum est, ob.id tot resolutiones in Signatura,& Rota,omnimode amplectendæ,& ita pluries fuisse resolutum apparet,ex pluribus decisionibus,in vna Ortana Sanctissimæ Trinitatis,7.Iunii.1563.coram.R.P.D.de Rubeis.Ro. in alia Auximana Bonorum.20.Nouembris,1579. corã R.P.D. Serafino Oliuario,nunc Rotæ Decano meritissimo, in alia corã

R.P.D.

R.P.D.Brauo Hispano,7.Iunii,1583. & tandem in una Ro. Saluiani interdicti, contra uenerabile Archihospitale sancti Iacobi incurabilium, de urbe coram R.P.D.Marcello Bubalo,Rom. 12.Iunii 1589.vbi fuerat interposita appellatio,à sententia lata per D. locumtenentem A.C.super Saluiano interdicto, & facta exequtio non obstante appellatione; ideo fuit dubitatũ an exequtio esset nulla,siue attentata, & Domini declararũt fuisse nullam,& attentatam, & licet lata in mero possessorio, saluiani interdicti, non ob id locus erat exequtioni, quia Aegidiana, vbi agitur de re ecclesiastica non habet locum. Couar. pract. quæst. c.23.nu.3.Contar.in l.vnica.3.limit.C.si de mom. poss. Et quod de iure ciuili non detur appellatio, in possessorio dixit Alex. in consi.81.nu.1. col.3. & simili modo in saluiano interdicto, cum sit remedium possessorium appellare ad effectum suspensiũ prohibitum erit,& de iure ciuili appellatio denegatur, sicut in possessorio,Rol.a Val.consi.14.nu.4.& nu.11.vol.1.DD.in 6.seruiana insti.de Actio.Bar.& scrib.in l.1.C.de præcar.vbi Sal. & Rip. in rub.ff.de pignor.vnum tamen addam, quod si in sententia sit aliquid,à quo liceat,appellare,non erit locus Aegidianæ constitutioni,Put.decis.7.de Aegid.constit.Paris.consil.103.num.13. vol.1.Bal.consi.141.nu.7.lib.1.Paris consi.108. cum duobus sequent.lib.1. & quando in multis casibus locus sit Aegidianæ vide Put.in decis.in tit.de Aegid.constitut.quæ constitutio solum habet locum in terris ecclesiæ,non extra statum ecclesiasticum. Mohed. decisio. 47.

SVMMARIVM.

1 *Causæ beneficiales in Ro.Cur.non committuntur nisi ad minus beneficij fructus annui sint valoris 10.Duc.aur.de cam.*

2 *Regens Cancellariæ, quando in beneficialibus commissionem signet, & quando non.*

3 *Commissio cum clausula citandi per edictum distribuitur ordinariæ in Rota.*

4 *Causa in qua Auditor Rotæ habet interesse, si erit beneficialis auocatur à Rota, & Cardinali committitur.*

5 *Commissio in beneficialibus contra plures personas, & beneficia quando detur.*

6 *Clausula omnesque alios in exequtione nominandos in commissione beneficiali quando delcatur.*

7 *Intruso in Beneficio quando detur commissio appellationis.*

8 *Causæ beneficiales committuntur in Rota.*

9 *Clausula*

9 *Clausula summariæ, prout in beneficialibus, quid importet.*
10 *Appellatio ab exequtore non datur, Declara, vt nu. 11.*
12 *Appellatio datur ab exequtore, quando excedit.*
13 *Excessio in exequendo multipliciter verificatur.*
14 *Excessus in appellatione ab eodem excessu exprimandus est, limita vt nu. 15. Amplia vt nu. 16.*
17 *Excessus allegatus in parte exequtionis, non retardat totam exequtionẽ.*
18 *Appellatio ab excessu in genere quando sufficiat, & exequtionem retardet.*
19 *Inhibitio in commissione appellationis, ab excessu de partibus, ad curia interposite non debet dari nisi de excessu constet.*
20 *Appellatio non datur ab exequtore quando est merus.*
21 *Exequtor, seu exequtio mixta, quæsiti.*
22 *Appellatur ab exequtore mixto, exceptiones nõ admittenti seu grauãti.*
23 *Clausula uocatis vocandis facit exequtorem mixtum.*
24 *Exequtor cum clausula, uocatis uocandis assumit, partes mixti exequtoris.*
25 *Clausula amoto quolibet illicito detentore an faciat exequtorem mixtũ.*
26 *Condemnatus in duabus penis, an appellando ab una, retardet exequtionem alterius.*
27 *Appellatio an in notorio admittatur declara vt nu. 28.*
29 *Appellatio, à declaratione notorij admittitur.*
30 *Appellatio, à morum correctione non datur.*
31 *Appellatio ab excessu in correptione morum admittitur.*
32 *Appellatio a sententia excommunicationis, seu excommunicatione, vel eius comminatione, an admittatur, & quomodo.*
33 *Appellatio ab excommunicatione seu eius comminatione an operetur effectum suspensiuum.*
34 *Appellatio, à declaratione incursus censurarum operatur effectum suspensiuum etiam.*
35 *Appellatio, à comminatione penæ admittitur.*
36 *Appellatio ab expensarum taxatione non tenet, & nu. 43.*
37 *Expense litis dicuntur triplici modo.*
38 *Expense contumaciales, tam ante, quam posi litem contestatam reficiuntur, antequam quis audicatur in causa.*
39 *Contumax non auditur, nisi refectis expensis.*
40 *Expensæ per calumniam, quales dicantur.*
41 *Expensæ post litem contestatam petuntur officio iudicis, non iure actionis.*
42 *Expensæ ex causa temeritatis, quæ & quando reficiendæ.*
43 *Appellatio a taxatione expensarum quare non detur.*
44 *Taxatio expensarum non est sententia, sed precedentis sententiæ exequtio.*

45 Taxatio expensarum facta, ante litem finitam reuocatur per viam attentatorium . . . .

46 Commissio appellationis ab excessiua expensarum taxatione siue in totum siue in parte excessum fuerit datur.

47 Clausulæ omnes delendæ sunt in commissione appellationis ab excessiua taxatione expensarum, quæ sententiæ principali præiudicare possent.

48 Expensarum condemnatio in sententia ommissa, quando per iudicem suppleatur.

49 Expensarum appellatione, solum iuste, & honeste ueniunt.

50 Expensæ quæ taxentur in Ro. Curia.

51 Appellatio in negotio principali, suspendit taxationem expensarum.

52 Appellari à condemnatione expensarum non potest, post decem dies.

53 Damna, & interesse, etiam petita in eodem libello, non taxantur cum expensis.

54 Commissio taxationis expensarum aliquando vt superflua non datur, & quando.

55 Commissio executorialis datur tantum in curia, & non extra eam, & quare. & 56.

57 Commissio executorialis an iudici, à quo seu ad quem dirigatur.

58 Commissio executorialis reformatoria cũ quibus clausulis signari, soleat.

59 Commissio, alterius restitutionis in integrum reformatoria, quomodo concedatur.

60 Citatio partis quando requiratur in taxatione expensarum.

61 Citatio requiritur in taxatione expensarum quando fit virtute commissionis.

62 Appellari debet si in sententia ommittatur condemnatio expensarum.

63 Appellatio in negotio principali, interposita est communis.

64 Iudex ad quem appellantem poterit condemnare in expensis.

65 Appellatus coram iudice ad quem poterit expensas in qua pars fuit absoluta petere.

66 Appellatio in parte, & partibus præiudicialibus, non est communis.

67 Praxis appellandi in partibus præiudicialibus, quare adiuuenta.

68 Clausula quarũ taxationem nobis seu successori nostro reseruamus quomodo intelligatur.

69 Ordo taxandi expensas qualis in Ro. Curia.

70 Appellare debet timens grauari ex taxatione expensarum.

71 Appellationis commissio, ab excessiua expensarũ taxatione semel datur

72 Expensæ factæ in causa attentatorum quando taxentur.

73 Causa in litigando probabilis, excusat à condemnatione expensarum.

74 Clausula omnes & singulas expensas, taxet quid importet.

75 Clausula omnes, & singulas expensas, quid operetur.

76 Clausula sub suo paruo sigillo ad quid apponatur & nu. 77.

78 *Commissio, quæ datur reseruatis expensis in fine litis, quibus clausulis roberetur.*

79 *Sententia taxationis expensarum an sit diffinitiua, seu interloquutoria limita & declara vt num.* 80.

CAP. III.

VEniamus deinde ad appellationem, quæ quotidie interponitur, à sententiis ordinariorum extra curiam, & deinde commissionibus porrectis, petitur quod in curia appellationis causa demandetur, & circa hoc tã in beneficialibus, quam in profanis, aliqua dixi supra, in commissione Auocat. caus. nu. 7. & seq. & modo subiicio, quod causæ
1 beneficiales in Romana curia committi non debent, nisi beneficium ad minus ascendat ad annum introitum, decem ducatorũ auri, de Camera, ne partes circa rem paruam, magnis inuoluantur expensis propterea, si beneficium erit minoris ualoris, solet per breue in partibus causa remitti, verum si in Curia remanet
2 expresso valore beneficii committitur extra Rotam, & tunc etiam signatur commissio per R. P. D. Cancellariæ Regentem sicuti etiam aliæ commissiones beneficiales in Rota, vt habetur in regulis Cancellariæ, ex reg. 3. de Potest. Vicecancell. & Cancell. Regen. ac per Bellam. Decis. 602. Rebuf. in sua prax. super tertia part. sign. num. 18. & idem expresse dixit Feli. in Rub. de rescrip. nu. 9. vers. secundo nota. Tamen scias, quod super mero spolio alicuius beneficii non potest id D. Regens facere, nec pariter in aliis causis, in quibus requiritur plenitudo potestatis, vt puta in auocandis causis pendentibus extra curiam maxime, &
3 similibus, de quibus per Bellã. deci. 46. & Fel. in d. rub. n. 9. Quãdo in commissione adest clausula, cũ potestate citandi per edictũ, constito summarie, & extraiudicialiter de non tuto accessu, de qua clausula infra verba faciam, talis commissio solet in Ro-
4 ta distribui, vt collegi ex quadam antiqua praxi Signaturę manu scripta, at si Auditor in causa haberet interesse, & causa fuerit beneficialis cuiuscunq; ualoris, parsq; petat ad oẽm. suspitionẽ tollendã auocari, alicui ex Illustrissimis Cardinalibus, puia auocatione, à rota demãdatur. Cõmissio in beneficialibus super plurib⁹ bñficiis, & cõtra plures psonas datur, dũmodo in cõmissione sit expressũ vel per D. Referendariũ additũ, qd' vnica gratia, vel supplicatione impetrata sint, sed nõ datur cõmissio sup beneficiis nõ expecificatis, exẽpli gratia, sup canonicatu talis ecclesiæ, in qua plures sint canonici, nõ expressa psona intrusi, siue

posi-

posſidētis,quia ſi ſecus daretur,ſequeretur inconueniēs,videlicet plurimorum vexationem ex dicta incerta commiſsione,qui litibus,& expenſis inuoluerentur,igitur diligens ſit D.Referendarius,vt taliter in commiſsione expreſsio fiat, quod de corpo-
6 re beneficii clare appareat.Deletur pariter clauſula omneſque alios, in exequtione cōmittendo, quando petitur commiſsio contra A, ſeu incertam perſonam,licet hodie non ſoleat dari,ni ſi nomen exprimatur ſuper canonicatu,vel præbenda,ſeu præſtimonio,particulari,ſi alia ſint in eadem eccleſia,ne plurà beneficia in eodem reſcripto, in quo nō conſtat de nomine aduerſarii, reddantur litigioſa, ſecus autem ſi appareret de corpore beneficii,vt puta quia canonicatus vacauit per mortem N. nam tunc
7 cum beneficium ſit certum,datur talis clauſula. Lis uertitur inter A.& B.& obtinet A.tres ſententias,ſeu rem iudicatā,dumq; illas exequi vult,reperit C.intruſum, qui appellat, cauſamque appellationis committi petit,quæritur an commiſsio ſit concedenda,& in hoc breuiter diſtingue,quod aut lite pendēte intruſus eſt, & tunc denegatur commiſsio,aut ante litem,& conceditur,quia ſententia inter alios lata, tertio diuerſum ius habenti non nocet, iſta eſt rotæ deciſ. 14. de probatio in nou. nec primo caſu ſufficit,quod probet eſſe in poſſeſsione,quia ex cauſa intentionis agentis,negatiua non probat, cum id non habeat locum, quando poſſeſsio opponitur per modum exceptionis contra intentionem de iure communi fundatum, vt in d. deciſ. de ſupradictis autem mentionem facere uolui, quia licet non appelletur, cauſæ beneficiales committuntur in curia, ac regulariter omnes in rota,cū vt dixi cauſæ beneficiales ſint rotales,& ideo
8 vt ait Veſtr.in ſua prax.lib.3.c.9.num.1.& 2.datur clauſula non obſtante quod cauſa ad curiam non ſit legitimæ deuoluta, quæ ideo cōceditur, vt euitetur periculum omiſsionis intimationis appellationis, de qua in clem. cauſam de electio, ac etiam ſi lis in partibus eſſet cepta,ſi iuretur de perhorreſcentia,& cauſa ſit beneficialis,datur commiſsio auocatoria,& in curia demandatur,vt ibi Veſtr. tamen in hoc conſideranda eſt ſacri Concilii diſpoſitio,vt ſupra dixi,ſolet præterea in commiſsionibus in cau-
9 ſis profanis apponi clauſula,vt procedat ſummariæ,prout in beneficialibus,quę clauſula importare ſolet,quod ad inſtar cauſarum beneficialium Auditor ſummarium proceſſum concedat, quod nihilominus,de Coauditorum conſilio,vigore extrau. Innoc.6.de fault.Aud.Rot. in duabus cauſis facere poteſt, videlicet, viduarum, pupillorum, & aliorum, de quibus in l.vnic. C. quan.imp. int. pup. & vid. & à quingentis ſcutis infra vt latius

Veſtr.

767

10 Vestr. in sua prax. lib. 5. c. 4. numer. 3. Regulam habemus, quod ab exequtore non datur appellatio, l. ab exequtore ff. de appellat. Felin. in capit. quo ad consultationem numer. 13. vbi Abb. de sentent. & re iudic. l. ab exequtione. C. quor. appell. non recip. Alexand. consil. 95. num. 3. & 4. volum. 2. Bartol. in l. si cum exceptione, §. hæc autem in fi. ff. quod met. caus. Io. de Amic. consil. 26. Rot. decis. 45. de appell. in nou. Corset. cons. 71. column. 4. lib. 1. Alciat. in l. 1. §. si quis ita ff. de verbor. obligat. & licet Alexand. cons. 113. col. fi. volum. 5. asserat contrarium quod detur appellatio, tamen prima sententia est magis communis, vt asserit Dec. in c. nouit n. 2. de app. Gemin. consil. 99. nu.

11 3. Io. And. & Io. Monachus in c. cum venerabilibus, §. porro. de sent excom, in 6. id tamen intellige, quando est exequtor merus vt puta facti; ratio est, quia de aliquo cognescere non debet, at si daretur appellatio, sequeretur absurdum, quia daretur processus in infinitum, & ista exequtio, est declaratio sententiæ, ac illius finalis effectus, exequtor autem facti tunc dicitur, quando iudex est merus exequtor, dict. l. ab exequtore, vbi Barto. & in dict. l. ab exequtione. Spec. in tit. de appell. §. in quibus vers. quinto, vbi multas tradit fallentias, quando ab exequtore liceat appellare. Socin. in tractat. fallent. regul. 26. Alexan. in consil. 110.

12 num. 13. lib. 5. Grat. cons. 16. lib. 2. Ruin. consil. 80. lib. 5. Bero. q. 131. fallit autem supradicta regula, quod siue sit exequtor iuris siue facti, ab excessu datur appellatio, DD. in dict. l. ab exequtore, & in l. ab exequtione. Fel. Abb. & Cono. in c. quoad consultationem de re iud. cap. nouit de app. & sigillatim in hac appellatione causa grauaminis, & modus ipsius excessus exprimi debet. sec. Rom. cons, 41. n. 1. vers. si enim & Bar. in d. l. ab exequtore, quia non præsumitur excessus, nisi probetur, dec. 45. de ap. in

13 nou. Multipliciter excessus verificari potest, nō solū quo ad summā in exequendo, verumetiā si iudex exequtor exceptiones suffi cientes ad elidendā exequtionē, vt puta solutionis vel aliàs non admississet, vel ante tēpus exequi mandasset. Spec. in tit. de exeq. sent. §. nunc videndū, n. 7. aut in re de cuius idētitate nō cōstaret vel aliena foret, sup qua exequtio fieri non posset. Bar. in d. l. ab exequtore. nu. 2. Vest. in sua prax. li. 7. cap. 5. num. 9. Prēterea, si iuris ordinem non seruasset, pariter modum excedere dicitur, aut si iniustē sententiam exequendam interpetraretur. Specul. in tit. de app. d. §. in quib⁹ Rui. in cōs. 80. vol. 5. cum iuribus supra adductis, ac pariter si per falsa instrumēta fore sētētiā latam assereretur, nihilominus eā exequi vellet dict. decis. 45. Vlterius modū iudex excedit, si prēcipiat fieri immissionē in possessio-

nem magnæ rei, vel maioris quantitatis, & in modico sufficeret Spec. in tit. de exeq. sent. §. nunc videndum nu. 7. secundum multos appellatio circa præmissa non tenet, nisi in ea exprimatur iusta, & rationabilis causa excessus, ratio est, quia cum regulariter in hoc sit interdicta appellatio, ad eius iustificationem requiritur causæ expressio, vt supra dixi, Abb. in cap. quo ad consultationem nu. 30. vbi Butr. de re iud. Spec. de exeq. sent. d. §. nunc videndum. Soci. cons. 45. lib. 1. Ias. in l. hac consultissima, §. per nuncupationem, nu. 2. C. de testam. Card. in clem. appellanti 3. & 4. q. de appel. at quando non exprimitur causa, seu expressa est nulla, tunc non superseditur in exequtione, licet quando esset æqua sic, vel pariter si dubia quia tunc quoque transferenda erit si in re stabili, sin autem in mobili, res sequestrabitur ne pereat, & similiter de re stabili, fructus, vt dixit Abb. ibidem nu. 31. & Spec. in d. §. nunc videndum nu. 7. & adeo verum est, quod modus exprimi in specie debeat, vt si in genere dicatur, appello, quia excessiuis in exequendo, ratione incertitudinis non sufficiat, nam si quis exprimere causam particulariter tenetur, non sufficit generalitas verborum Abb. vbi sup. nu. 32. & 33. Quod limita, nisi appellans aliquas causas expressisset, & deinde ad acta, quo ad cæteras se retulisset, illæque in actis apparerent, nam cum hac facti serie, efficax erit appellatio, per ea quæ in simili de sententia dicitur, quæ valet, licet ad quantitatem in instrumento contentam index se referat, dumodo tale instrumentum in iudicium productum fuerit, vt tenuerunt Ant. Butr. & Abb. in c. pen. de excep. Aret. in §. curare col. 3. institu. eodem tit. & quamuis contrariam sententiam multi amplexati fuerint tamen istæc communior est, de qua per Ias. in l. ait prætor, §. si iudex, nu. 13. ff. de re iud. Vant. in tract. de nullit. sent. ex def. proc. nu. 105. quod amplia, etiam si causa grauaminis esset notoria, quia pariter tunc expressio erit necessaria, & facienda, Card. in d. Clem. appellanti Franc. in c. vt debitus q. 9. de appel. Gom. in c. 1. eod. tit. in 6. alias si non exprimantur, infra decem dies sententia in iudicatum transit, vt dixit Soci. loc. cit. in d. consi. 45. & Ang. in consi. 207. An autem excessus allegatus in parte exequtionis, potens sit facere in totum eam supersedere, dico quod nō ex mente Abb. in d. c. quo ad consultationem nu. 33. Vestr. in sua prax. lib. 7. cap. 3. num. 12. ratio est, quia si in uno allegatur excessus, in alio approbatur sententia, ex quo unum negando aliud, & fatetur, & approbat cap. non ne de præsumpt. & sic si exprimatur excessus in re, siue in quantitate, tunc non suspenditur exequtio, nisi in quantum esset expressum, & in reliquis

exe-

exequetur at Vestr. vbi sup. num. 12. dicit, quod cauti procuratores non se arctant ad exprimẽdum in specie præfatas causas, sed eas narrant in genere, ad effugiendum (vt proxime dixi) quod in exequtione supersedeatur tantum in eo, quod fuit expressum, & rationem affert, quia quando fit expresio in genere ratione incertitudinis, donec ex euentu liqueat in quantum ex-
18 cessum fuerit, in totum supersedetur exequtio; At in hoc casu supradicta uerum non credo, sed vt ibidem subdit Vestr. locum id uendicabit, quando appelletur ab excessiua expensarum taxatione, seu fructuum liquidatione, & aliis interloqutoriis in negotio exequtiuo, sicque in Rom. Cur. & seruari, & seruatum fuisse asserit, & ego semper seruari uidi, in aliis vero casibus, vt puta si contra Titium exequtio relaxetur pro scutis quingentis, & exequtor in totum exequi velit, Titiusque scuta puta ducenta soluisse ostendat, & iudex solutionem admittere nolit, cum in reliquis debitor remaneat, clare à non admissione iuriũ ad destructionem exequtionis tendẽtium, appellari poterit expressa causa, vt dictum est, ad instar trium sententiarum conformium, quibus in eo, quo sunt concordes datur exequtio, & in re
19 liquis appellationi defertur. Aduertas tamen, quod si in partibus fuerit ad Papam appellatum ab excessu; tam uigore trium conformium, quàm vnius sententiæ, quæ in rem iudicatam transierit, & causa in Rota, vel alterĩ in curia demãdetur, cum eadem ratio in uno, quàm in alio militet iudice, si petatur inhibitio ad hoc ne iudex à quo ad vlteriora procedat, non erit concedenda, nisi aliqualiter excessus in appellatione expressi uerificentur, ratio est, quia pro iudice intrat præsumptio, quod minime excesserit, & sic dari prius de excessu sumus debet, c. nouit. de iudic. id suadeatur, quia tanto magis excessus verificari debet cum sit appellatio extraiudicialis, c. non solum. §. illa uero de appellatio. in 6. Nam cum clare sit exequtio relaxata, & iste excessus tendat ad eam infirmandam antequam inhibeatur ad effectum retardandi aliqualiter de eo constare debet Rot. de appellatio. in noui. decis. 45. quod declara vt supra, nisi fuerit in ma-
20 teria expensarum, sed dum dixi, quod ab exequtore non datur appellatio, intellige de exequtore mero, qui nullam habet causæ cognitionem, sed tantum exequi debet, Gloss. in cap. nouit. in verbo ab exequtore de app. text. est expressus in c. pastoralis §. quia vero de offic. deleg. l. exequtorem. C. de exeq. rei iud. l. si vt proponas. C. eod. tit. l si prætor. ff. de iudic. cap. cæterum de re iudic. quod semper intellige vt præmissum est, de causis, in quibus appellatio conceditur, vt dixit Gloss. in cap. pastoralis

5. quia vero, in verbo & si sciat de offic. delegat. Mixtus au-
21 autem exequtor, seu exequtio tunc dicitur, quando habet an-
nexam causæ cognitionem vna cum exequtione, vti quotidie
fit exempli gratia, quando S. D. N. confert alicui beneficium
aliquod, & in literis Apostolicis expeditis datur exequtor
cum clausula vocatis vocandis, vel mandat vt alicui res sua
restituatur, & tunc si iste mixtus exequtor legitimam exceptio-
22 nem, seu exceptiones non admittit, vel aliter partes grauat,
datur appellatio, cap. dilecto, & c. vt debitus de appellatio.
23 cap. accepimus de ætat. qualitat. & differen. Clausula enim
vocatis vocandis, facit, quem non merum exequtorem, sed
mixtum, & quod in procedendo teneatur seruare formam iu-
dicii, ex quo corrolariæ infertur, quod per omnia idem iudi-
candum sit de talis exequtoris sententia, & ideo quemadmo-
dum iudex ordinarius lata sententia pendente termino nil po-
test nouare, ita nec exequtor datus cum tali clausula, pariter-
que sicut iudex ordinarius, vel alius, debet appellationi à
diffinitiua interpositæ deferre, ita & istæ exequtor, nisi ap-
pellatus esset contumax, & clausula præfata est tanti vigoris,
24 quod si adiiciatur in commissione ei, quo alias erat merus
exequtor, facit ipsum de mero mixtum. adeo quod tene-
tur assumere partes iudicis, vt dixit text. in capit. exhibita
iunct. glo. & Fel. num. 4. de iud. Cardinal. in consil. 94. incip.
nobiles viri. Rot. decis. 12. de offic. delegat. in nou. & ideo si
appareat contradictor, vel legitima fuerit exceptio opposita,
siue antequam conferat, siue postea, non debet facere iudi-
cium collationis, nisi partes iudicis delegati assumat, quia
cognoscere de causa, requirit iudiciariam disceptationem,
ideo appellationem rationabilem tenetur admittere, quæ non
dicitur propriæ appellatio, sed potius quidam recursus, cum
fiat a non iudicæ, vt late dixit Bald. in consil. 428. numer. 1.
volum. 2. Cardinal. in consil. 63. vers. & hoc præsuppositio.
Felin. in dict. cap. de cætero, numer. 10. de re iudic. Nec di-
cti exequutores extra locum eis deputatum citare, seu par-
tes extrahere possunt. decis. 32. de rescript. in antiq. Felin.
in dict. capit. de cætero numer. 10. de re iudic. Cardinal. in
consil. 64. incip. Dominus Noster Papa. Philipp. in cap. du-
dum de præsump. Speculat. in titul. de disputat. & allegat. §.
post hoc vers. & nota, vbi Bald. in addit in verbo de clausu-
la. Innocent. in c. sedes de rescrip. Cardinal. in clementin. 1. de
offic. delegat. Domin. in cap. sicut, 2. quæst. 1. Anto. post Abb.
in c. pastoralis, §. quia vero column. 2. vers. gloss. in verbo & si

sciat

sciat de offi. delega. Barbat. in capit. exhibita de iudic. & in cap.
25 conquerente de rest. spol. An autem clausula amoto quolibet il licito detentore pariter faciat exequtorem mixtum an merum & vtrum possit assumere partes iudicis, pro resolutione vt breuitati consulam, distinguo, quod aut fuit facta commissio cum supradicta clausula amoto &c. & nulla sententia est antea sequta, tunc talis erit mixtus exequtor, & sic vti iudex debet videre & cognoscere, si possessor sit legitimus nec ne, ob id quendam qui causa non cognita, in casu præfato virtute dictæ clausulæ, fuit deiectus, e possessione, Rota restituendum late declarauit, vt habetur in decis. Mohed, 97. Aut ante commissionem præcesit sententia, super exequtione fienda contra illum possessorem, & tunc merus dicendus erit exequtor. Abb. in cap. de cætero 7. col. vers. quæro circa vbi multa in hoc articulo recenset, & ibi Fely. num. 9. versi. ad illud de clausula amoto de re iudic. Spec. de sent. excomm. §. 2. versic. quod si & licet (vt dixi) ab exequtore non detur appellatio, tamen appellari potest à sententia de exequendo siue decreto. Alex. consil. 113. num. 10. vol. 5, Bar. & Sali. in d. l. ab exequtore C. quor. app. non recip. & ita in allegato consil. seruari Alex. asserit, Corn. in
26 consil. 184. num. 8. vol. 4. condemnatur aliquis in duabus pœnis & ab vna condemnatus appellat, vtrum ista appellatio sufficiat ad impediendam exequtionem alterius pœne, super qua vox appellationis emissa non fuit, & in hoc breuiter distingue, quod aut pœna, in qua fuit prouocatum est maior, & vna absorbet aliam, vt potentior, & tunc supersedetur in minori quia minor respectu maioris in exequtione confunditur, tunc que causa suspenditur, si uero appellatum est, à minori, non intrant supradicta, quia nihil facit quin maior pœna exequatur, si vero sint diuersæ, vt puta amputationis manus, vel confiscationis bonorum, tunc appellato ab una pœna, exequtio alterius, à qua non est appellatum non differtur Bald. in l. ab exequtore num. 15. C. quor. app. non recip. Iac. de Arena cuius hoc dictum fuit
27 in leg. 1. §. final. ff. nil. nou. appellat. pend. An autem appellatio in notoriis admittatur quæro, & dic una cum Abb. in cap. cum speciali §. porro nume. 4. & 5. de appellat. quod quando appellans sit propria uoce confessus, non autem per procuratorem, seu vim tormentorum, si fuerit testibus conuictus, vel argumentis superatus, non auditur appellãs, secus qñ confuse fuerit confessus, vt Abb. ibi & DD. in c. peruenit & c. proposuit de app. post Inn. in Glo. in verbo manifesto Spec. eo. ti. §. in quibus ver-
28 sic. 10. Quod uerum dic in causa criminali, secus in ciuili, quia

admittitur appellatio, quæ iurisdictionem iudicis, à quo impediendo exequtionem suspendit Gloss. in l. emptorem in princ. in uerbo posse ff. de actio. empt. Bal. in l. fin. col. 2. uersic. quæro quid operabuntur C. eod. tit. Spec. de notor. Crim. §. iam de notorio crimine uersic. octauo. si autem non à notorio, sed notorii
29 declaratione appellaretur, tunc bene intrat appellatio, vt lat.
30 Fely. in cap. cum non ab homine col. 5. in fi. de iudic. Eodem modo dicendum est in sententia morum correctoria, ideo quando superiores regularis ordinis vel alii, secundum eorum regulas ordinis vel alias aliquem punire intendunt, nec suspecti recusari, nec ab eis appellari valet, quia ad correcti salutem correctio fit,
31 & ideo de plano, ac sine iudiciorum strepitu procedere, ipsis datum est; tamen si modum excedant tunc ab excessu datur appellatio c. irreprehensibilis vbi Innoc. num. 3. vbi Abb. & in c. cum speciali nu. 3. de appell. interdum appellatur, à sententia excommunicationis, vel ab ipsa excommunicatione, vel ab
32 excommunicationis comminatione, quæro an detur commissio, & quomodo circa quod vt supra tetigi sciendum est, quod ad effectum suspensiuum ab excommunicatione appellatio, nihil operatur; cum secum exequtionem excommunicatio trahat c. pastoralis. §. verum uersi. nos itaque de appellat. Gloss. Bart. & DD. in l. fin. C. si à non comp. iud. Innoc. in c. per tuas de sentent. excomm, etiam si ante latam excommunicationem appelletur, & ea non obstante iudex eum declaret, quia sententia excommunicationis est iuridice lata, at si non iuridicæ lata præsumeretur, tamen quia super hoc requiritur iudicis ad quem declaratio, quæ dependet, à futuro euentu, & sententia excommunicatum ligat, vel statim nulla est, credo quod interim pro excommunicato habeatur, vt dixit Gloss. in d. c. pastoralis. §. vero in uerbo excommunicatio, & eo maxime si erit causa criminis notorii tunc si à comminata excommunicatione quis appellet, poterit ea non obstante nihilominus iudex ad eius declarationem procedere, cap. peruenit el primo de appell. operatur autem talis appellatio effectum deuolutiuum, quia causam ad superiorem deuoluit cognoscendam, & appellantem ab excommunicantis iurisdictione eximit, cap. per tuas de sentent. excommun. cap. ad hoc & cap. pastoralis de appellatio. Spec. eod. tit. num. 16. & 17. qui in §. qualiter, uersic. item etiam, eodem titu. dicit, quod causa tunc est exprimenda, quod comprobatur per text. in cap. per tuas. §. nos autem uersic. legitimam, de senten. excommun. licet aliqui teneant, etiam in hac appellatione, idem esse quo ad causæ expressione, vt in sua diffinitiua,

loquuti

loquuti supra sumus, sed secundum Card. in clem. 1. §. 1. de se-
34 queſt. poſſ. appellatio, à declaratione incursus censurarum, ope
ratur effectum suspensiuũ pariter, sicut deuolutiuum, & idem di
xit notabile esse Fel. in cap. cum non ab homine, num. 12. versi.
35 vbi dicit quod talis appella. extra de iudici, habemus præterea
regulam, quod à comminatione pœnæ conceditur appellatio.
Gloss. in l. si qua pœna vbi Bart. uerſic. vltimo ego formo quæ-
ſtionem unam, ff. de verb. sign. Gloss. in clem. fin. de censibus,
Franc. in cap. reprehensibilis, de appell. Gloss. in cap. cupien-
tes. §. insuper in uerbo priuatos de elect. in 6. Gloss. & DD. in
cap. quare nos, in uerbo capitulo, & Abb. in capit. peruenit de
36 appel. Scrib. in l. & in multis C. eod. tit. Bar. in l. 1. §. 1. ff. eod. Ab
expensarum taxatione appellare nõ potest, sed antequam quæ-
37 ſtionem aggrediamur, sciendum est, quod expensæ ex tribus ca-
pitibus petuntur, Primo ex contumacia, & tunc dicuntur expen
sæ contumaciales, Secundo ex calumnia. Tertio ex temeritate,
38 expensæ autem contumaciales, ideſt per contumaciam alterius
partis, tam ante litem conteſtatam, quam poſt, vſque ad senten-
tiam indistinctæ petuntur, qualemcunque causam litigandi, si-
ue iustam, siue iniustam habuerit is, cui restitui debent ca. cum
dilecti de dol. & cont. cap. ad hoc de seq. poſſ. cap. quoniam §. in
aliis vt lit. non cont. l. sancimus C. de iudic. Aut qui semel. & l.
properandum §. siquidem C. quo. & quand. iud. cap. significaue-
runt de teſta. c. sæpe de appel. Gloss. in c. finem in uerbo expen-
sas cum capit. seq. de dol. & cont. Huiusmodi autem expensæ, à
contumace antequam audiatur in causa statim reficiendæ sunt
d. cap. 1. vbi Gloss. & cap. ex litteris, de dol. & cont. cum iuribus
supra allegatis, Spec. in tit. de expens. §. si ante litis conteſtatio-
39 nem num. 6. Hinc praxis omnium tribunalium urbis, & orbis
inoleuit, quod quando contra aliquem in contumacia relaxa-
tur mandatum, exequtiuum, seu ordinariæ in contumaciam
condemnetur, non audiatur deinceps si audiri uoluerit nisi re-
fectis expensis contumacialibus, vt quotidie fit, de qua consue
40 tudine asserit Andr. de Isern. in constit. regni Neap. incip. spon-
te ualentibus. Aliæ sunt expensæ petitæ per calumniam, quæ
considerantur, tam ex parte actoris, quam rei, quia ex utraque
parte calumniari potest, & pari modo semper præstantur text.
est clarus, in cap. calumniam de pœn. l. 3. C. de calumniat. §.
aduersus, instit. de pœn. tem. litig. cap. cæterum & cap. fi. de re-
script. c. ex litteris, de dol. & cont. Spec. in tit. de expensis, §. po-
stremo nu. 13. & ex hac expensarum refectione, reprimitur te-
mere litigantium voluntas, immo in causa criminali, si reus

45 Taxatio expensarum facta, ante litem finitam reuocatur per viam attentatorium.

46 Commissio appellationis ab excessiua expensarum taxatione siue in totum siue in parte excessum fuerit datur.

47 Clausulæ omnes delendæ sunt in commissione appellationis ab excessiua taxatione expensarum, quæ sententiæ principali præiudicare possent.

48 Expensarum condemnatio in sententia omissa, quando per iudicem suppleatur.

49 Expensarum appellatione, solum iuste, & honeste ueniunt.

50 Expensæ quæ taxentur in Ro. Curia.

51 Appellatio in negotio principali, suspendit taxationem expensarum.

52 Appellari à condemnatione expensarum non potest, post decem dies.

53 Damna, & interesse, etiam perita in eodem libello, non taxantur cum expensis.

54 Commissio taxationis expensarum aliquando vt superflua non datur, & quando.

55 Commissio exequtorialis datur tantum in curia, & non extra eam, & quare. & 56.

57 Commissio exequtorialis an iudici, à quo seu ad quem dirigatur.

58 Cõmissio exequtorialis reformatoria cũ quibus clausulis signari, soleat.

59 Commissio, alterius restitutionis in integrum reformatoria, quomodo concedatur.

60 Citatio partis quando requiratur in taxatione expensarum.

61 Citatio requiritur in taxatione expensarum quando fit virtute commissionis.

62 Appellari debet si in sententia omittatur condemnatio expensarum.

63 Appellatio in negotio principali, interposita est communis.

64 Iudex ad quem appellantem poterit condemnare in expensis.

65 Appellatus coram iudice ad quem poterit expensas in qua pars fuit absoluta petere.

66 Appellatio in parte, & partibus præiudicialibus, non est communis.

67 Praxis appellandi in partibus præiudicialibus, quare adinuenta.

68 Clausula quarũ taxationem nobis seu successori nostro reseruamus quomodo intelligatur.

69 Ordo taxandi expensas qualis in Ro. Curia.

70 Appellare debet timens grauari ex taxatione expensarum.

71 Appellationis commissio, ab excessiua expensarũ taxatione semel datur.

72 Expensæ factæ in causa attentatorum quando taxentur.

73 Causa in litigando probabilis, excusat à condemnatione expensarum.

74 Clausula omnes & singulas expensas, taxet quid importet.

75 Clausula omnes, & singulas expensas, quid operetur.

76 Clausula sub suo paruo sigillo ad quid apponatur & nu. 77.

78 *Commissio, quæ datur reservatis expensis in fine litis, quibus clausulis roboretur.*

79 *Sententia taxationis expensarum an sit diffinitiua, seu interloquutoria limita & declara vt num. 80.*

CAP. LII.

VEniamus deinde ad appellationem, quæ quotidie interponitur, à sententiis ordinariorum extra curiam, & deinde commissionibus porrectis, petitur quod in curia appellationis causa demandetur, & circa hoc tã in beneficialibus, quam in profanis, aliqua dixi supra, in commissione Auocat. caus. nu. 7. & seq. & modo subiicio, quod causæ
1 beneficiales in Romana curia committi non debent, nisi beneficium ad minus ascendat ad annum introitum, decem ducatorũ auri, de Camera, ne partes circa rem paruam, magnis inuoluantur expensis propterea, si beneficium erit minoris ualoris, solet per breue in partibus causa remitti, verum si in Curia remanet
2 expresso valore beneficii committitur extra Rotam, & tunc etiam signatur commissio per R.P.D. Cancellariæ Regentem sicuti etiam aliæ commissiones beneficiales in Rota, vt habetur in regulis Cancellariæ, ex reg. 3. de Potest. Vicecancell. & Cancell. Regen. ac per Bellam. Decis. 602. Rebuf. in sua prax. super tertia part. sign. num. 18. & idem expresse dixit Feli. in Rub. de rescrip. nu. 9. vers. secundo nota. Tamen scias, quod super mero spolio alicuius beneficii non potest id D. Regens facere, nec pariter in aliis causis, in quibus requiritur plenitudo potestatis, vt puta in auocandis causis pendentibus extra curiam maxime, &
3 similibus, de quibus per Bellã. deci. 46. & Fel. in d. rub. n. 9. Quando in commissione adest clausula, cũ potestate citandi per edictũ, constito summarie, & extraiudicialiter de non tuto accessu, de qua clausula infra verba faciam, talis commissio solet in Ro
4 ta distribui, vt collegi ex quadam antiqua praxi Signaturę manu scripta, at si Auditor in causa haberet interesse, & causa fuerit beneficialis cuiuscunq; ualoris, parsq; petat ad oẽm. suspitionẽ tollendã auocari, alicui ex Illustrissimis Cardinalibus, fuia auocatione, à rota demãdatur. Cõmissio in beneficialibus super plurib⁹ bñficiis, & cõtra plures psonas datur, dũmodo in cõmissione sit expressũ vel per D. Referendariũ additũ, qd vnica gratia, vel supplicatione impetrata sint, sed nõ datur cõmissio sup beneficiis nõ expecificatis, exẽpli gratia, sup canonicatu talis ecclesiæ, in qua plures sint canonici, nõ expressa psona intrusi, siue

posi-

10 Vestr.in sua prax.lib.5.c.4.numer.3. Regulam habemus, quod ab exequtore non datur appellatio, l. ab exequtore ff. de appellat. Felin. in capit. quo ad consultationem numer. 13. vbi Abb. de sentent. & re iudic. l. ab exequtione. C. quor. appell. non recip. Alexand.consil.95.num.3.& 4. volum. 2. Bartol. in l. si cum exceptione, §. hæc autem in fi. ff. quod met. caus. Io. de Amic. consil.26.Rot.decis.45.de appell.in nou.Corset.cons.71. column.4.lib. 1. Alciat.in l.1. §. si quis ita ff. de verbor.obligat. & licet Alexand.cons. 113.col. fi. volum. 5. asserat contrarium quod detur appellatio, tamen prima sententia est magis communis,vt asserit Dec.in c.nouit n.2.de app.Gemin.consil.99.nu.
11 1.Io.And.& Io. Monachus in c. cum venerabilibus, §. porro. de sent excom,in 6.id tamen intellige, quando est exequtor merus vt puta facti; ratio est,quia de aliquo cognescere non debet, at si daretur appellatio,sequeretur absurdum,quia daretur processus in infiuittm,& ista exequtio,est declaratio sententiæ, ac illius finalis effectus, exequtor aute m facti tunc dicitur, quando iudex est merus exequtor, dict. l. ab exequtore, vbi Barto. & in dict.l.ab exequtione.Spec.in tit.de appell.§. in quibus vers.quinto, vbi multas tradit fallentias,quando ab exequtore liceat appellare.Socin.in tractat.fallent. regul.26.Alexan.in consil. 110.
12 num.13.lib.5.Grat.cons.16.lib.2.Ruin.consil.80.lib.5. Bero. q. 131.fallit autem supradicta regula, quod siue sit exequtor iuris siue facti, ab excessu datur appellatio, DD. in dict.l.ab exequtore,& in l.ab exequtione.Fel.Abb.& Cono.in c. quoad consultationem de re iud.cap.nouit de app.& sigillatim in hac appellatione causa grauaminis,& modus ipsius excessus exprimi debet.sec.Rom.cons,41.n.1.vers.si enim & Bar.in d.l.ab exequtore,quia non præsumitur excessus,nisi probetur,dec.45.de ap. in
13 nou.Multipliciter excessus verificari potest,nō solū quo ad summā in exequendo,verumetiā si iudex exequtor exceptiones suffi cientes ad elidendā exequtionē,vt puta solutionis vel aliàs non admisisset,vel ante tēpus exequi mandasset.Spec.in tit.de exeq. sent.§.nunc videndū,n.7.aut in re de cuius idētitate nō cōstaret vel aliena foret,sup qua exequtio fieri non posset.Bar. in d.l. ab exequtore.nu.2.Vest.in sua prax.li.7.cap.5.num. 9. Præterea, si iuris ordinem non seruasset, pariter modum excedere dicitur, aut si iniustę sententiam exequendam interpetraretur. Specul. in ti.de app.d.§.in quib⁹ Rui.in cōs. 80. vol.5.cum iuribus supra adductis,ac pariter si per falsa instrumēta fore sētētiā latam assereretur,nihilominus eā exequi vellet dict. decis. 45. Vlterius modū iudex excedit, si præcipiat fieri immissionē in possessio-

nem magnæ rei, vel maioris quantitatis, & in modico sufficeret
Spec. in tit. de exeq. sent. §. nunc videndum nu. 7. secundum multos appellatio circa præmissa non tenet, nisi in ea exprimatur iusta, & rationabilis causa excessus, ratio est, quia cum regulariter in hoc sit interdicta appellatio, ad eius iustificationem requiritur causæ expressio, vt supra dixi, Abb. in cap. quo ad consultationem nu. 30. vbi Butr. de re iud. Spec. de exeq. sent. d. §. nunc videndum. Soci. cons. 45. lib. 1. Ias. in l. hac consultissima, §. per nuncupationem, nu. 2. C. de testam. Card. in clem. appellanti 3. & 4. q. de appel. at quando non exprimitur causa, seu expressa est nulla, tunc non supersederit in exequtione, licet quando esset æqua sic, vel pariter si dubia quia tunc quoque transferenda erit si in re stabili, sin autem in mobili, res sequestrabitur, ne pereat, & similiter de re stabili, fructus, vt dixit Abb. ibidem nu. 31. & Spec. in d. §. nunc videndum nu. 7. & adeo verum est, quod modus exprimi in specie debeat, vt si in genere dicatur, appello, quia excessiuis in exequendo, ratione incertitudinis non sufficiat, nam si quis exprimere causam particulariter
15 tenetur, non sufficit generalitas verborum Abb. vbi sup. nu. 32. & 33. Quod limita, nisi appellans aliquas causas expressisset, & deinde ad acta, quo ad cæteras se retulisset, illæque in actis apparerent, nam cum hac facti serie, efficax erit appellatio, per ea quæ in simili de sententia dicitur, quæ valet, licet ad quantitate in instrumento contentam iudex se referat, dummodo tale instrumentum in iudicium productum fuerit, vt tenuerunt Ant. Butr. & Abb. in c. pen. de excep. Aret. in §. curare col. 3. instit. eodem tit. & quamuis contrariam sententiam multi amplexati fuerint tamen istæc communior est, de qua per Ias. in l. ait prætor. §. si iudex, nu. 13. ff. de re iud. Vant. in tract. de nullit. sent. ex def. proc.
16 nu. 105. quod amplia, etiam si causa grauaminis esset notoria, quia pariter tunc expressio erit necessaria, & facienda, Card. in d. Clem. appellanti Franc. in c. vt debitus q. 9. de appel. Gom. in c. 1. eod. tit. in 6. alias si non exprimantur, infra decem dies sen-
17 tentia in iudicatum transit, vt dixit Soci. loc. cit. in d. consi. 45. & Ang. in consi. 207. An autem excessus allegatus in parte exequtionis, potens sit facere in totum eam supersedere, dico quod no ex mente Abb. in d. c. quo ad consultationem nu. 33. Vestr. in sua prax. lib. 7. cap. 3. num. 12. ratio est, quia si in uno allegatur excessus, in alio approbatur sententia, ex quo unum negando aliud, & fatetur, & approbat cap. non ne de præsumpt. & sic si exprimatur excessus in re, siue in quantitate, tunc non suspenditur exequtio, nisi in quantum esset expressum, & in reliquis

exe-

267

exequetur at Vestr. vbi sup. num. 12. dicit, quod cauti procuratores non se arctant ad exprimẽdum in specie præfatas causas, sed eas narrant in genere, ad effugiendum (vt proxime dixi) quod in exequtione supersedeatur tantum in eo, quod fuit expressum, & rationem affert, quia quando fit expressio in genere ratione incertitudinis, donec ex euentu liqueat in quantum ex-
18 cessum fuerit, in totum supersedetur exequtio. At in hoc casu supradicta uerum non credo, sed vt ibidem subdit Vestr. locum id uendicabit, quando appelletur ab excessiua expensarum taxatione, seu fructuum liquidatione, & aliis interloquutoriis in negotio exequtiuo, sicque in Rom. Cur. & seruari, & seruatum fuisse asserit, & ego semper seruari uidi, in aliis vero casibus, vt puta si contra Titium exequtio relaxetur pro scutis quingentis, & exequtor in totum exequi velit, Titiusque scuta puta ducenta soluisse ostendat, & iudex solutionem admittere nolit, cum in reliquis debitor remaneat, clare à non admissione iuriũ ad destructionem exequtionis tendẽtium, appellari poterit expressa causa, vt dictum est, ad instar trium sententiarum conformium, quibus in eo, quo sunt concordes datur exequtio, & in re
19 liquis appellationi defertur. Aduertas tamen, quod si in partibus fuerit ad Papam appellatum ab excessu, tam uigore trium conformium, quàm vnius sententiæ, quæ in rem iudicatam transierit, & causa in Rota, vel alteri in curia demãdetur, cum eadem ratio in uno, quàm in alio militet iudice, si petatur inhibitio ad hoc ne iudex à quo ad vlteriora procedat, non erit concedenda, nisi aliqualiter excessus in appellatione expressi uerificentur, ratio est, quia pro iudice intrat præsumptio, quod minime excesserit, & sic dari prius de excessu sumus debet, c. nouit. de iudic. id suadeatur, quia tanto magis excessus verificari debet cum sit appellatio extraiudicialis, c. non solum. §. illa uero de appellatio. in 6. Nam cum clare sit exequtio relaxata, & iste excessus tendat ad eam infirmandam antequam inhibeatur ad effectum retardandi aliqualiter de eo constare debet Rot. de appellatio. in noui. decis. 45. quod declara vt supra, nisi fuerit in ma-
20 teria expensarum, sed dum dixi, quod ab exequtore non datur appellatio, intellige de exequtore mero, qui nullam habet causæ cognitionem, sed tantum exequi debet, Gloss. in cap. nouit. in verbo ab exequtore de app. text. est expressus in c. pastoralis §. quia vero de offic. deleg. l. exequtorem. C. de exeq. rei iud. l. si vt proponas. C. eod. tit. l si prætor. ff. de iudic. cap. cæterum de re iudic. quod semper intellige vt præmissum est, de causis, in quibus appellatio conceditur, vt dixit Gloss. in cap. pastoralis

§. quia vero, in verbo & si sciat de offic. delegat. Mixtus au-
21 autem exequtor, seu exequtio tunc dicitur, quando habet an-
nexam causæ cognitionem vna cum exequtione, vti quotidie
fit exempli gratia, quando S. D. N. confert alicui beneficium
aliquod, & in literis Apostolicis expeditis datur exequtor
cum clausula vocatis vocandis, vel mandat vt alicui res sua
restituatur, & tunc si iste mixtus exequtor legitimam exceptio-
22 nem, seu exceptiones non admittit, vel aliter partes grauat,
datur appellatio, cap. dilecto, & c. vt debitus de appellatio.
23 cap. accepimus de ætat. qualitat. & differen. Clausula enim
vocatis vocandis, facit, quem non merum exequtorem, sed
mixtum, & quod in procedendo teneatur seruare formam iu-
dicii, ex quo corrolariæ infertur, quod per omnia idem iudi-
candum sit de talis exequtoris sententia, & ideo quemadmo-
dum iudex ordinarius lata sententia pendente termino nil po-
test nouare, ita nec exequtor datus cum tali clausula, pariter-
que sicut iudex ordinarius, vel alius, debet appellationi à
diffinitiua interpositæ deferre, ita & iste exequtor, nisi ap-
pellatus esset contumax, & clausula præfata est tanti vigoris,
24 quod si adiiciatur in commissione ei, quo alias erat merus
exequtor, facit ipsum de mero mixtum. adeo quod tene-
tur assumere partes iudicis, vt dixit text. in capit. exhibita
iunct. glo. & Fel. num. 4. de iud. Cardinal. in consil. 94. incip.
nobiles viri. Rot. decis. 12. de offic. delegat. in nou. & ideo si
appareat contradictor, vel legitima fuerit exceptio oppositа,
siue antequam conferat, siue postea, non debet facere iudi-
cium collationis, nisi partes iudicis delegati assumat, quia
cognoscere de causa, requirit iudiciariam disceptationem,
ideo appellationem rationabilem tenetur admittere, quæ non
dicitur propriè appellatio, sed potius quidam recursus, cum
fiat a non iudice, vt late dixit Bald. in consil. 428. numer. 1.
volum. 2. Cardinal. in consil. 63. vers. & hoc præsupposito.
Felin. in dict. cap. de cætero, numer. 10. de re iudic. Nec di-
cti exequtores extra locum eis deputatum citare, seu par-
tes extrahere possunt. decis. 32. de rescript. in antiq. Felin.
in dict. capit. de cætero numer. 10. de re iudic. Cardinal. in
consil. 64. incip. Dominus Noster Papa. Philipp. in cap. du-
dum de præsump. Speculat. in titul. de disputat. & allegat. §.
post hoc vers. & nota, vbi Bald. in addit in verbo de clausu-
la. Innocent. in c. sedes de rescrip. Cardinal. in clementin. 1. de
offic. delegat. Domin. in cap. sicut, 2. quæst. 1. Anto. post Abb.
in c. pastoralis, §. quia vero column. 2. vers. gloss. in verbo & si

sciat

sciat de offi. delega. Barbat. in capit. exhibita de iudic. & in cap.
25 conquerente de rest. spol. An autem clausula amoto quolibet il licito detentore pariter faciat exequtorem mixtum an merum & vtrum possit assumere partes iudicis, pro resolutione vt breuitati consulam, distinguo, quod aut fuit facta commissio cum supradicta clausula amoto &c. & nulla sententia est antea secuta, tunc talis erit mixtus exequtor, & sic vti iudex debet videre & cognoscere, si possessor sit legitimus nec ne, ob id quendam qui causa non cognita, in casu præfato virtute dictæ clausulæ, fuit deiectus, e possessione, Rota restituendum late declarauit, vt habetur in decis. Mohed. 97. Aut ante commissionem præcesit sententia, super exequtione fienda contra illum possessorem, & tunc merus dicendus erit exequtor. Abb. in cap. de cætero 7. col. vers. quæro circa vbi multa in hoc articulo recenset, & ibi Fely. num. 9. versi. ad illud de clausula amoto de re iudic. Spec. de sent. excomm. §. 2. versic. quod si & licet (vt dixi) ab exequtore non detur appellatio, tamen appellari potest à sententia de exequendo siue decreto. Alex. consil. 113. num. 10. vol. 5. Bar. & Sali. in d. l. ab exequtore C. quor. app. non recip. & ita in allegato consil. seruari Alex. asserit, Corn. in
26 consil. 184. num. 8. vol. 4. condemnatur aliquis in duabus pœnis & ab vna condemnatus appellat, vtrum ista appellatio sufficiat ad impediendam exequtionem alterius pœne, super qua vox appellationis emissa non fuit, & in hoc breuiter distingue, quod aut pœna, in qua fuit prouocatum est maior, & vna absorbet aliam, vt potentior, & tunc supersedetur in minori quia minor respectu maioris in exequtione confunditur, tunc que causa suspenditur, si uero appellatum est, à minori, non intrant supradicta, quia nihil facit quin maior pœna exequatur, si vero sint diuersæ, vt puta amputationis manus, vel confiscationis bonorum, tunc appellato ab una pœna, exequtio alterius, à qua non est appellatum non differtur Bald. in l. ab exequtore num. 15. C. quor. app. non recip. Iac. de Arena cuius hoc dictum fuit
27 in leg. 1. §. final. ff. nil. nou. appellat. pend. An autem appellatio in notoriis admittatur quæro, & dic una cum Abb. in cap. cum speciali §. porro nume. 4. & 5. de appellat. quod quando appellans sit propria uoce confessus, non autem per procuratorem, seu vim tormentorum, si fuerit testibus conuictus, vel argumentis superatus, non auditur appellãs, secus qñ confuse fuerit confessus, vt Abb. ibi & DD. in c. peruenit & c. proposuit de app. post Inn. in Glo. in verbo manifesto Spec. eo. ti. §. in quibus ver-
28 sic. 10. Quod uerum dic in causa criminali, secus in ciuili, quia

admittitur appellatio, quæ iurisdictionem iudicis, à quo impediendo executionem suspendit Gloss. in l. emptorem in princ. in uerbo posse ff. de actio. empt. Bal. in l. fin. col. 2. uersic. quæro quid operabuntur C. eod. tit. Spec. de notor. Crim. §. iam de notorio crimine uersic. octauo. si autem non à notorio, sed notorii declaratione appellaretur, tunc bene intrat appellatio, vt lat. Fely. in cap. cum non ab homine col. 5. in fi. de iudic. Eodem modo dicendum est in sententia morum correctoria, ideo quando superiores regularis ordinis vel alii, secundum eorum regulas ordinis vel alias aliquem punire intendunt, nec suspecti recusari, nec ab eis appellari ualet, quia ad correcti salutem correctio fit, & ideo de plano, ac sine iudiciorum strepitu procedere, ipsis datum est; tamen si modum excedant tunc ab excessu datur appellatio c. irreprehensibilis vbi Innoc. num. 3. vbi Abb. & in c. cum speciali nu. 3. de appell. interdum appellatur, à sententia excommunicationis, vel ab ipsa excommunicatione, vel ab excommunicationis comminatione, quæro an detur commissio, & quomodo circa quod vt supra tetigi sciendum est, quod ad effectum suspensiuum ab excommunicatione appellatio, nihil operatur; cum secum executionem excommunicatio trahat c. pastoralis. §. verum uersi. nos itaque de appellat. Gloss. Bart. & DD. in l. fin. C. si à non comp. iud. Innoc. in c. per tuas de sentent. excomm, etiam si ante latam excommunicationem appelletur, & ea non obstante iudex eum declaret, quia sententia excommunicationis est iuridice lata, at si non iuridicæ lata præsumeretur, tamen quia super hoc requiritur iudicis ad quem declaratio, quæ dependet, à futuro euentu, & sententia excommunicatum ligat, vel statim nulla est, credo quod interim pro excommunicato habeatur, vt dixit Gloss. in d. c. pastoralis. §. vero in uerbo excommunicatio, & eo maxime si erit causa criminis notorii tunc si à comminata excommunicatione quis appellet, poterit ea non obstante nihilominus iudex ad eius declarationem procedere, cap. peruenit el primo de appell. operatur autem talis appellatio effectum deuolutiuum, quia causam ad superiorem deuoluit cognoscendam, & appellantem ab excommunicantis iurisdictione eximit, cap. per tuas de sentent. excommun. cap. ad hoc & cap. pastoralis de appellatio. Spec. eod. tit. num. 16. & 17. qui in §. qualiter, uersic. item etiam, eodem titu. dicit, quod causa tunc est exprimenda, quod comprobatur per text. in cap. per tuas. §. nos autem versic. legitimam, de senten. excommun. licet aliqui teneant, etiam in hac appellatione, idem esse quo ad causæ expressione, vt in sua diffinitiua,

29

30

31

32

33

loquuti

loquuti supra sumus, sed secundum Card. in clem. 1. §. 1. de se-
34 queſt. poſſ. appellatio, à declaratione incurſus cenſurarum, ope
ratur effectum ſuſpenſiuũ pariter, ſicut deuolutiuum, & idem di
xit notabile eſſe Fel. in cap. cum non ab homine, num. 12. verſi.
35 vbi dicit quod talis appella. extra de iudici, habemus præterea
regulam, quod à comminatione pœnæ conceditur appellatio.
Gloſſ. in l. ſi qua pœna vbi Bart. uerſic. vltimo ego formo quæ-
ſtionem unam, ff. de verb. ſign. Gloſſ. in clem. fin. de cenſibus,
Franc. in cap. reprehenſibilis, de appell. Gloſſ. in cap. cupien-
tes. §. inſuper in uerbo priuatos de elect. in 6. Gloſſ. & DD. in
cap. quare nos, in uerbo capitulo, & Abb. in capit. peruenit de
36 appel. Scrib. in l. & in multis C. eod. tit. Bar. in l. 1. §. 1. ff. eod. Ab
37 expenſarum taxatione appellare nõ poteſt, ſed antequam quæ-
ſtionem aggrediamur, ſciendum eſt, quod expenſæ ex tribus ca-
pitibus petuntur, Primo ex contumacia, & tunc dicuntur expen
ſæ contumaciales, Secundo ex calumnia. Tertio ex temeritate,
38 expenſæ autem contumaciales, ideſt per contumaciam alterius
partis, tam ante litem conteſtatam, quam poſt, vſque ad ſenten-
tiam indiſtinctæ petuntur, qualemcunque cauſam litigandi, ſi-
ue iuſtam, ſiue iniuſtam habuerit is, cui reſtitui debent ca. cum
dilecti de dol. & cont. cap. ad hoc de ſeq. poſſ. cap. quoniam §. in
aliis vt lit. non cont. l. ſancimus C. de iudic. Aut qui ſemel. & l.
properandum §. ſiquidem C. quo. & quand. iud. cap. ſignificaue-
runt de teſta. c. ſæpe de appel. Gloſſ. in c. finem in uerbo expen-
ſas cum capit. ſeq. de dol. & cont. Huiuſmodi autem expenſæ, à
contumace antequam audiatur in cauſa ſtatim reficiendæ ſunt
d. cap. 1. vbi Gloſſ. & cap. ex litteris, de dol. & cont. cum iuribus
ſupra allegatis, Spec. in tit. de expenſ. §. ſi ante litis conteſtatio-
39 nem num. 6. Hinc praxis omnium tribunalium urbis, & orbis
inoleuit, quod quando contra aliquem in contumacia relaxa-
tur mandatum, exequtiuum, ſeu ordinariæ in contumaciam
condemnetur, non audiatur deinceps ſi audiri uoluerit niſi re-
fectis expenſis contumacialibus, vt quotidie fit, de qua conſue
40 tudine aſſerit Andr. de Iſern. in conſtit. regni Neap. incip. ſpon-
te ualentibus. Aliæ ſunt expenſæ petitæ per calumniam, quæ
conſiderantur, tam ex parte actoris, quam rei, quia ex utraque
parte calumniari poteſt, & pari modo ſemper præſtantur text.
eſt clarus, in cap. calumniam de pœn. l. 3. C. de calumniat. §.
aduerſus, inſtit. de pœn. tem. litig. cap. cæterum & cap. fi. de reſcr
ipt. c. ex litteris, de dol. & cont. Spec. in tit. de expenſis, §. po-
ſtremo nu. 13. & ex hac expenſarum refectione, reprimitur te-
mere litigantium voluntas, immo in causa criminali, ſi reus

266

46 tentia diffinitiua tamen separato, quando iudex modum excedit, siue in totum, siue in parte appellare poterit; Bald. in l. ab executione num. 2. & 3. C. quor. appell. non recip. & passim ista commissio appellationis ab excessiua expensarum taxatio-
47 ne datur, Sed aduertendum est, ne ex inhibitione vigore talis commissionis emanandæ retardetur negocii principalis executio, quia cum istæ excessus, sententiæ ritè late non contradicat, tantum commissio, & sic inhibitio illius vigore concedenda tendere debent ad taxationis excessum, Salicet. in l. ab executione numer. 13. C. quor. appell. non recip. Bartol. in dict. l. ab executore numer. 14. Itaque deleri debent in commissione huiusmodi omnes clausulæ, ex quibus retardari seu intrrumpi posset executio sententiæ principalis, vel rei iudicatæ, adeo quod solum ab excessu remaneat clara commissio
48 appellationis. Si uero Iudex, quando sententiam profert diffinitiuam, expensarum condemnationem omnittat, cum sit de accessoriis sententiæ, eodem die tantum quo lata sententia fuit condemnationem præfatam addere, seu supplere poterit, Bal. in dict. l. terminato, num. 4. l. Paulus, vbi Bart. ff. de re iudic. decis. 1 num. 1. vt lit. non contest. in nou. cap. cum appellationis de appell. in 6. Vestr. in sua prax. lib. 8. cap. 2. num. 9. & ap-
49 pellatione expensarum, veniunt tantummodo iustæ, & honestæ. Spec. in tit. de expens. §. nunc videndum, num. 2. & in addit. ibi in verbo condemnandus, fallit autem supradicta regula, quando iure municipali cauetur, vt victor victori in expensis condamnetur, quia tunc etiam si illarum condemnationem iudex omiserit, ac sibi reseruauerit, si non fuerit appellatum nihilominus de eis cognoscere poterit. Bar. in l. 3. §. ré. ff. de leg. 3. Alex. in l. Paulus, num. 8. ff. de re. iud. Afflic. in const. regn. Neapol. n. 2. Nicol. ant. Grauat. in addit. ad Vestr. loc. supra, cit. numer. 33.
50 Tamen in Romana Curia expensæ viaticorum, procuratoris, seu aduocati non taxantur, vt firmauit. Vestr. vbi supra numer. 12. sed solum expensæ actorum necessariæ; habita tamen aliqua consideratione mercedis procuratoris, & aduocati,
51 arbitrio domini iudicis taxantis. Quando autem in negocio principali appellari contingat, expensarum taxatio suspenditur Dec. in capit. verum numer. 13. de appellat. quia cum ista condemnatio, vt dixi, siue taxatio, sint pars siue accessorium sententiæ, permissa appellatione in negocio principali, etiam in accessoriis, siue dependentibus non erit denegata l. si cũ exceptione. §. hic autẽ vbi Bar. & Bal. ff. quod met. cau. & sicut pẽdẽte appellatione executio fieri nõ potest, l. 1. ff. nil nou. append.

penden. ita etiam nec expensæ taxari, decis. 46. de re iud. in antiq. Similiter quemadmodum a sententia principali elapsis decem diebus non potest appellari, ita neq. a condemnatione, si
53 ue taxatione expensarum, quia est exequtio primæ sententiæ, glo. in l. si cum exceptione. §. hæc autem actio, ff. quod met. caus. dec. 1. in vlt. addit. vt lit. pend. in nou. Si autem iudex aliquem cõdemnaret in expensis damnis, & interesse, & pars ad cuius fauorem lata fuit sententia, instaret vna cum expensis taxari dã na, & interesse, non poterit iudex id facere, etiam si damna, & interesse vna cum expensis essent in eodem libello petita, ratio vr-
54 get, quia appellatione expensarum, non veniunt damna, & interesse. Salic. in l. non ignoret, num. 4. & Bal. num. 19. C. de fruc. & lit. expens. Commissio nostra videtur superflua, quando iudex ordinarius. via ordinaria, & absque aliqua commissione speciali fert vltimam sententiam, seu vnam, quæ transeat in rem iudicatam, quia ordinaria sibi concessa iurisdictione in exequendo potest vti, etiam quo ad expensas, absque alio rescripto. Innoc. in c. significantibus num. 1. de off. deleg. cum autem ordinaria iurisdictio duret vsque ad finalem causæ expeditionem, quia res iudicata finem liti imponit si exequi eam non valeret; sequeretur absurdum, quod nulla daretur differentia inter iurisdictionem ordinariam, & delegatam, quæ lata sententia expirat in Ro
55 man. Cur. vt dicam infra in commissione exequtoriali, nec ita de facili finis litibus daretur, dec. 1. vt lit. non cont. in nou. c. in literis de off. deleg. Sed quando vigore specialis commissionis, seu vti delegatus iudex tulit sententiam, tunc si exequenda erit commissione, quæ vulgo dicitur exequtoriali, opus erit, quæue facillime via ordinaria semper conceditur, vna cum insertione, & authoritate taxandi, & moderandi, expensas, ea quippe ratione, quia cum per sententiam latam expirauerit delegati iurisdictio, eamque a se abdicauerit, suoque iam sit delegatus munere
56 functus nouiter recenti commissione iurisdictionem excitare, vt dicitur exequtoriali opus est, de qua Deo dante, & quomodo intelligatur latius infra dicam. Nam licet delegatus a Principe de iure possit exequi sententiam absque aliqua commissione, c. quærenti de off. deleg. Bartol. in l. a diuo Pio, ff. de re iud. Tamen id procedit extra Curiam, quia in Curia, propter præsentiam Papæ, & derogationem regulæ, quod exequtoriales literæ aliter, quam sub plumbo expeditæ non arctent, dirigitur
57 commissio exequtorialis iudici, qui tulit vltimam sententiam, & ita seruari in praxi per Signaturam dixit Cassad. decis. 13. numer. 4. de rescrip. Sed cui commissio sit dirigenda, videndum est

ordina-

ordinariæ autem in hoc certa regula dari nō potest, quia cōsiderata facti qualitate, Signatura diuersimode rescribit, & quandoque commissionem dirigit iudici, a quo, cui vt plurimum venit dirigenda, quandoque iudici ad quem, sed quando pars commissioni non contradicit, dirigi solet iudici, a quo, si uero commissioni contradicat asserendo, quod ei locus non sit, vel iudicem a quo habeat suspectum, aut alias rationabiles causas, vel si iam præuenerit in committenda causa appellationis, & tunc quia per appellationem, est quodammodo iu-
58 risdictio iudicis a quo debilitata dirigitur commissio, vt plurimum iudici ad quem cum clausula vt constito de re iudicata, vel quod alias appellationi locus non sit exequatur, expensasq. taxet & moderetur, ac pro illis mandatum, seu mandata exequtiua necessaria. & opportuna relaxet, exequi mandet, & faciat, sin secus causam appellationis cognoscat, & id fieri solet
59 quando res est dubia, at quando per appellantem esset præuentum in obtinenda commissione restitutionis in integrum, tunc si contingat reformari commissio, vt plurimum rescribitur iudici ad quem, ut præfixo aliquo breui, & peremptorio termino, ad docendum de causis propter quas ueniat restituendus in integrum, quo elapso, & nihil quod releuet docto, ad
60 exequtionem procedat expensasque taxet, & moderetur, de qua late per Vestr. in sua prax. libr. 8. cap. fin. numer. 9. & 10. Requiritur autem in taxatione facienda partis citatio, & ita practiari quotidie dicit Bald. in dict. l. terminato numer. 9. & licet Iason. in l. nec quicquam. 6. ubi decretum. numer. 46. ff. de offic. procur. & leg. teneat, quod non requiratur citatio tamen eius opinio saluari potest, quod tunc non requiratur, quando eodem die, quo fuit lata sententia fit taxatio, quia in continenti uidetur inesse, Franc. in cap. sæpe in quæst. 13. de appellat. secus si dicto die elapso, quia requiritur citatio partis, ut declarat Bald. in dict. l. terminato numer. 9. Verum non est usu receptum, vt eadem die, qua fertur sententia, expensæ taxentur, vt dixit Marant. de ordin. iudic. part. 6. in verbo post omnia aduertat: circa exequ. numer. 21. vers. sed hodie, quod intelligitur de eodem met die, quo lata fuit sententia si taxatio esset facienda, & non de die naturali, Salicet. in dict.
62 l. terminato numer. 2. l. paulus ff. de re iud. c. appellationibus, ibi eandem diem expensarum condemnationem faciens de appellat. in 6. Vestr. in sua praxi libr. 9. cap. 2. numer. 9. & ratio est quare requiratur citatio, vt fieri solet, quando adest commissio, quia adest in commissione verbum constito, conditionale,

quod est contra se ratificauit & emologauit alia, quæ in sui fauorem erant, igitur si victor tunc non appellat, sibi imputet. Immo si a negocio principali victus non appellet, poterit nihilominus victor (vt præmittitur) ab omnimoda expensarum condemnatione appellare, quam praxim valde commendat, Franc. in capit. si duobus column. 4. versic. sed quæritur primo cum pluribus sequentibus, de appellat. Vestr. in sua prax. quem ad hunc propositum vide libr. 7. capit. 3. numer. 29. & 30. Sed vnum menti tenendum in hoc particulari ponam, quod appellatio interposita per vnum ex collitigantibus quatenus contra, & in parte, & partibus sibi præiudicialibus, nō prodest alio aduersario collitiganti, & in hoc limitatur regula, quod appellatio sit communis, quando pro appellante deinde fuerit pronunciatum. Innocent. & DD. in capit. si duobus quæst. 2. vbi Felin. de appellat. Immo si ita appellans impetrauerit commissionem sub tali præmisso tenore, & eam exhibuerit in actis nec etiam proderit collitiganti, vt est decisio. Put. 14. de appellation. & Acchil. decis. 1. eodem titul. ratio est, quia talis appellatio est condictionalis, quatenus contra, vnde si feratur sententia in fauorem appellantis, cessat condictio, & per con-
68 sequens appellatio habetur pro non interposita, iudex vtplurimum aliquem in expensis, dum fert sententiam condemnat, sub his verbis, quarum taxationem nobis, vel successoribus nostris, vel cui de iure reseruamus, an illus deinde successor in officio eas taxare valebit, & dicas, quod iudex ordinarius siue sibi solum, siue eius successori taxationem reseruet, nihilominus illam perficere poterit successor, quia ista reseruatio non concernit personam, sed officium, vnde licet persona mutetur, tamen idem semper officium remanet, cum personæ absque officio, id minimè permissum sit, & sic iuxta regula, vt quæ fine officio fieri non possunt, ab officio facta
69 videntur. Bald. in dict. l. terminato numer. 10. Immo quod plus est ordinarius taxabit expensas, de quibus in sententia arbitri facta sit condemnatio, quia cum nihil sibi arbiter reseruare queat, taxatio expensarum, ac exequtio sententiæ arbitrialis ad iudices ordinarios pertinebit, vt Bal. loco citato numer. 11. dixit l. vt fundus ff. comm. diuid. Quando autem per iudicem perfecta est expensarum taxatio, & illa per partem iurata, nihil de ea iudex tollere, seu detrahere potest, Bald. in l. si clericus column. penult. C. de episcop. aud. Innoc. in cap. super eo nu. 4. de iis quæ vi met ve caus. 6. oportet, Auth. de iud. & quamuis de iure deberet præstari iuramentum,

iuxta

iuxta glo. in c. 1. in verbo docuerit de elect. in 6. alias eo non præstito taxatio est ipso iure nulla, c. cum venissent de eo qui mit. in poss. tamen notarii, licet de stylo non præstetur, nec attendatur
69 immo de stylo remittatur asserentes, vt pariter faciunt, in seruādis terminis subsantialibus eas taxat, illa ratione suffulti, quia siate exhibitione cedulæ factæ per procuratores cum relatione cursoris, notarius ordinariæ eas taxat, ritæ tamen factas in scripturis causæ liquidis, & non arbitrio partis, ideo non attenditur dictum iuramentum, Vestr. vbi sup. n. 16. c. vltimo de iud, in 6. at si iudex male taxasse, seu errasse cognouerit, vtique taxationem reuocare, non obstante iuramento, seu illam reformare poterit, Inn. vbi sup. n. 5. Grauatur aute victor in hoc, quia non recuperat omnes expensas, sed reseruatur in alio, quia vbi in terponitur statur eius iuramento, nam si vellet plene expensas factas per testes probare, non posset earum taxationem iudex facere. Marant. de ord. iud. in verbo defertur aliquando iuramentum par. 6. n. 33. Sed ille, contra quem taxatio fieri contingit, cau
70 tæ procedit, si dum fieri timet, & sibi, aut in totum, aut in parte grauamen inferri appellat. Innoc. in d. c. super eo n. 4. vers. taxatione, & semel tantum ob excessiua expensarum taxatione, licet
71 appellare, & non vltra, quia deinceps commissio denegatur, Felin. in c. quoad cōsultationem. n 20. de re iud. Vestr. in sua prax. lib. 7. c. 3. n. 17. & ad quas expensas teneatur, & quia actione tradit Inn. in c. fæpe contingit, n. 1. & seq. de app. Expensæ factæ in
72 causa attentatorum, si pro attentatis sententia ferri contingat, taxantur ante sententiam, vna cum expensis factis in sententia lata, antequam attentata essent commissa, ratio est, quia sententia attentatorum executioni demandanda est, antequam super negotio principali cognoscatur, c. bonæ de app. c. cum teneamur de maior. & obed. dec. 5. de dol. & cont. in nou. Probabilis litigā
73 causa ab expensarum condemnatione excusat c. finem de dol. & cont. dec. 7. eod. tit. in nou. non tamen a restitutione fructuum, vt in d. dec. l. qui solidum. 5. & causa. ff. de leg. 2. c. 1. in fi. de elect. in 6. & ita pariter excusatur, si vnam sententiam prius legitimæ in sui fauorem obtinuerit, Vestr. in sua prax. lib. 8. c. 2. n. 5. Ponūtur in commissione executoriali, seu taxationis expensarū hæc
74 verba, videlicet, omnes & singulas expensas taxet, & moderetur ac pro illis taxatis, & moderatis, mandatum, seu mandata, necessaria, seu opportuna decernat, & relaxet sub suo paruo sigillo re
75 gula contraria non obstante. Operatur autem illa verba omnes & singulas expensas mirabiliter, quia si mandaretur iudici, vt simpliciter expensas taxaret, intelligeretur tantum de factis coram ipso

ram ipso, sed virtute illorum verborum omnes, & singulas, datur sibi facultas taxandi omnes expensas in illa causa, in quacunque instantia, & coram quocunque iudice factas, vt de hoc est pulchra, dec. Rot. 44. de sent. & re iud. in antiq. Vest. in sua prax. lib. 8. c. vlt. nu. 11. Mand. in commiss. exequtoria in verbo omnes) & singulas. Verba autem sub suo paruo sigillo mandata quæcunq. necessaria, & opportuna decernat, & relaxet regula contraria, non obstante id important, quia olim mandata per Cancellariã sub plumbo expediri solebant, vel per audientiam contradictarum, quod pro eorum vtilitate officiales procurabant, & ista de causa emanauit regula Cancellariæ, vt literæ exequtoriales, nisi sub plumbo essent expeditæ, non valerent exequi, ob id adinuenta fuit clausula præfata huic regulæ derogatoria, quam passim signatura, & concedit, & concedere solet in commissionibus, de quo testatur Vestr. in sua prax. lib. 8. c. fi. n. 11. & 13. Aegid. dec. 179. Quando datur commissio in Signatura, vt constito de paupertate iudex referret expensas in fine litis, sicut quotidie fieri solet, tunc Vestr. lib. 7. c. 1. n. 8. dicit quod a causis procurantibus addi debet clausula, si quæ de iure reficiendæ veniunt. ad hoc vt specialiter orator ad earum refectionem vigore cõfessionis specificæ factæ in precibus si de iure non tenetur, se ad eas non obliget quæ clausula (vt ipse asserit) vtilis videtur. Tamen meo iudicio erit apponenda, vbi expensarum refectio, esset dubia, & ad non facta taxatio, quia tunc de clausula illa conqueri nemo poterit. Secus autem si taxatio facta foret, & expẽsæ liquidæ essent, nam tunc deleri debet, quia potius esset apta perueniere commissionem, quam aliquid vtilitatis oratori afferre, & certe esset causa, vt negocium iam finitum, denuo litibus inuolueretur, ac nouæ disputationis materiam afferret. Sed videamus an sententia huiusmodi taxationis expensarum sit interloquutoria, vel diffinitiua, & licet ex professo cum limitationibus, posteriori quæstionem in meo tract. de sent. speci. earum diff. & quomodo cognosc. par. 3. c. 28. tamen nunc breuiter dico, quando sententia condemnatoria expẽsarum fertur cum sententia diffinitiua negocii principalis, quia tunc de diffinitiua participat, ne aliã post se sententiam expectat, est interloquutoria habeas vim diffinitiuæ, quando autem de per se tractatur, & est causa principalis, tunc mera est diffinitiua. Rom. cons. 358. per tot. vt latius dixi in prafato meo tractatu, ad quem te remitto.

SVM-

SVMMARIVM.

1 CApituli oblatæ de appel. intellectus.
2 Iudex potest abbreuiare terminum à iure præfixum ad appellationem prosequendam.
3 Appellatus potest impetrare rescriptum pro confirmatione sententiæ, ac causæ commissionem.
4 C. oblatæ non habet locum in Romana Curia, & quare nn. 7.
5 Iudex in Curia datur ex officio R.P.D. Cancellariæ Regentis.
6 Verba in commissione committatur alicui iudici ordinario, siue Prælato, vel si magis placet N. quare apponantur.
7 Litibus finis, quanto citius imponi debet.
8 Regentis Cancellariæ in referendo autoritas examinatur.
9 Concessa omnia in rescripto censentur, nisi sint deleta.
10 Inferior non derogat facto superioris.
11 Legati de latere c. oblatæ de appi. derogare non valent de iure.
12 Decimæ sunt de iure diuino, & quare sacerdotibus debitæ, nn. 24.
13 Decimæ sunt de iure naturali, & diuino, legis euangelicæ à laicis, clericis debitæ.
14 Decimæ sub peccati mortalis pœna dari debent.
15 Appellatio in causis decimarum non admittitur ad effectum suspensium.
16 Appellatio in soluendis vectigalibus Principis laici ad effectum suspensium non admittitur.
17 Decimas soluere negas, sacerdotibus, & pauperibus victum adimis.
18 Decimarum præstatio, ecclesiæ præeminentiam demonstrat.
19 Decimas recusans soluere excommunicatur.
20 Excommunicatio non fulminatur, nisi præuia citatione, declara vt ibi.
21 Decimæ sunt soluendæ, nõ solum de reditu terrarum, sed etiam de acquisitis per industriam.
22 Decimæ, quare dicantur quasi debitæ.
23 Laici post Lateranense Concilium decimarum facti sunt incapaces, secus ante.
25 Commissio appellationis in materia decimarum, datur cum clausula sine retardatione.
26 Decimæ quomodo soluantur.
27 Redecimæ quæ dicantur.
28 Possessio seu titulus sufficiunt ad exactionem decimarum.
29 Causa decimarum quando in curia demandetur, & quando non.
30 Causa decimarum an coram iudice laico vel ecclesiastico tractanda.
31 Decimæ an ex vua, vel vino, oliuis, vel olio, & similibus debeantur.
32 Pensionum causæ quomodo committantur.

33 Auditor Cameræ est exequtor literarum Apostolicarum.
34 Commissio appellationis in materia pensionum datur cum clausula sine retardatione solutionis pensionis.
35 Clausula sine retardatione solutionis pensionis quomodo intelligatur.
36 Clausula sine retardatione solutionis pensionis non est semper exequtiua num. 37.
38 Stylus curiæ Romanæ an ius faciat.
39 Literæ Apostolicæ quare habeant exequtionem paratam.
40 Clausula sine retardatione solutionis pensionis non datur in pensione imposita ab inferiore a Papa, & n. 42.
41 Papa est Dominus omnium beneficiorum, & ad libitum sine causa, pensiones imponit.
42 Episcopus pensionem constituere potest, sed non transit ad successorem, limita vt num. 43.
44 Episcopus ex causa concordiæ potest constituere pensionē ad successorem transmissibilem.
45 Clausula sine retardatione, & c. denegatur illi, qui per multos annos pensionem non exegit.
46 Pensio imposita per arbitros non transit ad successorem, cautela vt transeat ponitur ibi.
47 Clausulæ sine retardatione, & c. non datur, quando vna vice fuit pensio imposita super pluribus beneficijs, quæ deinde fuerunt diuersis collata.
48 Clausula sine retardatione, non datur in pensione imposita ab episcopo, super beneficijs de iure patronatus, sine patronorum consensu.
49 Clausula sine retardatione non datur, quando pensionem soluens retinet pro decimis solutis, & quomodo intelligatur.
50 Clausulæ non obstantibus, quomodolibet in contrarium facientibus virtus.
51 Clausulæ quorum tenores efficacia.
52 Spolio agit pensionarius, quando successor recusat soluere pensionem, & num. 54.
53 Possessio pacifica exigendi pensionem per prædecessoris solutionem probatur.
55 Clausula sine retardatione non datur, si non adimpleatur conditio.
56 Clausula sine retardatione, quando detur in pensione translata.
57 Papa absque consensu patronorum, imponit pensionem super beneficio, de iure patronatus.
58 Clausula sine retardatione non datur, quando pensio est sub modo reseruata.
59 Clausula sine retardatione non datur quando contra pensionem lata sit sententia.

60 *Clausula sine retardatione denegatur, quando pensio non clerico data fuit.*

62 *Pensio laicis assignari non potest.*

63 *Clausula sine retardatione non datur in secunda commissione, quando in prima non fuit concessa.*

64 *Clausula sine retardatione nō datur, quando clericus pensionarius nubat vel miles fiat.*

65 *Clausula sine retardatione non datur, quando quis est successor iuris.*

66 *Spolio agitur, quando successor recusat soluere pensionem ab antecessore solutam, & datur clausula sine præiudicio, nu. 67.*

68 *Fructus beneficij, an pensionario sint obligati, vel creditoribus clerici.*

69 *Pensio est pars fructuum.*

70 *c. Odoardus & c. peruenit beneficium, non datur clerico renitenti soluere pensionem.*

71 *Commissio reductionis pensionis quomodo detur.*

72 *Causa solutionis pensionis & priuationis beneficij sunt diuersæ, ideo non simul demandantur.*

CAP. IIII.

1 CApitulum oblatæ de appell. in quo cauetur, quod quãdo appellãti a sentẽtia lata extra curiã, est statutus terminus ad appellationem prosequendam, si pendente dilatione appellatus nimis precurrendo causam committi obtineat, tacita termini assignatione, literæ sint subreptitiæ, uti tacita ueritate impetratæ, si uero non fuit terminus a iudice
2 præfixus. qui etiam ex causa terminum iuris ad id statutum, abbreuiare potest, ut ibi textus ait, tunc pariter appellatus non potest in committendo causam terminum legalem preuenire, nisi iuxta d. c. oblatæ dispositionem, ratio est, quia appellans habet, quem uult in iudicem, nisi ei contradicatur, & dummodo compe-
3 tentem, quem uult eligere ualet, sec. Abb. ibi n. 4. Appellatus potest impetrare rescriptum super confirmatione sententiæ in eius fauorem latæ, facta tamen mentione appellationis interpositæ per appellantem, ac etiam si terminus ad appellationem prosequendam à iudice non fuerit præfixus, dummodo nimium non præcurrat, etiam commissionis appellationem impetrare, & eã prosequi, ut ibi Abb. n. 5. & licet Bart. in Auth. ei qui dicat, quod appellatus potest causam quandocunque prosequi dũmodo ap-
4 pellantem citare faciat. Tamen Bartol. opinio non habet locum extra Curiam, quia uerior est decisio. tex. & ibi relata Abb. sententia, sed quia tantus uir perperam non loquebatur, id intelligi po-

ligi potest in curia Romana, in qua non habet locum dispositio d.c. oblatæ, nam statim datis apostolis, potest pars appellata impetrare commissionem super appellatione, cuius vigore appellans tenetur procedere, nisi adsit rationabilis causa, & hoc si fuerit præfixus terminus ad appellationem prosequendam, siue nõ Rot. decis. 16. de app. in nou. Io. Mona. in rub. de rescr. vers. quid est ergo, & ratio est, quia in curia iudex datur ex officio R.P.D.
5 Cancellariæ regentis, & sic parti incertus, quod non euenit, quãdo causa committitur extra curiam, quia (vt dixi) nisi ei contradicatur appellans habet, quem vult in iudicem, quod pariter non habet locum in curia, quia iudex in commissione petitus non datur ordinariæ, quando ab vna parte tantum petitur. c. ad hæc de rescrip. & ideo dicitur in commissione committi alicui iudici ordinario siue prælato in Ro. Cur. commoranti, addẽ
6 do, vel si placet N. vti informato, & sic praxis aperuit viam per indirectum interdum habendi in iudicem, quem volunt, Staffil.
7 de liter. iustit. cap. secundum num. 7. Secunda ratio est, vt finis litibus citius imponatur, & eorum circuitus euitentur, absque eo, quod terminus iuris ad committendam causam appellationis expectetur, vt est decis. 12. de rescript. in antiq. Clement. Auditor de rescript. cap. fi. de dol. & contum. In commissione autẽ
8 causæ, quæ remanet in curia. Ponit D. Regens etiam si ab Illustrissimo Cardinali Signaturæ præfecto seu Papa signata sit manum, sub hac forma. De mandato D. N. Papæ Audiat Magister N. citet, inhibeat, procedat, vt petitur, & iustitiam faciat. seu rescribit sub alio tenore iuxta rescripti seriem, sed in causis, quæ extra curiam committuntur, nullam habet iurisdictionem, quia iudex (vt præmisi) datur, & ea fit ratione, quia cum in Romana Curia nemo (vt dixi) habeat ordinariam iurisdictionem præter Papam, sicq. delegando causas eam tribuit, & necessario, opus est, vt adsit, qui id faciat, quod illustrissimo Card. Vicecancellario, & sic R.P.D. Regenti eũ repræhesentãti tributũ est, & quãuis in corpore cõmissionis petatur procedi sũmariæ & de plano, si in rescripto Regentis adsit verbũ & iustitiã faciat, auditor, seu iudex datus non poterit procedere summarie, vt petitum fuit quia per talem restrictiuam, non videtur cõmissum, sed neglectũ Staf. ubi sup. c. dicendũ est, n. 3. & seq. at nullatenus id credo verũ quia si in corpore cõmissionis per signaturã Papæ, uel Ill. Præfecti id concessũ fuit, & sic per Dñm supremũ, seu superiorẽ respectiuæ, non uidetur, quod deputatio iudicis, quæ fit arbitrio D. Regẽtis, seu in rota secũdũ turnũ habẽtis authoritatẽ inferiorẽ
9 id tolli possit, ea namq. ratione, quia omnia in rescripto cõcessa

censentur, nisi reperiantur deleta, decis. 7. de dol. & contum. in antiqu. & decis. 9. de rescript. in nou. sed verbum iustitiam faciat intelligi debet, vt secundum ius sententiam ferat, & non ex abrupto, seu parte inaudita. Videtur enim ex illo verbo, potius iudici munus recordare, quam derogare concessis in commissione. Inferior autem non habet authoritatem derogandi, seu tollendi gesta, vel concessa per superiorem cap. cum inferior de maior. & obed. cum simil. & maxime, vt ibi ait Staffil. n. 6. quin est authoritas Illustrissimi Vicecancellarii restricta & Papa solus, vel Illustrissimus præfectus, concedit, rescribit, & tollit supradicta, & pro hac opinione, & Mandos. optime faciunt relata per Alexand. in cons. 94. numer. 3. volum. 2. & decis. Pedem. 92. numer. 19. licet secus dicat num. 38. & decis. 1. numer. 34. Dec. in cap. ex ratione numer. 3. & in vltim. notab. de appel. Bald. in l. nemo. in fi. C. de senten. &. inter. omn. iudic. Nam Illustrissimus Cardinalis Signaturæ Præfectus habet facultatem & authoritatem, signandi commissiones, & petita concedendi seu delendi, sed D. Regens extendendi concessa & nõ restringẽdi vt dixit Cass. dec. 6. n. 1. de rescrip. subdens inibi qd D. Regens nõ potest concessa negare, immo si in suo rescripto committat appositionẽ verbi summariè non erit eius omissio attẽdenda, vt in d. decis. licet R. P. D. Eps Amerinus hodie Regens meritissimus qui summa diligentia munus suum in omnibus gerit, id non committat sed secundum commissionis seriẽ rescribat ad vnguẽ ob id nulla cadat in hoc disputatio. Male etenim faciũt extra curiã dũ in supplicationibus quæ porriguntur legatis de latere ponũt derogationem, c. oblate & cum tali derogatione rescripta signãtur ac Procuratores talia rescripta cõponẽtes penitus ignari sũt nec per ill. D. Legatos, vel eorum vicelegatos, nisi expressam facultatem habeant signari deberent, quia vt dixi supra loquendo de Aegidiana constitutione legati iuri Pontificio derogare nequeunt. Fertur sæpissime sententia fauore decimarum succumbentesque appellant, & cõmissionem porrigunt. In hoc autẽ sciẽdum est, quod decimæ sunt de iure diuino debitæ, & ideo decimæ quasi debitæ dicuntur, quia eas sibi Deus reseruauit in signũ vniuersalis dominii, ad hoc, ut in actu cognoscatur Dominus omniũ, quæ in terra sunt, & ipsius terræ, iuxta Psal. 23. Dñi est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & uniuersi, qui habitant in eo. At deinde clericis eas solui mãdauit, p suo cultu, idest, p diuino officio, qđ in ecclesiis ad eius laudem decantatur, quę de iure naturali, & diuino legis euangelicæ clericis debitæ sunt a laicis in eam partem fructuum, quæ ad eorum alimenta, congruamque subuen-

subsistentationem laborum, dum spiritualia ministrant, sunt necessaria impensa, & iuste mercedis Sanctus Thom. 2. secundæ q. 86. vbi Caiet. art. 1. & q. 100. art. 3. Card. Turr. crem. post alios in c. omnes Christiani de consec. dist. 2. par. 1. Rom. consil. 344. Couar. var. resol. lib. 1. c. 17. nu. 3. licet quo ad quotam, quæ vere, Decimæ pars est, iure humano Pontificio institutæ sint, sub euangelica lege & ex eo iure obligatio orta fuit ad veteris diuinæ legis immitationem, Vnde nulli dubium est, quin hodie Christiana plebs, sub peccati mortalis pœna eas soluere teneatur, ratione præcepti humani, & Apostolicæ sedis cui oēs Christi fideles subesse tenentur, Couar. vbi supra n. 4. & multa alia late in hoc particulari cumulans, ideo ex supradictis rationibus, & causis clericis debentur. c. fi. 6. q. 1. Abb. in c. tua nobis nu. 4. de Decim. & in cap. Parrochianos nu. 1. cod. tit. Itaque cum sint tam fauorabiles appellatio ad effectum suspensum, semper denegatur, quod apparet, nam si in soluendis vectigalibus principis laici non admittitur appellatio. l. abstinendū vbi DD. C. quor. app. non recip. Ergo & multò magis in materia decimarum, Deo omnium Principum Principi, debitarum, à quo bona cuncta procedunt, nam si ipse omnium Dominus est, quæ ratio sufficiens erit, ad retardandum nos, à præfata solutione? Quia qui eas detinet, sacerdotum, Pauperrimorum victum negat, cum ea, quæ sacerdotibus superfint in pauperes de iure sint conuertenda cap. decimas 16. q. 1. ex earum etenim præstatione, cognoscitur Ecclesiæ priuilegium, quia re non dum trādita, licet non maturatis fructibus, ac frugibus Domina est, vt dixit Gloss. in d. cap. tua nobis in verbo tributa & renitentes admoniti excommunicari debent cap. statuimus 16. q. 1. cap. propter hoc 32. dist. Glos. in d. c. tua nobis in verbo compellas. excommunicatio autē fulminari nō debet, nisi præcedat (prout de iure requiritur) citatio, siue monitio c. sacro de sent. excom. Abb. in cap. peruenit num. 3. vbi Ancher. eodem titu. sed in isto casu sufficit. quod habuerit notitiam citationis, & tunc adeo contumax reputatur, quod cōtra ipsum ad excommunicationē procedi potest vt tenuit Rot. cum late congestis in decision. 111. per tot & maxime in fin. de dol. & cont. & pariter si citandus se in fraudem absentaret, vel impediret, quo minus ad eum citatio peruenire pōsset, vel exequi, nam constito de tali fraude vel impedimento, antequam excommunicetur poterit deinde excommunicari vt in d. decision. vers. nisi se in fraudem. Decimæ vero sunt soluēdæ, non tm̄ de omni reditu terrarum, verum etiam de omni lucro personali c. peruenit vbi Ab. n. 2. & seq. eo.

titul. & ſtatim ſolui debent, non deductis expenſis factis, in eis recolligendis, neque ſemente, cap. non eſt, vbi Abb. numer. 1. & in dict. cap. tua nobis numer. 1. & ea ratione dicuntur, quaſi
22 debitæ, quia eccleſia non contraxit cum colono, ideo ex contractu colonus non tenetur, ſed ex quaſi contractu, & ſic largo modo debitæ dicuntur, Abb. in d. cap. parrocchianos, num. 3. iſtaque de cauſa a laicis poſſideri nequeunt cap. ad hæc vbi Abb. numer. 2. eod. tit. & ideo poſt Lateranenſe Concilium ſtatutum
23 eſt, vt laici decimas ante dictum Concilium, ſi ipſis vti benemeritis in feudum conceſſæ ſint, eas retinere valeant, ſed poſt dictũ Concilium, id omnimode eis prohibitum eſt cap. apoſtolica de his quæ fi. a præl. cap. quamuis. & cap. prohibemus de deci. & ſanctiſsimæ quidem, quia iſtud ius percipiendi decimas lai-
24 cis competere non poteſt, cum ſacerdotes illa conſequi debeant nam ſi ſpiritualia ſerunt, debentur eis tẽporalia, vnde cum laici ſpiritualia miniſtrare nequeant, ipſis carere debent, vt late dixit Couar. uariar. reſolut. lib. 1. cap. 17. num 4. S. Thom. & Caiet. 2. 2. q. 87. art. 3. & quolibeto 2. c. 8. gloſ. in c. quamuis de deci.
25 Igitur ſi contingat, vt in hac materia commiſsio appellationis porrigatur, non debet ſignari, niſi cum clauſula ſine retardatiõe ſolutionis decimarum, quia (vt dixi) ad effectum ſuſpenſium ſeu retardandi earum ſolutionem, appellationi non defertur d. cap. tua nobis, vbi Abb. nu. 5. vbi etiam DD. quod locum habet tam in decimis prędialibus, quam perſonalibus, Fed. de Sen. cõſ.
26 81. nu. 5. Soluuntur autem ex aceruo grani non diminuto eccleſiæ parrochiali, ſub quã eſt prædium ex quo recolliguntur fructus. ſi vero colonus ex aceruo portionẽ certam domino daret, qui eſt ſub aliqua alia parrochia, in qua accedat ad ſacramenta ſuſcipienda, illi parochiæ pariter dominus ſoluet decimam, quæ non vocatur redecima, quia peruenit ad ipſum quantitas nõ diminuta, vt dixit glo. in c. tua nobis in verbo ſic & dominus. Re-
27 decima autem dicitur, quando ſoluitur vna decima ex communi aceruo, & deinde ex parte me tangente, ſoluo aliam decimã,
28 & iſta uocatur redecima, ad quarum exactionem ſi aliud non adeſt titulus ſufficit, ſeu poſſeſsio immemorabilis, quę tribuit titulum, & priuilegium. Henric. Boiic. in cap. peruenit numer. 3. eod. tit. l. hoc iure 9. ductus aquæ ff. de acq. quotid. æſti. c. 1. de præſcrip. in 6. & habetur pro veritate glo. 1. circa med. in l. 1. ff. de ſeruit. & acq. Bal. in c. cum cauſam n, 1. de præſcr. in 6. Card. conſ. 88. col. 1 verſ. item ſcire, & conſ. 118. verſ. venio ad aliud.
29 Rui conſ. 103. col. pen. volum. 5. Si vero agatur de decimis magni valoris, vt puta excedentibus ſummam mille ſcutorum, quia

tunc

tunc dicitur causa considerabilis si erit vltra montes, committitur in Rota, & maxime quando aderit iuramentum perorrescentiæ, etiam in prima instantia, ea nempe ratione, quia cum decimæ sint ecclesiasticæ, & ita personæ, facillime causa fit curialis, secus autem si essent citra montes, quia etiam parui momenti in Curia committerentur, ideo ad locorum distantiam, & personarum qualitatem est aduertendum, ac locorum statuta, si authoritate Apostolica fuerint roborata. Quando vero esset parua summa decimarum, & ob id causa non curialis, poterit addi in commissione etiam super iure decimandi, & tunc & decimæ, & ius decimandi simul iuncta, causam curialem fa-
30 cere poterunt. Finaliter videamus an iudex secularis in materia decimarum, & eius causa possit, ius dicere, & inuenio nonnullos ex nostris Doctoribus distinguentes, quod aut est quæstio facti, vt quando clericus coram iudice laico petit a laico decimas, & tunc quia coram eo petitur, vt laicus compellatur, talis iudex erit competens, Aut agitur de iure decimaram, eorumque priuilegio, seu liberatione ab earum solutione, tunc ecclesiasticus solus iudex competens erit vt voluit Fed. de Sen. conf. 245. Felin. in cap. causam num. 15. vers. facit etiam ad quæstionem de præscrip. Couar. Practic. quæst. cap. 35. numer. 2. & licet nonnulli doctores teneant, quod vbi tractatur tantum de quæstione facti super decimis, non de quæstione iuris causa contra laicum solum pertineat ad iudicem secularem, tamen id verum non esse credo, quia si laici possunt compelli, vt supradictum est ad solutionem decimarum per ecclesiasticas censuras, etiam in quæstione facti ecclesiasticus iudex poterit adiri vt ibi Couar. cap. peruenit, cap. nuncios, cap. cum homines, &
31 cap. de terris, de decim. Clementin. 11. de iudic. Decimas autem, vt puta Cannarum, seu arundinum Zuccari, ex ipsis arundinibus, & non ex Zuccaro, & sic ex oliuis, non ex oleo, ex vuis, & non ex vino, & similibus soluendas esse tenuit Rota, vt apparet ex decis. Mohed. 29. Tamen contrariam opinionem pluries Rota secuta fuit, & tenuit, vti veriorem, de qua per eundem Mohed. decis. 68. & decis. 152. Put. decis. 225. & 456. & in decis. 1. & 2. de decim. videlicet quod decimæ Zuccari soluantur ex Zuccaro iam facto & non in cannis, in oleo, & non in oliuis, in uino, & non in uua & similibus, & ratio principalis est, quia decimæ, sunt soluendæ in eo statu, quo res solent esse in communi usu hominum, prout de grano fit ad cap. quicunque 16. quæst. 7. & cap. non est de decim. ut puta etiam de fructu apum, quia soluitur in cera, & melle, ut dicunt Hostien.

Cardin. & Abb. in cap. nuncios de Decim. Nec obstat Decimam soluendam statim fructibus perceptis vt in cap. cum homines de decim, quia Gloss. dicit ibi in uerbo fructibus, quam citius & competentius solui possint, nec per hoc tollitur, quin prius debeat deduci ad vsus communes, per habentem solue-
32 re decimam, vt dicitur de grano, & oleo d. decision. Mohed. 68. & de his hactenus. Petitur multoties etiam commissio appellationis in causa solutionis pensionum, quando appellans ad eam soluendam fuerit condemnatus; idcirco videamus pariter, quomodo, & quando commissio sit concedenda, & licet prima facie generaliter dicendum sit, appellationem in præsenti casu, non esse denegandam, cum à iure expresse non reperiatur prohibita, vt dixi in huius commissionis initio, nihilominus aduertendum est, quod dicta regula generalis non militat ita de plano in causa pensionum, quia vt plurimum expediuntur litteræ Apostolicæ. Bullæ nuncupatę, quarum vi-
33 gore exequtiuæ proceditur, & in curia in Tribunali Auditoris Cameræ, vti iudicis deputati exequtoris litterarum Apostolicarum, sicut ex amplissimis eius facultatibus apparet, & tunc regulariter, appellatio non admittitur ad effectum su-
34 spensiuum, neque per Signaturam commissio datur, nisi cum clausula sine retardatione solutionis pensionis posita, vel in corpore commissionis, vel in Signatura Cardinalis. Placet. sine retardatione solutionis pensionis Cassador. decision. 10. in princip. de rescript. Staffil. de lit. iust. cap. ad prædicta nu. 13. Gigas de pensio. quæst. 85. Gomes. in compend. vtri sign. prope fin. uersicul. confirmatur ista opinio Vestr. iu sua prax.
35 lib. 3. cap. vltim. nume. 3. vbi ita seruari, & stylum esse in curia, asserit & Gigas eodem loc. quæst. 62. num. 2. & quæst. 95.
36 subdens Gomes ubi supra, quod clausula sine retardatione solutionis pensionis, recipit in se condictionem cum illa verba sint ablatiui absoluti l. a testatore ff. de condit. & demonstr. adeo quod nisi soluatur pensio, non potest iudex procedere, quod tamen declarat inibi, nisi ex inspectione Bullæ reseruationis ipsius pensionis resultaret exceptio, per quam iustæ denegari posset solutio, quia tali casu non diceretur retardari, & iudex poterit procedere etiam non facta solutione, quia exceptio quæ ex eisdem litteris oritur, non est prohibita opponi stante dicta clausula sine retardatione, vti neque exceptio quæ oritur ex agentis persona, puta si non esset clericus vel similis ita dixit signanter Bart. in l. 1. §. & parui refert num. 3. & seq. ff. quod vi aut clam. & ita in Rota decisum fuisse testatur

inibi

inibi Gomes nam commissio habet in se tacitam conditionem,
87 constito de bono iure, & licet etiam in eodem tribunali dirigeretur commissio, cum dicta clausula sine retardatione, solutionis pensionis, tamen commissio nullum produceret effectũ, nisi prius constaret reseruationem præcessisse pensionis, ob id ante omnia vult Auditor Cameræ prius videre reseruationem, etiam si quis certo tempore eam percepisset quia si non constaret de reseruatione denegaretur manutentio Acchil. decisio. 3.
38 alias 57. de commissio & redeundo ad stylum, de quo supra dico, quod stylus curiæ ius facit, pro lege seruatur, & illum sequi debemus, Spec. in titu. de teste. versic. deinde, est enim stylus curiæ quoddam ius, licet ex facto resultet, & Curia Romana, tamquam magistra ab omnibus sequenda Spec. de appell. in §. de officio versic. vt autem ac stylus Cancellariæ apostolicæ fundatur in iure communi Spec. in tit. de rescript. præ. sentent. §. ratione formæ Fely. in cap. ex parte, versic. stylus de rescript. Lauren. Calcan. consil. 118. incip. sanctissimus, asserens quod stylus curiæ & mos iudiciorum ita seruandus est, sicut seruandæ sunt leges scriptæ, adeo quod iudex facit litem suam iudicando contra stylum, sicuti quando iudicat contra legem scriptam Gig. vbi sup. q. 58. num. 2. & 3. Ratio autem suadet, quod pendente lite super nullitate, uel reductione pensionis, illius solutio non retardetur, cum id fieri nec debeat, nec de iure ualeat, ex duplici præsertim causa, Prima propter reuerentiam litterarum Apostolicarum in quibus Papa solui pensionem man-
39 dat, nec carere debent obedientia, quia de sui natura habent, exequtionem paratam cap. si quando vbi Felin. de rescrip. Mohed. decisio. 331. Sarnen. in comp. vtr. sign. num. 84. & 85. & sequen. cap. si quando cap. mandatum. cap. litteris de rescrip. Bero. late consil. 14. lib. primo, quarum litterarum exequtio multi modis datur relatis per Federic. de sens. in consil. 160. per tot. Secundo ad obuiandum fraudibus, & malitiis eorum, qui pensiones legitimæ impositas solnere recusant, quibus nec indulgendum nec fouendum est, omnes etenim de facili ad euitandam pensionis solutionem, & lites fouere, & suscitare quærerent, Cassador. decision. 10. de rescrip. num. 8. Gig. vbi supra quæst. 35. num. 9. Staff. de lit. Iusti. cap. ad prædicta nume. 13. Tamen si daretur commissio super nullitate, vel reductione pensionis, ad instantiam rectoris beneficii cum dicta clausa, non impediretur exequtio, quo minus lite pendente per iudicem, à quo fieri ualeret Rectorem compellen-

do, ad ſolutionem penſionis, quia ſtante dicta clauſula eius auctoritati non uidetur derogatum, Gig. vbi ſupra. q. 66. n. 5. licet quod plus eſt, talis commiſsio reductionis, non debeat dari, niſi cum clauſula pro vt de iure, Staf. vbi ſup. in c. & eſt notandũ n. 1. & nu. 8. quem vide, & clauſula debet dari in fauorem, tranſlatarii, quando eſt primus nõ ſecundus tranſlatarius Sarnen. vbi ſupra nu. 87. Gig. loc. alle. q. 85. nu. 8. Aug. in Epit. in tit. de transl.

40 pen. §. 3. In multis autem caſibus conceditur commiſsio appellationis abſque eo, quod dicta clauſula apponatur, quorum primus erit quando penſio eſſet impoſita ab inferiori a Papa, quia tunc ad ſucceſſores nõ trãſit, Gomes. ſuper reg. Cancell. de non iudic. iux. for. ſup. q. 16. nu. 83. & in compen. vtr. ſign. prop. finem

41 verſic. & eſt aduertendum, ratio eſt in promptu, quia non debet eſſe æqualis auctoritas in imponenda penſione inter Papam omnium ſuppremiſsimum, & alium inferiorem, non valentem niſi in certis cauſis, & caſibus regulariter penſiones imponere ad ſucceſſorem non tranſeuntes, & quia etiam ſæpe dubitari contingit, an penſio ab inferiore impoſita habeat in ſe iuſtam cauſam, vt dixit Oldrad. conſil. 226. incip. quidam epiſcopus, per tot. Feli. in c. audientiam el 2. col. prima verſ. ſecunda concluſio, de reſcrip. iſta enim aſsignatio vt ibi ait Oldr. nu. 13. non tendit in utilitatem Eccleſiæ, & ideo indiget confirmatione, licet pro benemeritis aſsignetur, ad hoc vt ad ſucceſsorem tran-

42 ſeat, Caccialup. in tract. de penſio. q. 5. quod ceſſat in Papa, cum indiſtincte ſit dominus beneficiorum clem. 1. vt lit. pend. propter rea eius arbitrio, & ſine cauſa, poteſt ſuper fructibus Beneficii penſiones imponere Can. in c. quæ in eccleſiarum de conſt. quos ſequitur Dec. conſi. 36. ſufficit aũt pro cauſa ſiue rõne eius uolũtas Abb. in c. fraternitatis col. 2. de ſciſmat. Card. in rep. c. perpendimus 8. col. de ſent. excom. Præpoſ. qui multa congerit in c. per venerabilem col. prima qui fil. ſint leg. Gloſſ. in c. ſi gratioſæ in verbo ad Romanam, de reſcrip. in 6. c. 2. de præb. eod. lib. clemen. 1. in fin. vt lit. penden. ſemper autem præſumitur pro Papa quod ex rationabili cauſa motus fuerit, licet nõ appareat, Abb. in 6 quanto verſi. ſi tamen Papa de iur. iur. Fel. in d. c. quæ in eccleſiarum col. 20. verſi. quinta concluſio, tamen ſemper in præcibus Sanctitatis ſuæ, aliqua ſubnectitur cauſa, ob quam aſsignatur penſio. & licet (vt dixi) ab huiuſmodi expreſsione ſit immunis, & lege ſolutus, tamen quia rationabiliter omnia facere intendit, ſemper cauſa in conceſsione penſionis exprimi vult, vt puta ne reſignans nimium diſpendium ex reſignatione patiatur, ceſsio iurium, litis extinctio, ætatis vel alimentorum ratio,

& alias

&aliàs similes causas, vt quotidie in praxi videmus, quod declara, vt per Rom. consil. 369. circa primum. Felin. in c. ad audientiam col. 4. de rescrip. Caccial. in d. trac. q. 5. Gig. vbi supra q. 6. a num. 6. vsque ad 14. & sic si successor in beneficio, pensione ab ordinario grauato causam nullitatis petat committi, habebit cõmissionẽ absq; d. clausula, quę clausula omnino isto casu dabitur cõtra illũ, qui reseruationis pẽsionis consensit, quia fructus suos
43 potuit obligare. Limita tñ primo supradicta non procedere, qñ episcopus, vel inferior authoritate speciali, sibi a Papa concessa pẽsionem reseruaret, quia tũc a Papa reseruatã fuisse videbitur, c. multoties in fi. de sent. exc. c. in his de præb. in 6. Gig. vbi sup. q.
44 85. n. 12. Secundo limita ét si ex causa cõcordię ordinarius pensionẽ reseruasset, quia tunc transit ad successorẽ, cui imminet vtilitas cõcordię litis. Gom. i reg. de anna. q. 2. Host. in c. cũ esset de præb. & in istis duobus relatis causis, videtur supradicta clausu
45 la in commissione apponenda, vt Gig. in d. q. 85. n. 11. Secundus principalis erit casus, quando antecessor stetisset per multos annos, in quibus pensionem non soluisset, tunc si successor, asserens beneficium adeo grauatum esse, quod pensio sit inualida, quia tunc intrat præsumptio, extinctionis pensionis, cum tanto tempore pensionarius, eius exactionẽ neglexerit, & sic pro liberatione in fauorem ecclesiæ sit præsumendum, non datur dicta clausula. Gig. vbi sup. q. 85. n. 3. Gomes. sup. reg. cancel. de non iud. iux. for. sup. q. 16. n. 83. videtur etenim illam pro derelicta habuisse. Abb. in c. cum contra. de dol. & cont. & quemadmodum per mul
46 tos annos non petiit, ira per multas instantias, absque illa clausula, eam consequi curare debebit. Tertio si per arbitros electos a collitigantibus pensio imposita fuerit, & successor volens eam redarguere de nullitate, causam committi petat inualiditatis quia pariter dabitur cõmisio absque clausula prefata, Rom. cons. 369. nu. 33. & 24. Gig. vbi sup. n. 5. & licet antecessor consenserit reseruationi talis pensionis, nec iura ecclesiæ minuere potest neque successori præiudicium inferre vt late ibi Rom, Host. in c. cum veniens, de iur. iur. & in c. cum venissent, vbi Butr. de in sti. sed supradictis obuiari potest, petendo confirmationem con
47 cordiæ a Papa cum constitutione pensionis, quę ad successorem transibit. Quartus est casus si quis consenserit reseruationi annuæ pensionis super pluribus suis beneficiis in genere, puta centum ducatorum, nam consentiente mortuo, si diuersi fuerint de dictis beneficiis prouisi, & pensionarius, contra vnum possidentem ad totam pensionem integram agere velit, quia quodlibet beneficium est pro rata grauatum, & sic pro rata possidentes te-

nentur

nentur dabitur commissio sine clausula, doctrina est Abb. in c. constitutus nu. 8. vbi id bene notandum asserit de relig. domib. quam approbarunt Gig. & Gomes vbi sup. Quinto idem erit cē
48 sendum, si Episcopus pensionem imposuerit, super beneficio de iure patronatus laicorum, absque patronorum consensu volens ad successorem onus solvendæ pēsionis transire Gig. vbi sup. nu.
49 6. & Gomes, Sexto si rector beneficii plures fecerit impēsas, pro recuperatione beneficii, vt ibi Gig. num. 7. & idem etiam erit in solutione charitativi subsidii, seu decimæ Papalis Gig. vbi sup. q. 38. & q. 59. nam cum pensionarius, ad ea onera teneatur pro concurrenti quantitate soluta præmissorum occasione, non debet dari clausula, & rector retentione pro rata vti poterit Dec. consi. 156. Caccial. vbi sup. q. 17. Quod tamen limita non procedere, quādo pensionario esset assignata pensio libera, & exempta a dicta, & quauis alia solutione vt Gig. d. q. 59. nu. 9. qui plu ribus aliis modis hanc cōclusionem limitat, quem vide & q. 61. per tot. Et licet forsan in supplicatione, non fiat specialis mentio supradictarum Decimarum, vel etiam seminariis dato, quod in illarum concessione adsit clausula, quod non censeatur derogatum nisi specialis de ipsis fiat mentio, tamen si vltra alias am pliss imas clausulas; in literis vel impositionis pensionis ap
50 positas, aderit clausula, non obstantibus quomodolibet in contrarium facientibus, quorum tenores pro expressis &c. nihilominus, & supradictis derogatum, & pensio libera remanebit; quia clausula supradicta non obstantibus iu Papæ rescriptis ap posita potestatis plenitudinem operatur, Rol. a val. in consil. 67. nu. 60. vol. 3. Iaf. consi. 11. nu. 3. vol. 3. Alex. consi. 187. a nu. 19. ad fi. vol. 5. & in consil. 37. volu. 1. Dec. consi. 55. num. 5. & per eam censetur Papa in contrarium facientia tollere, maxime quan
51 do adest clausula quorum tenores pro sufficienter insertis, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, pro expressis haberi placeat, quæ clausula Iaf. in d. consil. 11. num. 3. ait, quod idem operetur, & importet; ac si in specie & singulariter requirentibus specialem derogationem vt præfertur esset cum insertione derogatum, Put. decision. 515. lib. 2. per tot & decision. 89. lib. 1. Roman. consil. 327. numer. 7. Bald. consil. 119. quidam vxoratus par. 5. Paris consil. 15. nume. 66. & 67. volu. 2. Corn. consil. 278. nu. 21. & 22. volu. 3. & in terminis Rui. consi. 127. nu. 11. volu. 4. Nam si id præfatæ clausulæ non operarentur, sequeretur absurdum, quod Papæ esset sublata, revocandi facultas per dictas clausulas generales, vti formaliter dixit Federi. de Sen. consil. 47. num. tertio, & Iaf. cum late congestis in consi. 184.

52 num. 3. volu. 2. Immo si rector beneficii recusaret soluere pensionem, in cuius possessione exigendi pensionarius reperiretur & voluerit pro prædictis retinere, pensionarius erit manutenēdus nec absque causæ cognitione priuandus Abb. in cap. inter quatuor num. 4. de maior & obed. & in cap. accepta nu. 6. de restit. spol. & pacifica possessio per antecedentem solutionem, seu
53 exactionem probatur. Abb. in cap. cum venissent 3. col. versi. notat Gloss. de rest. spol. Bal. & Fel. in cap. cum Bertoldus num. 25. versi. perceptio pensionis de re iud. Dec. in cap. bene el primo num. 22. versi. contra ipsum soluentem de appel. & ista possessio seu quasi operatur, quod solutio pensionis retardari non valeat
54 Mohed. decis. 157. Immo si successor in beneficio pensionem integre ab antecessore solutam soluere recuset, spoliat, & pensionario competit remedium c. reintregrande Guid. Pap. deci. 629. incip. supra quæstione, quæ decisio. loquitur in terminis. Septi-
55 mo, quando in reseruatione pensionis, daretur facultas illam transferendi, dummodo translationis, fiat denunciatio pensionem soluenti infra tempus præfixum, alias eo ipso, non facta, dicta denūciatione censetur pensio extincta, tuncq; si nō adimpletur condictio, & pactum, ac petatur commissio, dabitur absque dicta clausula Gig. ibidem num. 9. Ratio est, quia an pensio debeatur transitario nec ne, dependet ab obseruatione modi vel condictionis, & ideo quousque agens non docuerit de obseruatione, & adimplemento præfatorum, non poterit ad pensionem agere, idemque dicendum erit in quolibet alio pensionario, cui sub modo fuerit assignata pensio, vel condictione, quod contra ipsum possit dari pensio sine dicta clausula vt lat. Cassad. decis. 10. per tot de rescript. & ita fuisse alias resolutum in Signatura, testatur Gomes in comp. vtr. sign. versic. & per prædictam doctrinam Bartoli, sed diebus elapsis Proponente R. P. D. Anselmo Dandino nobili Cesenatensi in una lucana pensionis, in qua quidam æques Lauretanus, vigore priuilegiorum, à fe. rec. Sixto V. concessorum, transtulit in articulo mortis annuam pensionē ducentorum ducatorum, in eius nepotem & ista translatio fuit intimata rectori, qui instabat committi in Rota causam nullitatis translationis dictæ pensionis simpliciter, & alia pars vt Auditori Cameræ, demandaretur exequtio instabat, Negotio discusso. fuit exequtiua causa demandata. A. C. & nullitatis in Rota, & id quia multe emergebāt dubitationes, eo præcipue quia (vt Domini asserebant,) adhuc Lauretanorum militū priuilegia, non erant expedita, & sic data fuit cōmissio absque clausu-
56 la, licet in trāslatione pēsionis valida, & clara esset apponēda, &


image
not
available

nis committi petat, datur commissio appellationis absque dicta clausula, & ita existente signaturæ præfecto bo.me. Illustriss. & Reuerendiss. Ascanio Cardinali Sfortiæ, Proponente R.P.D. Canigiano Florentino tunc Refer. nunc. Archiepiscopo Aquēsi
60 in vna Nucerina Pensionis fuit resolutum. Decimo si quis resignauit beneficium, ad fauorem alicuius, cum hac condictione, vt Caio nepoti suo clerico reseruetur annua pensio, vt puta scutorum quinquaginta, si compertum fuerit quod Caius non erat clericus tunc, sed simplex laicus, quia Papa uoluit reseruare pēsionem vti & quatenus clerico, ex quo causa ob quam fuit pensio reseruata non adest, & rescriptum nitiatur, & pensionis assignatio nulla redditur c. significante, vbi Glo. de rescript. Roma. consil. 327. per tot, quemadmodum si alicui, conferatur beneficium vti clerico, cum clericus non sit, collatio est nulla, DD. in in d.c.a. de instit. & in c. cum adeo de rescript. vbi Fely. per tres column. Archid. in c. fin. 12. q. 1. c. ex litteris de transactio, laicis autem non, sed clericis pensio assignatur, quod ampliatur non solum si motuproprio id fieret, uerum etiam si post assignatam
61 pensionem, clericatum assumeret, quia cum tempus date inspici debeat, nihil operatur habilitas superueniens c. si eo tempore de rescrip. in 6. Gig. vbi supra q. 22. à nu. 8. ad fin. multa congerens, quem vide, igitur cum pensio ab initio sit nulla si daretur fumus de non clericatu, vel de eo non constaret, commissio simpliciter concedetur, olim autem laico pensio, quæ non consueuit pro beneficio ecclesiastico computari reseruabatur, licet hodie non fiat, sed tunc in litteris reseruationis narrabatur, quod
62 erat laicus Gig. vbi sup. q. 52. nu. 3. Vndecimo denegatur clausula quando prima commissio fuerit, in prima instantia, absque ea data, quia pariter in secunda instantia non concedetur, cum
63 secunda instantia, non debeat esse melioris condictionis prima. Duodecimo absque dicta clausula datur commissio, quando ex litteris apostolicis resultaret exceptio contra pensionem, Vest.
64 in sua prax. lib. 3. c. vlt. nu. 2. versi. idem si apostolica. Bar. in l. 1. §. paruiff. quod ui aut clam. Decimo tertio non apponitur clausula, si clericus, cui reseruata erat pensio, matrimonium contraxerit. Gig. vbi sup. q. 54. aut miles fiat Gig. q. 55. quod tamen declara, nisi priuilegium haberet à sede Apostolica confirmatum, vt multis militibus diuersarum religionum, & aliis concessum est, quia tunc supra dicta cessarent, Decimoquarto quando est, prima pensio imposita super beneficio, si secunda imponatur etiam motuproprio Papæ, non facta mentione de prima, & antiqua, secunda pensio erit nulla Cassad. decisio. 3. de pensio. neq; sufficit par

ficit partem scire aliam adesse pensionem, quia debebat particulariter narrari vti ibi Cassad. & ideo stante hac nullitate commissio, iudicio meo cum dicta clausula non esset danda, reseruando hanc decisionem saniori doctrinæ, Decimam quintam causam ponit Achil. in decis. 7. de pensi. in qua simpliciter dari commissionem asserit, quando quis non est successor iuris, seu Dominus beneficii, habens causam anteriorem; c. si propter de reseri. in 6. Negusant. de pign. par. 3. concl. 7. nu. 20. & ideo in vna Vicensis Pensionis, quia pensionarius agebat contra vnum ex præpositis ad pensionem, & præpositi erant ministri capituli, & de introitibus capituli viuebant, ac absque consensu capituli pensioni consenserant, & sic de nullitate eã redarguebat, rescripsit signatura in Rota vt ad executionẽ pro vt de iure procederetur, ut fam per prius in fauorem capituli coram R. P. D. Blanchetto & contra pensionem in meritis causæ fuerat resolutum 16. Octobris 1589. Sed oriri poterit alia quæstio, an pensio decurso tempore antecessoris sit soluenda, seu peti debeat ab illius hæredibus, an vero ad eã successor in beneficio teneatur. pro quo vide Gig. vbi sup. q. 39. num. 6. & per tot. & q. 43. nu. 5. quam ego non
66 tango cum sit extra rem propositam. Quotidie talis euenire casus solet Aliquis est in possessione vel quasi exigendi pensionem sibi super fructibus alicuius beneficii reseruatam, & tunc, si ille qui ad eam soluendam conuentus fuit, vt antea faciebat soluere recuset, potest agi contra eum spolio, & reintegrationem peti Abb. in cap. quærelam in 3. not. de elect. Innoc. in c. suborta de re iud. Dec. in consi. 136. col. 1. Ang. consil. 72. Abb. in consil. 23. col. fi. versi. probatur vol. 2. Gig. de pens. q. 47. per tot. Tamen qui ab antecessore eam exegit, & successor in beneficio, licet ei litte-
67 re non fuerint intimatæ eam soluere recuset, datur contra eum clausula sine retardatione solutionis pensionis, & ita obtentum fuisse in Signatura iustitiæ asserit Cassad. deci. 12. de rescrip. n. 1. ratio est, quia si agerem contra Titium, ex aliquo contractu, vt hæredem Cai obligatum, cum actiones transeant actiue, & passiue in hæredem l. 1. vt act. ab hæred. & con. hered. non. cogerer ei intimare contractum obligationis, sed sufficeret eum facere citare, vti hæredem obligatum ex tali causa, & in iudicio postea probare, quod Caius erat mihi debitor, & Titius citatus sit hæres Cai, aut aliàs pro ipso tenetur, & sic satis etiam erit in casu nostro monstrare apud acta, quod talis obtinet, beneficium cum fructuum perceptione, super quibus est reseruata pensio, non obstante, quod dicatur successorem non obligari, nisi litteris sibi intimatis, ex quo probabiliter ignorat aliam consensisse

l. ff. fi.

l. fin. ff. pro suo cap. examinata, cum ibi not. de rescrip. quia hic agitur vt soluat pensionem, quæ debetur ex fructibus, quos percipit, quo casu non reperitur, quod requiratur obligationis intimatio ad iurisdictionem, cum satis sit, talia in citatione exprimi, per quæ bene monitus intelligat, super quibus conueniatur, Clemen. secunda, vt lit. penden. secus autem si ageretur ad penam priuationis beneficij ob non solutionem pensionis, quia si successor non consensit, est necessaria literarum intimatio, vt dixit Cassad. in dicta decis. cum lat. adductis num. secundo. Nam (vt supra dixi) quemadmodum in infligenda excommunicatione requiritur intimatio, ita etiam in isto. Sed poterit esse, quod alia oriatur dubitatio, sæpissimè, ecce Clericus beneficium obtinens est ære alieno grauatus, etiam ante quam obtineat beneficium super quo erat pensio. imposita, vel denuo imponitur. Deinde Clericus præfatus, vigore cap. Odoardus vel cap. peruenit cedit omnes suos introitus pro creditorum satisfactione; & fructus in ea conuentuntur, lusurgit pensionarius, & asserendo sibi fore assignatam pē-
69 sionem, quæ est pars fructuum, & ab ipsis pendet & ex pensione assignata sibi obnoxios esse cum pensio sit pars fructuum, & ab ipsis pendeat, & formaliter a beneficio ex quo extrahitur, ad instar vsusfructus Cacciali. in tract. de pens. quæstio. secunda, Gig. vbi supra quæstio. prima, numer. octauo, cum addi. & dicit Pensionarius, Domini creditores isti introitus pro concurrenti quantitate mee pensionis, sint mihi hipothecati, & in eis non habetis actionem, nisi soluta mea pensione, quæro an debeat detrahi prius pensio, & de residuo solui creditoribus, seu an pensionarius concurrat cum ipsis, circa quod crederem, quod fructus essent pensioni obligati, quia si pensio erat antiqua beneficium transit cum tali onere si est noua vt supra imposita, quando sibi fuit collatum beneficium, illud acquisiuit pariter cū tali onere, quod adimplere debet, nam si beneficio non esset soluendo, frustra pensionarius contra eius personam actionem intentaret, igitur actio contra partem fructuum sibi debitam bene dirigitur. præcipuæ stante obligatione camerali, cuius vigore electionem habet, & tanto magis, quia pensio succedit loco alimentorum, & hanc opinionem, & veriorem esse, & magis communem, late per multas rationes, & iura asserit Gig. vbi supra quæst. 51. per tot: cuius dicta breuitatis causa non refero, & vt ait Gomes. in comp. vtri. Sign. in fin.
70 vers. & vt datur dicta clausula sine retardatione de stilo. signaturæ, debitori ob non solutionem pensionis non conceditur

beneficium, c. Odoardus de solut. si petatur commissio super reductione pensionis datur, sed cum clausula, prout de iure, & nō retardata solutione pensionis, quia poterit interdum dari casus in quo beneficium sit pensione excessiua grauatū, & veniat pensio reducenda, prout si is qui consensit fuit deceptus, credēs valorem esse magnum, ductus assertione optantis beneficium, grauatum enormi pensione, & sic rite proceditur dando clausulam prout de iure, cum qua nunquam errari potest, & pars non damnificatur cum iuris obseruantia, ad alicuius damnum non fit. c. noui nulli de rescrip. neque pariter de commissione cum tali clausula impetrans conqueri poterit. Calder. consil. 7. num. 2. Ob non solutionem pensionis petitur aliquando committi causa super priuatione beneficii & si contingat isto casu dari commissio dirigitur in curia etiam si solutio sit in partibus destinata, secus autem si causa super solutione pensionis ad partes remitteretur & inibi solutio esset destinata, quia ibi esset cognoscenda, at si esset pensio notabilis summæ, puta scutorum 100. & vltra poterit dari commissio in curia, sed causæ solutionis pensionis, & priuationis beneficii ob non solutionem non committuntur simul, quia sunt inter se contrariæ, & incompatibiles. Pariter si agatur via exequtiua ad pensionem, coram A. C. & pars committat causam ipsius nullitatis in Rota, & porrigatur commissio auocatoria ab A. C. non datur, quia ipse est literarum apostolicarum exequtor, vt dixi, & ideo talis causa coram ipso debet remanere, nullitatis vero in rota, nec ex rotali inhibitione impeditur, quoniam quando in rota commissio datur, apponitur clausula firmo remanente negotio exequtiuo coram A. C. seu sine præiudicio exequtionis literarum apostolicarum, vel non retardata exequtione breuis, & ita seruatur passim.

SVMMARIVM.

1 APpellans ante sententiam, a grauaminibus expressis cum clausulæ, nec non ab omnibus aliis ex actis resultantibus an vigore dictæ clausulæ non expressa prosequi valeat

2 Commissio appellationis non datur nisi super grauaminibus narratis in ea.

3 Grauamina quare exprimantur in appellatione.

4 Appellatio interposita ad Papam, an si moriatur, censeatur interposita ad successorem.

5 Causæ in curia committuntur non obstante statuto Ciuitatis, quod primæ & secundæ instantiæ ibi terminentur, et si fuerit a Papa confirmatũ.

6 Appellari debet a non admissione.

7 Appellatio non datur a relaxatione mandati vigore cameralis obligationis liquidæ ad effectum suspensiuum.

8 Cameralis obligatio vnde originem traxerit.

9 Cameralis obligatio qua de causa inducta.

11 Clausula sine præiuditio legitimæ exequtionis vel sine retardatione panitur in commissione appellationis vigore cam. oblig. & quando. Amplia, vt nu. 12. etiam in contractu in forma quarantigiæ, n. 14.

13 Clausula sine præiudicio legitimæ exeq. an sit conditionalis.

15 Quarantigia quare dicatur.

16 Restitutio in integrum petit grauatus vigore instrumenti quarantigiæ.

17 Commissio appellationis in oblig. camerali, quando detur simpliciter.

18 Stante statuto, quod instrumentum habeat exequtionem paratam, non habebit locum in non liquido.

19 Commissio appellationis ab incursu censurarum cui dirigenda.

20 Auditor Cameræ quomodo in beneficialibus iuris dictionem habeat.

21 Clausula, & cum absolutione a censuris in fine commissionis, est necessaria, & quare.

22 Clausula & cum absolutione a censuris, quid importet in beneficialibus & quid in prophanis.

23 Absolutio vigore clausulæ, & cum absolutione debet concedi prout de iure, & parte citata.

24 Clausula cum potestate excommunicandi, non datur contra Episcopos & superiores.

25 Clausula aggrauandi & regrauandi, &c. quid operetur. Grauatio quomodo fiat, num. 26.

27 Clausula innocato auxilio brachij secularis quare in commissione apponatur.

Auxilium brachij secularis quando implorandum num. 28.

29 Interdicta cum maxima consideratione sunt concedenda, & quando.
30 Commissio de consensu partium datur cum clausula exequtionis ferendæ sententiæ declara vt ibi.
31 Commissio in causis confinium facile in partibus datur vt ibi.
32 Error nominis in commissione quando sanetur.
33 Commissio appellationis a sententia a die habitæ notitiæ quomodo detur
34 Clausula prout de iure in appellationis sententia, a die scientia, quid operetur.
35 Clausula parito indicato quid importet.
36 Paupertas excusat a fructuum restitutione interdum, non autem a dimissione possessionis.
37 Appellatur a delegato in partibus ad Papam delegantem, non ad legatum de latere.
38 Clausula appellatione remota non datur nisi per Papam solum, & alios Principes superiorem non recognoscentes.
39 Clausula appellatione remota nō nocet tertio nō supplicāti, neq. nominato
40 Clausula appellatione remota, an præiudicet tertio non nominato, sciēte, & patiente sententiam.
41 Procurator an possit absque speciali mandato consentire, vt causa committatur appellatione remota.
42 Commissio appellationis a mandato de euacuando, seu fractādo an detur. nu. 46.
43 Conductor volens agere super proprietate tenetur euacuare prius domū.
44 Locare denuo domum non tenetur dominus antiquo inquilino.
45 Inquilinus morosus in solutione pensionis an valeat expelli.
47 Causa audicatur in curia introducta si exequta citatione, illa non reproducatur in actis.
48 Copia citationis an & quando citato sit danda, & eius sumptibus.
49 Iudicium a citatione incipit.
50 Citatio non habens suum esse, seu peccans in forma, est ipso iure nulla.
51 Præscriptio non interrumpitur per citationem invalidam.
52 Citatio invalida non inducit præuentionem, neque iurisdictionem præoccupat.
53 Citatio circumducitur per non comparitionem partis citantis, & quare.
54 Citatio non efficitur de processu, donec non reproducatur in actis.
55 Causa non pendet per commissionem impetratam.
56 Procurator faciat aliqua in causa ante lapsum anni, & melius sex mensium.
57 Clausula cum potestate citandi extra curiam, quare apponatur in cōmissione.
58 Citatio per edictum quomodo fiat in quibus, & quot locis, & num. 62.

59 Clau-

59 *Clausula constito summarie, & extraiudicialiter de non tuto accessu est ponenda in commissione.*

60 *Citatio per edictum non datur, nisi constito summarie de nō tuto accessu limita vt nu. 62.*

63 *Clausula citandi per edictum non datur contra Cardinales, nec inhibendi sub censurit.*

64 *Processus per affixionem, seu edictum, quando datur in curia.*

65 *Clausula & de commissione tantum additur, si plura petantur in commissione.*

66 *Clausula derogatoria dietarum, quare apponatur in commissione.*

67 *Referendarij munus est commissioni clausulas iuridicas addere, & ineptas delere.*

CAP. V.

AB aliquo grauamine, ante sententiam diffinitiuam illato, seu grauaminibus, in cedula appellationis expressis appellatur addita clausula, nec nō ab omnibus aliis grauaminibus, quæ ex actis, seu processu causæ colligi
1 possunt, dubita ri contingit, an appellans super aliis grauaminibus specialiter non expressis causam vigore cōmissionis super grauaminibus narratis obtentæ, prosequi valeat, & licet primo videatur dicēdū qđ sic, quia cū oia acta sint publica, & quic quid in eis continetur, c. qm̃ cōtra de prob. Inn. in c. cū in iure de off. del. & ob id tanquā notoria, & publica, & se exhibentia, non sint aliàs exprimēda, c. accedēs, vt lit. nō cōt. c. euidētia de accu. Tñ cōmuniter contrariū per dnos de rota resolutū fuisse, patet ex dec. 2. de app. in nou. ac dec. 44. & 70. eo. tit. in ant. ea potissimū rōe, ne appellās in incertū vagetur, & vt litibus sit finis, non debet, nisi super expressis audiri, c. finē de dol. & cōt. c. cordi de app. in 6. clem. appellāti, eo. tit. hæc aūt incertitudo a iure reprobatur. c. ad aures de rescr. c. 1. & c. 2. de app. c. fi. de libel. obl. Fatuus eñ est, qui grauamē in cōmissione in specie exprimit, tñ si nominatim exprimātur nō debet dari cōmissio sup grauamine
2 vel grauaminibus, nisi sup illis, quę appellās elegerit, vel expressit. Io. And. in c. cū causā de app. d. dec. 2. n. 2. Ideoalia clausula cōtinēs grauamina nō expressa sēp est delēda, quia cū sit appellatio nimis generalis, & incerta, ac a iure reprobata Signatura nō rescribit. Vestr. in sua prax. lib. 3. c. 10. n. 1. c. ad hoc, & c. fi. de rescript. c. 1. & 2. de libel. oblat. decis. 5. de app. in nou. quod alia suadeatur ratione, quia expressio causę grauaminis, duplici
3 de causa fit. Primo vt iudici a quo debitus honor deferatur. ca.

vt debitus de appell. & uideri posit in quo grauauerit, secundo ne amplius appellans variare queat, at si generaliter ad acta se referret non satisfieret, alicui ex prædictis rationibus, ideo relata clare militant. Fallit tamen si appelletur, à certo speciali grauamine, quia tũc pro eius iustificatione, poterit allegari generaliter quicquid ex actis colligitur, pro causa iustificanda, nihil specialiter exprimendo vt in d. decis. 2. numero 1. & idem voluit Gemin. consil. 102. nu. 2. c. dilecto de appel. quod locum non habet, quãdo interloquutoria iustificatur ex allegationibus iuris, nam tunc grauamina illata, non sunt exprimenda, Cassad. decis. 5. de seq. poss. & fruc. nu. 4. si autem appellauerit, à grauamine illato per iudicem delegatum, in omnibus aliis videtur exemptus ab eius iurisdictione, secus autem si fuerit iudex ordinarius decis. 15. de appel. in antiq. Innoc. in cap. olim in
4 glo. fin. de offic. deleg. appellat quis interdũ ad S.D.N. pendente tempore ad causam appellationis committendam, Papa moritur, dubitari cõtingit, an causa coram successore introduci possit, & an causa ad curiam deuoluatur, adeo quod successoris tẽpore in curia sit tractanda, & licet pro negatiua uideatur obstare tex. in c. si gratiosæ de rescrip. in 6. tamen quia causa appellationis semel est in curia, & sic in manu Papæ, & potius ad sanctã Sedem quàm ad certum Papam, propter personam appellatum videatur, Rota tenuit contrarium vt in decis. 31. de appel. in antiq. vbi respondet ad d. c. si gratiose quod non obstat, quia habet locum in futuris, quæ per Papam viuentem, non fuerunt semel affecta, nec in eius manu, & ideo in praxi apponitur verbũ in appellatione, nec non, ad sanctam sedem Apostolicam, quæ sem-
5 per regnat. Cauetur in statuto Bononiensi, & etiam multarum Ciuitatum status ecclesiastici, quod primæ, secundæ, & forsan tertiæ instantiæ, in dictis Ciuitatibus respectiuæ videri debeãt non obstante quacunque appellatione, & sum. Pont. statuta confirmando, obseruari uoluit, & mandauit, tamen istud statutum non comprehendit appellationem, ad Sanctitatem suam interpositam, quia cum sit priuilegiatissima persona, sub generali sermone non continetur, immo censetur excluſa, cap. cum sit periculosum de sent. excom. in 6. Ancher. consil. 296. Roman. consil. 498. & in quacunque generali dispositione semper intelligitur Principis auctoritas reseruata l. fi. in princ. ff. ad munic. cap. veniens vbi DD. de iure iuran. Oldrad. consil. 97. Nec est dicendum quod ex dicto statuto uideatur imposita lex, siue necessitas Papæ, quia licet illud confirmauerit, nihilominus auctoritatem sibi reseruauit illi derogandi, & sic si Signaturæ vi-

debitur,

781

debitur, quæ nunquam nisi ex rationabili causa mouetur, poterit non obstantibus dictis statutis, in Curia causas in quacun que instantia committere vt late per multa iura, & rationes tradit Gozzad. viden. in consi. 101. nu. 15. & sequen. & ita quotidie practicatur, maxime si sint causæ alicuius cõsiderationis, quia æqum est vt ad Romanam curia supremam, in signum superioritatis trahantur, & de Priuilegiis Ciuitatis Anconæ, quæ habet primæ, & secundæ instantiæ cognitionem, confirmatis à Papa, quod ad eundem appellari possit, illis non obstantibus dixit Corn. in consil. 262. num. 9. vol. 4. at si in partibus causa vt puta Prætori Bononiensi, qui est vnus ex Auditoribus illius Rotæ, vel alibi, causa committatur, relicta clausula non obstante statuto, non solum operatur commissio excitationem iurisdictionis, verum etiam illam adeo alterat, vt Prætor non sit amplius iudex
6 ordinarius, sed delegatus Achil. decis. 1. de commiss. Euenit aliquando, quod iudex, à quo appellationi interpositæ non defert, tunc appellans cautus esse debet, vt à tali reiectione appellet, alioquin, & reiectio appellationis, & sentẽtia in rem iudicatam transirent, & hac de causa videmus quotidie, à non admissione appellationis appellare Zabarel. in clem. 1. col. 3. versic. ex hac Gloss. de dol. & cont. Nic. ant. Grauat. in addit. ad vestr. lib. 7. c.
7 vlt. nu. 23. Relaxantur quotidie in tribunali. A. C. mandata exequtiua vigore obligationis Cameralis, & succumbentes appellant, ac porrigunt commissionem, & licet circa hanc appellationem uideantur procedere, quæ supra dixi, quod ab exequtore non detur appellatio, cum ex camerali obligatione legitime, & plene creditum appareat, & iam confessatum ac clarum nulleq; iudicis sint partes nisi in cõdemnãdo vel exequendo l. vnica vbi Bar. Bal. & Salic. C. de confess. & sicut à iure confessio interdicta est appellatio (vt supra diximus) ita etiam in casu nostro maxime stante uinculo iuramenti quod violandum non est vt late tractaui in commissione relaxat iuram. c. 1. & c. 2. nam data etiam nullitate instrumenti nihilominus sustinetur virtute iuramenti, adeo quod ex eo oritur obligatio, cum propria auctoritate nemo ei contrauenire possit Io. de amic. consil. 34. nu. 13. & 14. & consil. 71. nu. 8. Marc. Ant. Bauar. in tract. de virt. iuram. q. 1. Rom. consi. 521. nu. 15. Bal. in Rub. C. de rer. perm. Præter supradicta, adest Priuilegium Cameralis obligationis, & li-
8 cet Ant. Massa de Gall. quem Nic. Ant. Graua. in add. ad Vest. lib. 7. cap. 3. nu. 41. Iureconsultũ, & practicũ primariũ suæ ætatis uocauit, in initio sui tra. de obli. in for. cam. c. 1. n. 2. huius Cameralis obligationis auctorẽ incertũ fuisse dicat. Tñ quo ad ini-

tium contrarium mihi videtur quia originem traxit a l. abstinē dum. C. quor. app. nō recip. vbi debitor fisci Principis, & sic Cameræ obligatus non appellat deinde dicit Gallesl. tractu temporis ex huius textus dispositione incerto authore, obligationem cameralem prodiisse iuramenti vinculo roboratam, & quotidie clausulis, atque cautelis aucta fuit, quia quemadmodum ibi Cameræ obligatus non appellat, sicque ad alios casus particulares in consequentiam, hominum ingenio extensam esse, di-
9 uersis temporibus, & in vsu positam apparet. Causa vero talis obligationis introducendæ fuit sec. Gallesl. ibi, quia Camerę Apostolicæ debitores, per tres sententias vt plurimum succumbere prius volebant, & cum fisci damno lites immortales facere, quæ aliquando deserebantur, & ob id ad tales litium anfractus amputandos, illum obligandi modum inuenere ad hoc, vt fugiendo processus fabricationem, sine mora parata esset exequtio, & sic in priuatis tale nomen, & obligandi stylus vsu receptum est, vt pariter contra particulares eodem modo procedatur, exequtiue, & sicut debitori fiscali interdicta est appellatio, ita etiam aliis in forma cameræ obligatis, vt dixit idem Gallesl. par. 3. in c.
10 sum. quæst. post. proces. incid. n. 7. & eadem parte c. de liquidatione numer. 18. Ideo quando in causa puræ, & liquidæ obligationis in forma cameræ appellatur, talis appellatio non operatur effectum suspensium, adeo quod vlterior exequutio impediatur, nam sicut appellatio non impedit, seu suspendit actum præteritum, nec etiam potest suspendere actum futurum illi annexum, Abb. in cap. pastoralis. §. verum quia. numer. 3. de appellation. sed bene effectum deuolutium, quod causa appellationis deuoluatur ad ipsum superiorem, sicut in simili a mero exequtore admittitur appellatio, vt ex doctrina Speculat. ibidem per Gallesl. allegatam apparet, & ea
11 ratione ordinariæ Signatura iustitiæ in huiusmodi commissionibus solet apponere clausulam salutarem dictam, quæ a litium longitudine seruat, sine præiudicio legitimæ exequtionis, vel sine retardatione vlteriuris exequtionis, quando exequtio esset cæpta, & non consumata, quæ verba tantum innuere valent, quantum solue, & repete. Vnde appellans ab huiusmodi exequtione directe, vel indirecte nihil agit regulariter, quia non suspendit id, a quo originatur exequtio, nam si appellans, dat antecedens liberum, a quo exequtio dependet, & negat consequens, scilicet illius exequtionem ad illam euitandam appellatio non proderit, & hæc sunt verba formalia, Gemin. in cons. 99. nu. 2. vers. vnde appellans, subdens nu. 3.

quod

quod Io. Monacus dum esset Vicecancellarius, multas literas cassauit, in quibus narrabatur esse appellatum, non à prouisio-
12 ne, sed ab exequtione prouisionis, quæ omnia refert Galles, vbi supra nu.3.& quamuis de excessu obiiciatur, nihilominus clausu la præfata erit apponenda, quia iudex non dat exequtionem, nisi pro summa expressa in obligatione, per principalem siue eius. procuratorem confessata, vt ibi Gemin. & an clausula sine præ-
13 iuditio legitimæ exequtionis, vel placet de legitima exequtione sit condictionalis, vel faciat rem litigiosam, vide Decis. Ac chil. 59. aliàs 5. de commiss. simileque dicendum erit de instrumen-
14 ta quarantigiæ, vt tenuit Benedic. Barz. in tract. quarantig. q. 13.& quare quarantigia dicatur, vide Bal. in c.1.n.1.de leg. Corrad. in vsib. feud.& in l.etiam nu.4.& 5.C.de exeq.rei iudic.& licet habeat diuersum nomen ab obligatione camerali, tamen eandem habet exequtionem paratam, maxime vigore iurium municipalium locorum, seu prouincialium constitutionum, nã cum in ambobus adsit confessio,& non simplex, sed iurata, à tali exequtione confessus appellans non potest prætendere se grauatum, ratio est; quia iniuriam non patitur, qui consensit l. ait prætor §. permittitur ff. de minor.& tanto magis supra dicta procedunt, quia huiusmodi debitum iam notorium effectum est, in quo non admittitur appellatio, nec etiam ratione excessus, vt
15 Bart. in fi. d. quæst. subdeusque, quod si aderit excessus, succurritur grauato ex remedio restitutionis in integrum, cum clausula generali, si qua mihi iusta causa,& in eandem sententiam venit Corn. in cons. 141. per tot vol. 3.& cons. 199. num. 2. vol. 2. & cons. 221. nu. 1. vol. 4. Multoties autem in tali obligatione appel
17 lationi defertur simpliciter, quando adesset aliqua condictio, nõ adimpleta, nec purificata, vel verificata, vel si obligatio non esset pura, etiam si contineret tacitam condictionem; quia nisi constaret condictionem purificatam fuisse, exequtio dari non posset l. hoc iure ff. de verb. oblig. Rip. iu l. in illa num. 8. ff. eod. titu. Corn. cons. 112. col. 1. vol. 1. Guid. Pap. decis. 15. stante condictione, instrumentum non potest dici purum, DD. in l. si serum communem §. titium ff. de vulg. & pupil. substit. quod pariter in
18 apoca priuata censendum esse asserit, Couarr. var. resol. lib. 2. c. 11. nu. 4. cum late congestis, quando autem instrumentum nõ esset liquidum, etiam si adesset statutum, quod instrumenta habeant exequtionem paratam, statutum non habebit locum, quia iudex non potest relaxare mandatum, nisi constet, quod reus teneatur vere,& pure, Bald. in l. 2. nu. 9. C. de exeq. rei iud. Alex. in l. 1. n. 13. ff. de leg. 2. Ias. in l. 1. n. 32. ff. de eden. Socin. cons.

89. col.

89.col.2.vol.3.Couar.var.resl.lib.2.c.11.n.1.nec reus tenetur,ni si præcedat liquidatio,seu condictionis purificatio, antequã exe quatio relaxetur,cũ eius,quod non apparet,inanis sit actio, aliàs autem procedens iudex grauat.propterea datur appellatio, & & perconsequens commissio absq; clausula, vt dixit Galle. in d. c.de liquidatione n.11.l.cedere diem ff.de verbor.oblig. Dec.in cons.421.n.6.Bal.in l.causam. C.de exeq.rei iud.Alexa. in cons. 119.vol.1.Bal.in l.per diuersas in 10.q.C.mandat.Inn.in c.quia de iud. quando autem condictio non est adimpleta,imperfecta dicitur obligatio.l.legatæ.ff.de cond.& demonst.l.si post.vers.sed si sub conditione.ff.quand.leg.dies.ced.Dec.in cons.77.n.1.nam condictio, quæ suspendit effectũ ipsius obligationis, pariter suspendit eius exequtionem, dec.3.n.2.de concess.præb. in nou.c.si super gratia de off.deleg.in 6.nec existente condictione obligatio afficit,sed ea adimpleta,& non prius.Io.Andr. & Innoc. in c. præterea super verbo non satisfecerit de app.c.quia cunctis de concess.præben. in 6.& ex conuentione, contractus legem accipiunt,c.contractus de reg.iur.in 6.Dec.cons.559.nu.8.nec solet dari commissio, vt iudex ad quem procedat ad exequtionem quatenus ad eam procedendum sit,auocata potestate exequendi a iudice,a quo,quia non est verisimile,quod Papa velit auferre iurisdictionem ab vno iudice, & alio tribuere, nisi appareat de certa eius mente,idque procedit in curia solum,secus autem extra curiam,Staf.de lit.iust.c.si.cõmissa.nu.15.& 16.Aegi.cõcl. 419.maxime quando est cæpta exequtio,l.vbi cæptum.ff.de iud. c.ex tenore de rescrip.c.vt nostrum,& c.vt debitus de app.Inno. in c.cum M.de constit.& idem dicendum erit, in similibus casibus,qui quotidie occurrere possunt,propter quorum varietatẽ, certa dari regula non valet,nam bene tunc rescribendo considerantur.Concludo igitur,quod in præmissis aliquando datur cõmissio appellationis simpliciter, aliquando cum vna ex præfatis clausulis, vel cum clausula, si quid exequendum, in primis, & ante omnia exequatur, quæ aliqualem desiderat causæ cognitionem. Licet Auditor Cameræ verus exequtor cameralium obligationum nedum procedat, vbi est obligatio cameralis lite coram alio pendente verum,quascunque causas etiam vigore commissionis dictæ cameralis obligationis mentionem non facientis a quibuscunque iudicibus ad se auocet, & eis, ac inhibitionibus illarum vigore emanatis exequi mandata mandet & faciat vt dixit Lancel. de attent.lit.pend. cap. 4.limit.15. n.8.asserens ita tenuisse Rot. 24.maii 1564.coram D.Seraphino in vna Ispalen.pensionis quãmis vt plurimum propter Signa-

turæ

tur æ honorem ad eam commissiones reformandæ remittantur. At quando talis commissio Rotæ Auditori dirigitur cum dicta clausula, exequtionem non relaxat, nisi gustato de eius iustitia, quia rationi cõsonum non videtur, vt iudices talis supremi tribunalis sint meri exequtores in dubio vnius iudicis, causa nõ cognita, licet quando causa demandatur in Rota, cũ clausula sine
19 piuditio, vel retardatione exequtionis, vlterior exequtio remaneat cõsumãda p iudicẽ, a quo vt dixi, & quotidie seruatur. Bene fit etiam, quando multorius causa Rotæ committitur cum facultatibus Auditoris Camere, sed quando cum dicta clausula rescribendum est, vel aliis met Auditor Cameræ, si iudices sui suspecti sint, causas demandat, non ita de facili vices, ac fa-
20 cultates suas deberet concedere, nisi ei nota sit persona, ac cum maturitate, vt dixit Vestr. in sua prax. lib. 2. c. 4. n. 7. versi. fateor Appellatur pariter, à declaratione incursus cẽsurarum post inhibitionem, & petitur dari facultas absoluendi simpliciter, seu ad cautelam, vel arbitrio, tunc si petitur, quod commissio diri-
21 gatur eidem iudici, qui declarauit, de facili conceditur, sed cum clausula si quid exequẽdum fuerit in primis, & ante omnia exequatur, sin vero petitur, quod diregatur iudici ad quem, tũc additur clausula, prout de iure, Sed Lancel. in tract. de Attent. in præ. lit. pend. num. 203. & 323. dicit quod A. C. in beneficialibus causis non habeat iuris dictionem, nisi dum agitur de exequtione literarum Apostolicarum. & ideo vt supra dixi in fi. 4. cæp. causa exequtionis litterarum coram ipso manet, & super
22 nullitate vel iure in beneficio seu petitorio Rotæ committuntur. In commissionibus, quæ extra Curiam diriguntur tam super appellatione, quam alia causa, apponitur in fine clausula, & cum absolutione à censuris ad effectum &c. quæ clausula si à supplicante omittatur, necessario per D. Referendarium addi
23 debet, ne rescriptum reddatur vanum, quia cum excommunicatus, nec per se, nec per alium eius nomine, vllos iudiciarios actus agere valeat, immo beneficiorum sit incapax, c. per tuas. de sent. excomm. c. pastoralis de appel. ob id ad cautelam, & vt coram iudice, cui rescriptum dirigitur agere queat, & in beneficialibus beneficium obtinere, in commissione ad effectum agẽdi, & in supplicationibus, ad finem obtinendi beneficium ponitur dicta clausula, c. per tuas 9. nos igitur, versi. quacunque Apostolicæ sedis, vbi Glo. in verb. ad cautelam de sent. excomm. sed tunc in materia commissionis debet per iudicem concedi, prout ius & iustitia suadent, vt dixit tex. in d. c. per tuas, & in c. venerabili iunct. Glo. in verbo ad cautelam eod. tit. c. veniens de

test. c.

test.c.ad præsentium de Appell.nec impertire debet, iudex absolutionem excommunicationis latæ sententiæ, ad instantiam partis, siue ex officio, absque eo, quod citetur ille, de cuius interesse agitur, & aliis seruatis, de quibus per Abb. in d. cap. per tuas nu. 11. & sic prout iuris fuerit, erit concedenda; Multoties vt in casu c. venerabili de sent. excom. & ibi Abb. versic. sed quæro datur solum ad effectum, vt possit communicare, & interesse sacris, non autem vt possit, agere quia suspensio non tollit, facultatem agendi sicut excommunicatio, vt ibidem Innoc. & ob id si contingat quod concedatur commissio inter eos, qui sunt
24 episcopi, vel prælati superiores, nõ ponitur quo ad eos clausula inhibendi sub pœna excommunicationis. Defertur autem illis in pœnis imponendis, propter reuerentiam sacri officii, quod exercent c. 2. de off. deleg. in 6. & propter periculum plurimorũ, vt dicit Stafil. de lit. iust. c. petenti committi nũ. 4. sed loco talis clausulæ apponitur suspensio, vt in d.c. venerabili. Pariter alia
25 clausula ceu semper in nostra commissione apponitur, videlicet cum potestate grauandi, & regrauandi inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, & praxis se habet in hoc, vt quando reus est declaratus statuitur sibi terminus decem dierum, & deinde aliorum decem ad parendum excommunicationi, quod si nõ fecerit grauatur, & regrauatur, stante perseuerã-
26 tia in excommunicatione, & aggrauatio fit, quando tunc iudex excommunicatum ab officiis, & beneficiis suspendit. Demum si adhuc obstinato & duro corde perseuerauerit, quando iudex ecclesiasticus nil aliud facere poterit, recurrit ad auxilium bra-
27 chii secularis, & ideo apponitur pariter in rescripto inuocato, ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, quia prius ecclesia suo iure vti debet, videlicet censuris, quæ ecclesiæ militantis fulmina sunt, vt dixit Vestr. in sua prax. lib. 8. c fin. num. 4. vers. episcopus inuocat; sed non in causis beneficialibus, quia in eis iudex ecclesiasticus possessionem tradere valet, vt dixit Gallesi. in d.c. reliqua de proces. summario, & Rol. à Val. in cons. 37. nu. 5. vol. 5. Doct. in c. cum non ab homine de iudic. & in c. significasti de off. deleg. Fed. de Sen. cons. 25. col. fin. & ideo quando cæte-
28 ra remedia ecclesiastica deficiunt, debet tale auxilium implorari, quia cum sit vltimum, & sic cauda, iudex ab eo non debet incipere, sed a capite, & ista de causa quando in commissione petitur inuocandi brachium seculare, & eius auxilium facultas, debent addi verba, quatenus opus sit, sed si per compilatores commissionis non apponantur illa addere domini Referẽdarii munus erit, vt in specie dixit Oldrad. cons. 89 n. 5. vers. vnde sæpe.

c. 1. de

c.1.de off.ord.Affl.in const.regn. in proh. nu. 44. asserens hanc esse receptam doctorum sententiam. Calcan.cons. 119. & in hoc vide late tradita per Rol.à Val.d.cons.37.per tot.vol.1.& de forma inuocandi brachium seculare, Gallesius vbi supra num. 47. & licet in commissione apponatur verbum cum potestate interdi-
29 cendi, tamen cũ maxima consideratione dantur interdicta, ob curam animarum,& sacramentorum administrationem,sed solum quando adsunt vrgentissimæ causæ,vt puta in crimine læsæ maiestatis & quando contempserunt claues, & authoritatem sedis Apostolicæ,ac regulariter,quando ostinato animo, & duro corde,censuras per longum temporis spatium sustinuerunt, seu publicè contempserunt,tuncque lato interdicto,cum maxima difficultate relaxatur nisi prius parito iudicato. Cæterum quando clericus degradatur,& traditur puniendus curiæ seculari ;tunc non inuocatur dictum auxilium,quia cũ ecclesiæ non liceat incorrigibilem corporali pœna afficere,tradit eum in potestatem,& puniendum,curiæ seculari,vt DD.in d.c.cum nõ abhominedicunt,& Gallesius.loc.cit.nu. 49.late id tangens. Sed an iudex delegatus,si in commissione facultatem inuocandi auxilium brachii secularis ei tributa non sit,illud inuocare valeat,
30 ádeas Feder.de Sen. in cons.251.nu. 4. Causarum commissiones de consensu partium dantur etiam cum exequtionis ferendæ sententiæ clausula,dummodo illa exequtio non fiat in tertii præiudicium,quia contra tertium non debet ab exequtione iudiciũ incipere,l.1.C.de exe.rei iud. & isto casu res inter alios acta ipsi nocere non debet,& licet nominati consentientes in eo fuiss præiudicium etiam appellationi renunciando id facere valeant,l.fi.C.de temp. appell. Tamen id verum intellige dummodo non adsit interesse Cameræ Apostolicæ, quia nihil in hoc priuatorum consensus facit, l. publica vtilitas. C.de Primip. lib. 10.& dummodo sententia solum consentientes afficiat. Cau-
31 sæ autem confinium,seu alicuius seruitutis facilius in partibus committuntur,quam in curia,nam melius ibi terminantur; ratio est,quia oculari inspectioni subiecto sunt,& indigent,ac testium examine, qui melius super loco differentiæ examinantur l.si irruptione §. ad officium ff.fin.regund.arg.tex.in c.ad cimas de rest. spol. in 6.ibi est autem iudicis oculus necessarius igitur si causa esset per vnam partem in curia commissa, eam auocare solet Signatura, & ad partes remittere, iudici tamen de consensu partium eligendo, & maxime in prima instantia, propter processuum fabricationem, & inter communi-
32 tates, seu vniuersitates. Multoties in commissionibus

fit error.

fit error nominis, vel cognominis personarum, siue locorum, & datur commissio talis erroris correctoria, quæ solet concedi, sed cautius procedēdo habita consideratione ne fraus insit, aut dolus adsit in alicuius præiudicium, vt quotidiæ callidi viri facere quærunt hac via in duabus cōmissionibus obtinere, quicquid in vna non valuerunt, seu non separabant & quod commissione emendationem petens vsus non sit, quia cum iam rescriptum effectum esset commune. Innocen. in cap. ex conquestione de rest. spol. non potest de facili in tertii præiudicium mutari, & emendari, & ideo considerandæ sunt qualitates an citatio partis sit necessaria, quod est D. Referendarii officium, & quando impetrans rescriptum eo, vti, vel non vti possit, vide

33 Abb. in d. c. ex conquestione. Lata sententia fuit ab ea appellatum a die habitæ notitiæ & sepissime porrigitur commissio appellationis, quæ passim datur, sed cum clausula prout de iure, & tunc appellationis rescriptum non censetur datum, nisi appellatio sit de iure recipienda. Bar. in l. 1. n. 7. & 20. ff. de cond. & demonstr. Alex. cons. 127. num. 4. vol 7. Dec. in consil. 436. nu. 4. & 5. hinc Felin. in c. cum contingat. de off. deleg. num. 13. dixit, il-

34 lam clausulam operare, quod si causa appellationis sit rationabilis censeatur admissa, secus si irrationabilis idē voluere. Dec. in c. oblatæ. 2. not. de app. Ruin. consi. 61 nu. 7. volu. 5. Socin. Iun. consil 18. n. 16. vol. 1. dec. Pedem. 5. n. 9. quia si per aduersarium probatur, quod appellans habuit notitiam sententiæ, & ab ea non appellauerit infra decem dies, non erit exequtio impedienda, & pariter si fuerit citatus personaliter, nam tūc frustratoria erit commissio appellationis, cum ex restitutionis in integrum beneficio sibi petenti subueniri debeat (sed vt dixi) ordinarie talis commissio datur cum clausula prout de iure. Vestr. in sua prax. lib. 4. c. 4. n. 9. tamen si appellatus passus esset contra se sententias tres, vel duas conformes, etiam per audientiam cōtradictarum ferre, non datur commissio, nisi cum clausula parito

35 iudicato, l. fulcimus §. fi. ibi propter nimiam contumaciam ff. ex qui caus. in pos. eat, quæ clausula importat dimissionem possessionis, si agatur de re stabili, fructuum, ac expensarum restitutione, c. fi. de rest. spol. clem. vt calumniis de re iud. Staf. vbi sup. c. quando petitur nu. 9. nisi adesset paupertas, quæ a fructuum, & expensarum restitutione, illis tamen in fine litis reseruatis, excusare posset, non tamen quo ad possessionis dimissionem, cum etiam pauper illam dimittere valeat, & in hoc non excusaretur ex tali priuilegio, vt ibidem Vestr. nu. 9. Cassad. decis. 10.

36 de rescrip. c. olim de rest. spol. a sententia lata in partibus vigore re-

re reſcripti apoſtolici, appellari non poteſt ad legatum Papæ, etiam de latere, ét ſi eius vices gereret, eiuſque locum teneret, ſed ad ipſum Papam committentem, ita dixit Corn. in conſ. 89.
38 num. 8. vol. 2. cauſas autem cùm clauſula appellatione remota non committit Signatura iuſtitiæ, cum à iure ordinarie ſit appellatio permiſſa, & ipſa contra iuris diſpoſitionem non reſcribit, ſed Papæ tantùm, vel aliis ſuprèmis Principibus ſuperiorē non recognoſcentibus ſolum id facere, & appellationis beneficium tollere permiſſum eſt, l. 1. §. fi. ff. à qui app. non lic. Dec. in c. paſtoralis de app. Rol. a val. conſi. 29. num. 13. & ſeq. vol. 1. vbi num. 15. extendit id etiam habere locum in inferioribus Principibus non recognoſcentibus ſuperiorē, quia Principis ſtatum tenere videntur, & idem aſſerit in conſi. 86. nu. 16. eod. vol. quia ex ſolo priuilegio, & Principis auctoritate, appellatio & ius appellandi tolli poteſt c. 1. de reſcrip. c. paſtoralis de app. Couar. practi. quæſt. c. 23. nu. 6. at quando talis clauſula conceditur ſolum habet locum inter litigantes ſcilicet reum, & actorem, &
39 nominatos in reſcripto, vnde ſi tertius, ex ſententia lata vigore talis clauſulæ, ſentiens ſe læſum appellare voluerit, erit audiendus, quia intentio Principis fuit quo ad tales comprehenſos, & nominatos contra iuris beneficium, iſtam clauſulam concedere, & maximè a nominatis petitam, vnde eam extendere ad tertium, qui ſe liti & executioni opponit, nec nominatum, nec de hoc ſupplicantem, abſurdum erit dicere, tex. eſt in cap. ſuper eo vbi Abb. Feli. Dec. & cano. de off. deleg. Franc. in c. paſtoralis 7. q. de appel. Bar. in l. 1. §. interdum nu. 4. ff. a qui app. non. lic. Fel. de communi atteſtans in c. veniens num. 5. de teſtib. Curt. Iun.
40 in conſ. 192. nu. 6. Vant. de Nullit. in tit. quis poſ. dic. de nullit. num. 15. Dec. in c. tua col. 2. de appel. Feli. in c. qualiter & quando nu. 1. & 13. de Accuſat. & quod reſcriptum non operetur, niſi inter quos datum eſt. dixit tex. in l. 1. ff. de conſtitu. princ. iudici autem inter duos nominatos litigantes, odioſe appellationem
41 auferendo tradita eſt procedēdi poteſtas, & an præiudicet ſciēti & patienti & ſibi præiudicium inferat ac ſententiam approbare dicatur vide lat. Couar. Pract. q. c. 15. nu. 5. verſ. quid ſi ex aduerſo, late articulum diſputans, in hoc tamen negocio ſæpe oriri ſolet dubitatio, quando procurator conſentit, vt cauſa appellatione remota committatur abſque principalis aſſenſu, & per ſignaturam ſtante dicto cōſenſu ita datur commiſsio, deinde pars ſuccumbens dicit nulliter commiſsionem expeditam, quia ad id non habebat procurator mandatum ſpeciale, vti requiritur ſec. Caſſad. deciſ. 3. nu. 3. de reſcr. & ob id non obſtante

tali

tali commissione causam appellatio committi petit. Tamen in hoc scias, quod licet requiratur speciale mandatum, vt in d. dec. tñ si procurator habeat mãdatum cum libera, &c. potest ita causam committi facere, & bene Domino præiudicare, maxime in ista re dubia, & incerta, an talis clausula suo clientulo sit futura fauorabilis, vel odiosa, & præcipuæ si clientulus in causa comparuerit, quia expresse commissionem approbat, & ita in vna Regiensi iuris patronatus coram R.P.D. Robusterio tenuit Rota 25. Octobris 1582. Peregr. dec. 296. & licet interdum sit prohibita appellatio, ob id non est sublatum, quin pro noua causa ad Papam recurratur. Anchar. q. 7. n. 8. par. 2. & de nullitate sententiæ dicatur, vt infra tangam in com. sanat. nullit. quo vero ad clausulã supplendo omnes iuris & facti defectus, & quomodo intelligatur, vide Iaſ. late in cons. 86. n. 14. vol. 3. Pari
42 ter a decreto, seu mandato de euacuando, seu sfractando domũ, vt dicitur, non datur commissio appellationis, quia si non datur de iure appellatio, Gram. dec. 58. n. 15, ita neque appellationis commissio cum talis causa celeritatem desideret, & causæ celeris expeditionis sunt adeo priuilegiatæ, quod in eis etiam die feriata procedi valet, vt Gram. ibi, & quod in tali causa non detur appellatio, dixere Bal. in l. vni. n. 4. C. si de mom. poss. fuer. appell. Alex. in l. 1. nu. 52. & Iaſ. nu. 45. verſ. quarto adde. ff. sol. matrim. & quamuis præfati doctores in l. 1. loquantur de fabro malleante prope domum doctoris, vel scholaris, quod expelli queat, tamen Gram. vt supra nu. 16. idem iudicandum asseruit in casu nostro, cum eandem celeritatem causa desideret, & sic nõ videtur cõcedenda cõmissio, nisi cum clausula sine præiudi-
43 cio legitimæ exequtionis, & de iure quippe iudicio meo, quia si conductor obiiciat quæstionẽ dominii rei conductæ, prius euacuare tenetur. & deinde agere super proprietate, vt dixit tex. in l. si quis conductionis, vbi Bal. & Sali. C. locat. ideo cum euacuare teneatur, iuridice apponitur dicta clausula, & quamuis dominus locauerit alteri domum, & veterem inquilinum quæren do expellere voléti cũ eisdẽ pactis & cõdictionibus, ac in eadẽ quãtitate, pẽsionẽ soluere prout ponus, & sic videtur veteri iniuriam inferre, ad instar emphiteutæ, qui finita emphiteusi debet denuo in eadem re investiri, alias afficitur iniuria, tamen id locum non habere in inquilino domus, sed in conductore rustici prædii, vt dixit Affl. in dec. 238. n. 3. & 4. asserens ita cõmuniter omnes Dominos de consilio tenuisse. nam licet antiquus inquilinus denuo conducere domum, vt premissum est vellet, ac locationem cõtinuare, nihilominus facta noua locatione, dominus

eum

44 cum expellere poterit; vt voluit glo. sup. consuet. Neap. in verbo, sed & si fundum, nec tenetur dominus domus finita locatione denuo inhabitanti inquilino domum relocare, cum id de iure cautum non reperiatur, licet ex quadam æquitate fieri consuetum sit Butr. Hostien. & Ioan. Andr. in cap. 1. l. ne cui. C. eod. titu. dummodo per pactum id non promisisset, quia tunc teneretur. vt dixit Bald. in dicta l. ne cui. Durante autem locatione expelli non potest, quod sano modo intellige, dummodo pensionem consuetam inquilinus soluat, quod tamen limita, nisi Dominus ob suas necessitates domum pro se vellet, vel eam alienare, aut fabricare; l. Aedes, & ibi Bal. C. locat.

45 ergo a contrario sensu, si pensionem non soluat seu sit morosus, expelli poterit sicut locatione finita, quia dominus habet possessionem plenam habitu, igitur cum possideat, non potest ei resistentia, seu uis inferri, absque causa l. colonus. ff. de vi & vi arma. Appellatione autem inquilini venit solum inhabitans domum in ciuitate, seu extra, dummodo solam domum absque cultura conducat, non autem colonus prædii Alexan. in l. qui

46 pignori. ff. de acquir. possess. vbi Imol. & in l. Aedem. C. locat. itaque cum sapiat possessorii naturam, eodem modo appellatio, vt in possessorio dictum est, erit concedenda: In curia adsunt multa decreta, seu constitutiones camerales in hoc, quæ non tango, de iure autem communi loquitur sum. Occurrit sæpe casus, qui discutitur, appellat aliquis a sententia de partibus,

47 & via ordinaria a Tribunali A. C. inhibitionem obtinet, vti a Iudice ordinario appellationum, iuxta suas facultates, vna cum insertione citationis, quæ exequitur in partibus, & ille ad cuius instantiam conceditur citatio, & pariter commissio, in cuius commissionis exequtione Iudex delegatus, iuxta illius tenorem inhibitionem, cum citatione relaxat, eam ita exequtam non curat in actis reproducere. Deinde ist e appellans dat commissionem, & petit causam a curia auoca-

48 ri, ac ad partes remitti appellatus autem exhibet copiam citationis, cum absque eo quod copia dimittatur fieri non possit, neque iuridice exequi, vt dixit Vestr. in sua prax. lib. 3. c. 6. nu. 5. & 6. ac citantis impensa tradi debet, Clem. causam vbi gl. & Card. q. 21. & 22. de elect. & idem Card. in q 5. & Imol. col. vlt. in Clem. 1. vbi gl. in verbo oblatis de app. DD. in Auth. offeratur. C. de lit. conte. maximeq; si domi citetur, secus aût quando personaliter, quia si citationis copia non petatur a citato, sufficit si ei citatio legatur, & tenet exequtio, absque alia copiæ traditione, secus autem si petierit, vt ibidem Vestr. num. 13. cum

alleg. Sed vnũ notabile in hoc non omittam, quòd ab expertis procuratoribus in praxi, seruatur, quod quando aliquem citant id simpliciter non faciunt, sed cum verbo assertus seu prætensus hæres: vel aliàs quod caute apponendum est, quia si citaret simpliciter N. hæredem adeo eius personam approbaret, quod contra eam amplius obiicere non posset, vt lat. Ias. cum add. in l. fi. nu. 24. C. de edict. di. adr. tol. Itaque exhibita per appellatum citationis copia his rationibus non esse causam auo-
49 candam asserit, quia cum iudicium incipiat à citatione, §. omnium insti. de pen. tem. litig. Vestr. vbi sup. lib. 8. ca. 4. num. 23. clem. fi. vt lit. pend. vbi cæptũ est iudicium ibi finem accipere debet. l. vbi cæptum. ff. de iudic. & forus quem sibi elegit, ei patere, cum aliis similibus rationibus, quæ adduci possunt, In huiusmodi causa, multoties apud i. Dominos in signatura dubitari vidi, an stantibus præmissis causa esset remittenda, vel remanere deberet in curia, & multi inclinabant, quod causa deberet remanere in curia, ea ratione vltra relatas, quia constabat in actis notarii ex notula, quam retinet de citatione emanata, & instrumento appellationis producto, vnde cum exequta fuerit, & appellatus ea mediante curiam petierit, in curia causa remanere debet, & sic commissio deneganda. At maior Dominorum pars fuit in contraria opinione, quod ex præmissis non censeatur causa effecta curialis, adeo quod auocationis commissio esset deneganda, nisi appellans citationem reproduxisset, quo casu res difficultate careret, at si non esset reproducta, non operaretur effectum, quod causa remaneret in curia, & dato quod à citatione iudicium exordiatur, & nõ à commissione de citando, Ias. in rubr. ff. de in ius vocan. num. 1. glo. Bart. & DD. in rubr. C. eod. tam in causa principali, quam in causa appellationis, vt ibi Ias. num. 1. Clem. 1. vbi glo. in verbo citationem, de iudic. Innocen. in c. super quæstionum. num. 2. de offic. daleg. nihilominus si non reproducitur in actis dicitur citatio extraiudicialis, quia agens non comparendo, ei re-
50 nunciare videtur, & citatio suum perfectum esse non habet, vnde cum peccet in forma, est ipso iure nulla, Innoc. in c. præterea. nu. 1. de dilat. & actore non comparente, cum ex suis partibus iudicium nõ agatur, citatio dicetur imperfecta, ac in casu
51 caduci, & sicut per inualidam citationem non interrumpitur præscriptio, Ias. in l. mora. col. 11. ff. de iur. om. iud. Fely. in c. illud de præscr. Bart. in l. accusare. ff. de adult. Bal. in c. quoniam contra falsam 6. col. de probat. & citatio inualida nil operatur, glo. fi. in l. si accusatoribus C. de accusatio. Bald. in c. in nomine

Domi-

Domini in 4.not.de testib.ita etiam,nec inducitur iurisdictio, ratio insuper est, quia si citatio non reproducitur, citatus coram iudice non suo comparet, & licet litis contestatio coram iudice non suo facta nõ interrumpat præscriptionem,glo in c. placuit.6.si per naturalem in verbo, interrupta, 16. quæst.3.& glo.in l.si pater vbi Bald. C.ne. de sta. def. ideo cum non appareat de citatione,iste compares coram iudice non suo, non potest prætendere causam, inibi introductam, cum per citatio-
52 nem invalidam non fiat,decis. Achil.63. alias 10. de commiss. & talis citatio nec contumaciam constituit, capit. de causis vbi glo. in verbo venire de offic. delega. Innocen. in c.præterea de dilatio. Affl.decis.112.nume.quarto,& quod per non comparitionem partis citantis, circumducatur citatio, & citatus pro
53 non citato habeatur, dixit Vestr.vbi sup.lib.7.ca.vlt.nu.10.per tex. in l.& post edictum,6.si is.ff. de iudic.& citatio ista dicitur
54 extraiudicialis,nec efficitur de processu, donec reproducatur,
55 vt ibi vestr. Nec ex impetratione cõmissionis dicitur causam pendere,sed à tempore, quo iudicialiter procedere incœptum est decis.9.de dol. & contu.in antiq.decis.4.vt lit.pend.eod.lib. ob id si appellans impetrans commissionem steterit per annũ, ad causam prosequendam, seu in vltimo anno aliquid egerit,
56 erit repellandus à limine iudicii, vt ex decis. Tho. fast.37. in antiq. patet,per text.in c.gratum de off.deleg. & c.relatum de for.comp.l.in criminali.C.de iur.omn.iud.& ista de causa Vestr. vbi supra admonet procuratores ne anni finem expectent ad aliquid in causa agendum, sed si aliquid facturi sint in causa,statim faciat,vel ante sex menses,ad hoc vt secundum fatale obtinere valeant.Idque alia pateat ratione,nam si per annum, vt dixi,nil fiat,causa remanet deserta, nec debet citatus curare,si agens citationem non reproducat, quia sibi ex proprio ligone vulnus infert,& si in lite nil aliud quæritur, pro victoria, nisi vt causa deseratur, & ex ea fiat res iudicata, ideo sinat citatus,si non reproducitur citatio, vt labatur tempus,& deinde exequtionem petat, decis.5.de appel.in antiq. & quod non reproducta citatione,causa non sit effecta curialis, pluries a Dominis in Signatura teneri vidi,apponitur etiam in commissio-
57 ne appellationis clausula cum potestate citandi, & inhibendi in curia,& extra, nã ideo apponitur illud verbum extra, quia extra curiam nemo potest citare,nisi de commissione,& mandato Papæ, Cassad.decis.4.nu.3.de rescrip.Vestr.vbi sup. lib.4. c.1.nu.1. deinde sequntur illa verba etiã per edictum summariæ constito, & extraiudicialiter, de non tuto accessu, igitur

quomodo citatio fiat per edictum ac summariæ de mõ tuto ac-
58 cessu cõstare debeat breuiter ac succinte ponamus, & in hoc sit
cantus D. Referendarius, quoniã si in commissione aderit clau
sula, cum facultate citandi per edictum, absque aliis verbis, de-
59 bet addere clausulam constito summariæ, & extraiudicialiter
de non tuto accessu, nec alias datur commissio, nisi cum isto
temperamento, vt dixit Staf. de lit. iusti. c. quando aliquis. nu.
3. & seq. Vestr. in sua prax. lib. 4. c. 2. nu. 5. quia cum citatio per
edictum sit exhorbitans Clem. 1. de iudic. decisa 1. num. 2. de fe- 22
riis, in nou. & nullus iudex in Romana curia ita citare possit
nisi sibi demandetur specialiter per Signaturam in commissio-
ne, vt dixit gl. in d. Clem. 1. in verbo specialiter, nec citatio de-
60 cernatur, nisi prius summarie, & extraiudicialiter probetur 22
non tutus accessus, qui de auditu probari sufficit, & de hoc mo-
do citandi, late meminit Vestr. lib. 4. c. 2. & 3. cum adduct. ac ta-
lis est stilus cãcellariæ, de quo in decis. 17. de dol. & cont. in an- 22
tiq. fitq; iuxta dispositionem Clem. dudũ de iud. decis. 22. de re-
61 scrip. in antiqisin vero clausula cõstito summariæ, & extraiudi-
cialiter de non tuto accessu omittatur, in commissione, tũc iu-
dex poterit absque aliqua probatione citationem per edictum
concedere, decis. Rot. 23. de dol. & cont. in antiq. Fely. in c. quo-
niam frequenter, num. 18. vt lit. non cont. licet solitum sit, quòd 22
præfata clausula apponatur, vt per Milis in suo reper. in ver-
bo citatio per edictum, & de sex in dicta citatione requirenti-
62 bus, meminit Fely. in d. c. quoniam frequenter, nu. 16. quæ cum
nõ possit haberi tutus accessus in loco, vbi exequi debet, sat est
vt exequatur in duob⁹ locis vicinioribus ad minus, nec sufficit,
vt in vno loco tm exequatur, vt dixit Rot. decis. 5. de rescrip. in
nou. Cassad. decis. 1. nu. 2. de dol. & cont. decis. 8. eo. tit. in non. &
decis. 32. eo. tit. in antiq. Aegid. conclu. 294. & talis citatio cõce
ditur per officiũ contradicturũ, vt dixit decis. 1. n. 2. de feriis. in
nou. necessarioq; duo loci, in quibus exequtio facienda est debet
esse de vicinioribus loco, in quo citandus moratur, decis. 5. de
rescrip. in nou. Vestr. vbi sup. lib. 4. c. 3. nu. 4. ac originale mer p
63 aliquas horas dimitteudum, vt ibi Vestr. quẽ videas, vnum tn
te non lateat, quod clausula citandi per edictũ non datur cõtra 22
Cardinales, et si ratione alicuius dominii, seu castri agatur cõ-
tra eos, nec pariter dari debet contra eos inhibitio sub cẽsuris,
quia par est, vt eorũ dignitati veneratio adhibeatur, & sic cãe
64 contra ipsos non regulentur sicut aliæ, ad aliorum instantiam,
at huiusmodi citatione cõtra alios exequta, seu cõtra aliquem
alium personaliter in prima vice, decernitur deinde processus
per affixionem, vel per edictum, prout in similibus se habet sti-

lus

lus curiæ, de quo per Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 110. cum adduct. at de his hactenus, sed ad alia descendamus. Plura in commissione aliquando narari contingit, & de omnibus
65 Papa non est informatus addēdum etiam videtur, (si erit causæ commissio petita) in commissione verbum, & de commissione tantum, ita pariter in Signatura iustitiæ, quoniam si generaliter absque tali clausula restrictiua commissio concederetur, omnia in commissione expressa, haberentur pro concessis, & tunc rescriptum intelligeretur secundum petita, vt dixit Staf. de lit. iusti. in c. signatura non dat. num. 4. Apponitur etiam in fine commissionis appellationis extra curiam, clausula derogationis cōstitutionis Bonifacij de vna, & concilii generalis de duobus, dummodo non vlsit tres dietas, de prima, quod vltra vnam dietam, quis ad litigandum trahi nequeat, nisi de licentia sui ordinarii, habemus text. in c. statutum. §. cæterum de rescrip. in 6. de secunda, quod quis vltra duas dietas trahi nequeat, est text. in c. nulli de rescrip. in quo summus Pont. mandat, quod si tex. dispositioni non derogatur, facta eius expressa mentione, vltra duas dietas quis non trahatur ad litigandum, & quia Signatura non vult derogando supradictis regulis de vna, & duabus dictis, vltra tres, dietas causas committere, ideo additur in commissione clausula dummodo non vltra tres, quæ verba si omnittatur, dominus Referendarius addi curabit, vt dixit Stafil. De lit. iusti. c. quomodo petitur. nu. 4 & quomodo intelligatur dieta, fate dixi supra in commissione auocationis causarum, nam sicut Domini Referendarii bene faciunt addere clausulas iuridicas, & saltim solitas in commissione, ita optimum pariter erit verba frustratorie, ac inepte posita delere rescripta aptando, Staf. vbi sup. in c. vulterius. nu. 2. in quo eorum cura, & diligentia versari debet.

SVMMARIVM.

1 *Clausula irritans, & clausula sublata non datur per signaturam iustitiæ, sed Papæ.*
2 *Clausulæ sublata vires.*
3 *Clausula non obstantibus consuetudinibus, sufficit ad eas tollendas, licet non narrentur.*
4 *Clausulæ summarie, simpliciter, & de plano, ac sola facti veritate inspecta, per signaturam iustitiæ non conceduntur.*
5 *Clausula simpliciter in rescripto, quid operetur.*
6 *Clausula de plano quam virtutem habeat in commissione.*
7 *Clausulæ sola facti veritate inspecta virtus,*
8 *Clausula summariæ pront in beneficialibus, datur per signaturam iustitiæ, & quare. & quid operetur. num. 9.*

10 *Causa in una instantia commissa summarie, in alijs etiam remanet summaria.*

11 *Clausula non obstantibus in contrarium &c. regulatur secundum naturam rescripti.*

13 *Subreptio, vel obreptio non datur in Rom. curia.*

14 *Clausula, quod si omnes interesse non poterint alteri iudicent, quomodo intelligatur, fallit, vt nu. 17.*

15 *Clausula si non omnes duo vel vnus vestrum procedat, quomodo intelligenda.*

16 *Clausula si omnes nequierint interesse tu frater Episcope procedas quomodo intelligatur.*

18 *Clausula omnes, alios sua communitet &c. etiam si in commissione nominentur canonici, non comprehédit capitulum, neque vniuersitatem.*

19 *Appellari ad Episcopum a sententia diffinitiua eius vicarij non potest, sed bene ab interlocutoria.*

20 *Appellatio extraindicialis parti intimata facit beneficium litigiosum, & causam deuoluit ad curam limita vt nu. 21.*

22 *Causæ vsurarum, quando de partibus in curia demandari valeant.*

23 *Causa est Cameralis, quando tractatur de camera interesse, & in camera videnda.*

24 *Causæ religionum Illustrissimis Cardinalibus protectoribus earum remitti solent.*

25 *Tertio venienti ad causam datur commissio, & quomodo, & quare. num. 27.*

26 *Tertius veniens ad causam absque commissione de iure admitti potest.*

28 *Iudex tertium ad causam non debet admittere, nisi constet de interesse.*

29 *Tertius summariæ de interesse probare debet, antequam ad causam admittatur.*

30 *Tertius ad tres effectus ad causam admittitur.*

31 *Clausula constito de interesse, quare addatur in commissione, & pro ut de iure etiam, & num. 35.*

32 *Tertius quando executionem impedire valeat.*

33 *Tertius non grauatus appellare non potest.*

34 *Tertius habens interesse in causa potest a sententia lata contra alium appellare.*

35 *Tertius pro suo interesse in omni instantia comparere debet.*

36 *Tertia sententia lata contra principalem, an sit prima contra tertium venientem ad causam in tertia instantia, an tertia.*

37 *Signatura Iustitiæ vbi Papa manum signando apposuit, an & quando absolueat.*

38 *Officialis successor seu Episcopus, an possit de causa, in qua suo antecessori Breue fuit præsentatum cognoscere.*

39 *Breue directum Archidiacono in aliqua ciuitate, absque alio particulari nomine in qua plures sunt Archidiaconi, quis erit index.*

40 *Causa semel Cardinali commissa denuo alio Cardinali demandanda.*

41 *Cardinalis cui est causa commissa, quæ prius erat coram alio Cardinali, ei non inhibet.*

42 *Clausula, & iustitiam faciat. Non ponit D. Regens Cancellariæ in commissionibus directis Cardinalibus, & quare.*

43 *Cardinales terminorum seruationem eorum auditoribus committunt ordinare non cæteri.*

44 *Cardinales, nec inhibent, nec eis inhibetur, & quid fiat in hoc.*

45 *Clausula, dum petitur causam Rotæ Aud. demandari, vel eorum locum tenenti addi debet, & quare.*

46 *Clausula audiendas, decidendas, finemque debito terminandas, quare in commissione apponatur.*

47 *Commissio confirmatoria iurisdictionis, quando, & quomodo concedatur.*

48 *Appellare an sit permissum a tarditate iudicis.*

49 *Causæ matrimoniales conflito de paupertate non tractantur extra Prouinciam.*

50 *Causæ infra biennium terminandæ, & quales.*

51 *Causæ contra Episcopos quomodo, & quibus demandentur.*

52 *Eugenianæ constitutionis in curialium fauorem tenor.*

53 *Eugeniana constitutio ortum habuit a iure Cæsareo.*

55 *Curiales qui dicantur.*

56 *Curiæ nomen indifferens est.*

57 *Curiam solus Papa, & supremi Principes faciunt, & vbi Papa ibi curia.*

58 *Eugeniana non prodest nisi volentibus illa vti.*

59 *Curialis non opponens in partibus declinatoriam fori sibi præiudicat Declara. vt ibi.*

60 *Consensus procuratoris dicitur Domini consensus, & eius personam repræsent.*

61 *Eugeniana non comprehendit delinquentes, neque contrahentes extra curiam.*

62 *Eugeniana an comprehendat curiales actiuæ, & passiuæ, an passiuæ tantum.*

63 *Actor tenetur sequi focum rei.*

64 *Clausula non obstantibus priuilegijs, quando tollat priuilegia clausa in corpore iuris.*

65 *Curialis habens interesse in causa appellans a sententia de partibus causam ad curiam trahit.*

66 *Clausula irritans, & sublata quid operentur.*

CAP. VI.

1 SI in commissione per Signaturam Iustitiæ expediēda, aderit decretum irritans, vel clausula sublata secus iudicādi facultate, delenda est, quia hæc Signatura id non concedit, Staf. vbi sup. in c. in commissionibus n. 1. Sed bene datur per Signaturam Papæ, quæ afficit etiam iudices ignorātes Decis. Pedem. 5. nu. 2. & 11. c. Dudum. & c. vlt. de præb. Fel. in c. ceterum nu. 19. vbi Dec. & Abb. de rescrip. Abb. in c. audita num. 13. de

2 rest. spol. clausula sublata adimit in totum aliter iudicandi facultatem, omnibusq; os claudit, ac donec, & quousq; eis per Papam aperiatur, aliquid dicere nequeūt Paris. cons. 88. nu. 7. vol. 4. Veral. decis. 134. n. 4. par. 3. in impres. Additur etiam in commissione clausula, non obstantibus consuetudinibus in genere,

3 & sufficit, quia in tali derogatione nō requiritur specialis mentio consuetudinum & notabile dignum per litteras Papales dixit Bal. in Aut. nauigiæ. C. de Furt. & Bar. in tract. ad reprimendum. Aliam etiam apponunt clausulam, in qua petunt demandari Iudici, vt procedat summariæ, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta. In Signatura iustitiæ, delentur omnia verba præfata, præter verbum summariæ, quia talia ver-

4 ba dantur tantum per S. D. N. nam Signatura iustitiæ non potest concedere, nec derogare, quod termini de iure seruari soliti non seruentur: e quando clausula simpliciter cōceditur, ope-

5 ratur, quod si reus debet cauere de iudicio Sisti, si immobilia non possideat, non teneatur, & quod Iudex post lapsum termini probationes nō admittat, neq; cumulationem. Iaf. in l. Iulianus in fi. ff. qui. satisd. cog. Fel. in c. licet causam. col. 11. versi. limita. quarto. de probat. Curt. Iun. in l. edita nu. 213. C. de eden. Alciat. in l. 1. 6. si quod simpliciter nu. 71. ff. de verb. oblig. Verbum de Plano operatur quod ipsius virtute, Index procedere

6 die feriata valeat. vt dixit Fel. in c. olim nu. 5. de accus. licet nō in honorē Dei. Clausula sola facti veritate inspecta operatur,

7 quod Iudex posit testes interrogare, & repetere, ex officio post conclusum in causa, ac etiam ad instantiam partis Marant. de ord. iudic. par. 4. disp. 9. n. 30. & alia de quib. in decis. Pedē. prima n. 11. & de verbo sola facti veritate, ac sine strepitu, & figura Iudicii, habetur per Bar. in extrāua. ad reprim. in verbo sine strepitu, & in decis. Pedem. 12. Igitur dum dixi, quod præfata delentur, ratione comprobo, alterant autem modum procedendi à iure statutum, ideo per Signaturam iustitiæ non dantur, sed solum relinquitur verbum summarie, & nō simpliciter,

8 sed prout in beneficialibus, hæc q; subsequentia verba, restringun-

gunt virtutem,& efficaciam verbi ſummariè, ad proceſſum in beneficialibus, quod conceditur,maxime in cauſis Viduarum, Pupillorum,& aliorum priuilegiatorum à iure,& operãtur, vt
9 in profanis iidem termini ſeruentur, qui in beneficialibus ſoliti ſunt ſeruari,de quibus per veſtr.in ſua Prax. lib.5.c.4.nu.4. & 5.nam in profanis primo datur terminus actori ad ponendũ, & articulandum, & deinde reo, at in beneficialibus terminus datus eſt communis vtrique parti, cum in talibus cauſis beneficialibus magis ſummarie procedatur, quã in profanis, & ideo datur in profanis præfata clauſula.Clem. diſpendioſam. de Iu-
10 di.deciſ.1.de dilatio.in antiq.In hoc autem vnum notanter ſcias, quod ſi cauſa ſemel committatur ſummariæ,remanet in omnibus inſtãtis ſemper ſummaria, etiam ad alios iudices in cauſa ſubrogatos; Caſſad.deciſ.8.de reſcrip.Veſtr.in ſua prax.li.5. c.2.nu.1.& de virtute clauſularum ſummariæ,ſimpliciter,& de plano,quæ per S.D.N.conceduntur ſolum,vide Alex.conſ.6.volu.3.Rom.conſ.20.Soci.conſ.12.vol.5.Corn.cõſ.143.vol.4.Iaſ. in l.certi conditio.§.nummos num.32.ff.ſi cert.pet.Feli.in c.di-
11 lecti.de iudic.Adeſt quoque ordinarie in omnibus commiſſionibus clauſula, non obſtantibus ;quomodolibet in contrarium facientibus, de qua licet ſatis dixerim in commiſſione relaxationis iuramenti in c.4.nu.33.par.1.tamen vlterius ſcias,quod ſi commiſsio, vel reſcriptum erit ſubreptitium, obreptitium, ſeu nullum,etiam clauſula præfata erit ſubreptitia,obreptitia, vel nullius roboris, nam ſi reſcriptũ ſupradictis ſubiacet, quis dicere aſſerat, qđ vigore dictæ clauſulæ ipſum Papa validare velit? Data etenim reſcripti ſubſiſtentia, per illã Papa tollere intendit,quæ obſtare poſſunt, & regulatur clauſula præfata ſe-
12 cũdum naturã reſcripti,nã ſi reſcriptũ erit inualidũ, pariter & ipſa,ſi bonũ,& ipſa quoq; deciſ.Pede.142.nu.17.& 18.Clem.1. de preb.Dec.cõſ.142.in fi.deſtructo vtiq; principali pariter deſtruitur & acceſſoriũ c.acceſſorium. de reg.iur.in 6.Soci.in l.1. nu.24.ff.ſol.mat.Iaſ.cõſ.56.col.5.verſ.5.principali vol.3.Feli. in c.licet col.3.de off. ord.& dicta clauſula non debet vltra concedentis intentionem operari deciſ.Pedem.164.nu.12.Bal.in
13 conſ.452.nu.1.vol.5.Licet in Romana curia nõ detur de ſubreptione,vel obreptione,pp Sum.Põt.præſentiã,ad quẽ facilis eſt aditus,ob id ſi cõmiſsiones inepte ſint,reformãtur, vt quotidie fit,Dirigitur ſepiſsime cõmiſsio in partibus,in qua cauſa pluribꝰ Iudicib.demãdatur,qui oẽs vnius pſonã repreſentãt,cũ clauſula,quod ſi nõ oẽs intereſſe poterint,alteri iudicẽt, vel cũ clauſula vt omnes, vel alter eorũ pr ocedere poſsit,ſi aderit in commiſsione clauſula. ſi non omnes intereſſe poterũt, non poſſunt,

alii iudices ex deputatis in rescripto procedere, nisi prius ipsis constet de impedimento collegæ, vel collegarum, sin autem in causa processerint, antequam collegæ suum impedimentum notificauerint, processus nullus erit, c. prudētiam, de off. deleg. nā eo casu, nō est iurisdictio penes plures delegatos in solidum, sed ita apud omnes, vt non sit penes singulos, Abb. in d. c. prudentiā. num. 2. cum iurisdictio sit apud quemlibet iudicem insolidum, tamen exercitium, iurisdictionis est apud omnes simul, l. si duo ex tribus. ff. de re iudic. c. pastoralis. eo. tit. & intantum supradicta vera sunt, quod si non constito de impedimento aliqui processerint, non potest tertius iudex sententiam latam ratificare, & conualidare, nam talis actus non dependet, a, voluntate sua, nec conualidatio, à potestate, & in hoc limitatur regula, quod quicquid nomine meo actum est, ratum habere valeam, quia aliam non requirit solemnitatem, vt dixit Innoc. in d. c. prudentiam. num. 5. & Abb. nu 19. est autem apud duos iurisdictio, sed illam sine tertio exercere nequeunt, cum sit ligata, nisi cōstet de impedimento, siue excusatione, vel aliter de eius impotentia, Tamen si coram duobus partes causam egerint, nec fuerit appellatum, seu exceptum, tenet processus, dummodo agatur de causa respiciente priuatam vtilitatem, quia priuati iurisdictionem duorum, excluso tertio, prorogare possunt, secus autem si causam publicam concerneret, vt late DD. in d. c. prudentiam, & Bar. in l. multum in fi. ff. de cond. & demon. Fely. in c. sciscitatus. col. 8. vers. opportet notum de rescrip. qui bene hanc clausulam declarat, cum pluribus ampliationibus, & demonstrationibus, Bal. in l. falsus. nu. 16. C. de furt. Maran. de ord. iudi. par. 4. distin. 16. nu. 5. Aut apponitur clausula in rescripto, si non omnes, duo, aut vnus vestrum procedat, quæ magis quotidiana, & in vsu est in curia, & tunc, licet non constet de impedimento, vel alia excusatione, quilibet de perse procedere poterit, & si vnus eorum causam inchoaret, ac in ea procederet, alii in commissione nominati iudices, in causa amplius se ingerere non valebunt, quia primus iudex qui incepit procedere, adeo iurisdictionē præoccupauit, quod si deinde se in causa alii intromittant, nulliter faciunt, Fely. in d. c. sciscitatus col. fi. vers. nota quod cessante Maran. vbi sup. num. 6. iurisdictio autem cum tali clausula videtur tributa alternatiue, in qua vnius electio sufficit, c. in alternatiuis de regu. iur. in 6. l. in eo quod plus est. ff. eod. in prima autem clausula inest condictio, & ideo opus est, vt constet de impedimento, & aliis relatis; in hac autem secunda sufficit, vt iudex datus in rescripto requiratur, quia non sunt alternatiue ordinarii,

sed

sed præstationis, vt dixit glo. in d.c. cum plures in verbo forma, de off.deleg. quod limita, nisi iudex procedens infirmitate detineatur, seu alio iusto impedimento; nam tunc alter procedere
15 posset d.c.cum plures, & tunc alium deputare, & alii duo nihil possunt Rot.decis.4. de off.deleg.in nou.Fely. in c.sciscitatus.n. 1,5.de rescrip.qui diffuse tractat hanc materiam, solet etiam addi clausula, denotans prærogatiuam; dum dicitur si omnes ne-
16 quieritis interesse, tu frater Episcope procedas, & tũc alii iudices sine episcopo in causa procedere nequeunt, sed bene episco-
17 pus absque aliis.c.coram de off.deleg. Fallit tamen prima clausula, quod si non omnes interesse poterunt, in beneficialibus, vbi si Papa mandat in rescripto collationis beneficii, vt aliquid purificetur coram tribus executoribus, & factũ fuerit coram duobus, si deinde tertius ratũ habeat gesta tenent, decis. 201. n. 4. de off. deleg. in nou, Roma. singi. 13. licet contra Rotæ decisionem sentiant relati per Marant. vt sup. tamen opinionem Rotæ validiorem censeo, & melius est cum ea errare, quàm cum cæteris
18 bene sentire. Hac autem sumpta occasione dicam, quod si committatur causa contra certos nominatos, cum solita clausula omnesque alios, sua communiter, vel diuisim interesse, putãtes, etiam si in ea nominati fuerint canonici non comprehendit capitulum, neque vniuersitates, tanquam maius, & ita tentum fuit in sacro Rotæ Auditorio, in vna Pamphilonen. coram Achille. in infra alleg. decis. c. sedes Aapostolica. de rescrip. Fely. in c. eam te, nnme. 15. eod. titu. quia nomine personarum, isti non continentur, vt ibi Fely. l. fi. C. de erog. mil. anno. Butr. in c. graue in 3. not. de præb. nec pariter dicta clausula maiores comprehendit; Fely. in c. sedes n. 1. de rescrip. quod amplia, etiam si voluntariæ ad causam capitulum venire vellet, & tractetur de eius interesse in consequentiam, quia opus erit noua commissione, Achil. de-
19 cis. 2. de commiss. Dum supra dixi, quod à sententia Vicarii non potest appellare ad episcopum, intellige si vicarius ferat sentẽtiam diffinitiuam, secus autem si interlocutoriam, quia tunc ad Episcopum permissa est appellatio. Put. decis. 15. de appel. alleg. c. 2. de consuet. in 6. licet à sententia Vicarii Foranei liceat appellare ad Episcopum vel Archiepiscopum. Mohed. decis. 33.
20 Præterea non relinquam dicere, quod appellatio extrainudicialis legitime parti intimata, facit beneficium litigiosum, & causam ad curiam deuoluit, & quãuis Cassad. in decis. 1. de appel. teneat contrarium, tamẽ ibi verum fuit, quia deficiebat intimatio, sed nec etiam sat est intimatio, quia ista talis appellatio, etiam intimata, etiam appellato tacente, & non contradi-

cente,

cente, non sufficit, sed vltra præfata requiritur, quod causa in curia cõmittatur, vt dixit Put. decis. 18. de appel. & Aegid. decis. 520. & 521. Crescen. decis. 90. nec litem minus inducit ad
21 effectum regulæ. de subrogandis, vt late per Acchil. decis. 3. de appel. Quod limita, nisi is contra quem appellatur, sit pacificus possessor, quia nec causam deuoluit. nec habet vim citationis, vt Acchil. decis. 5. de appel. & ista appellatio extraiudicialis legitimæ intimata, ac causa commissa, facit litem, quæ impedit triennalem possessorem, nisi post desertionem triennio sit possessum, Mohed. decis. 104. & 105. Gomes. in reg. de Trien. q. 14. num. 4. & num. 10. & vide Put. decis. 8. de alleg. lap. & facit beneficium litigiosum. Put. decis. 18. de appel. & si intimari interim non poterit, sufficit vt affigatur in valuis Ecclesiæ, Caslad. decis. 3. de appel. causæ vsurarum cum interesse animæ concernant, & sic spiritualitatem sapiant, Canon. in c. cum sit de for. comp. si sint magni momenti, in Romana curia committi possunt, licet difficiliter in prima instantia propter probationes, quæ in partibus sunt faciendæ. Tamen si parui momenti erunt, in partibus demandabuntur, ordinario, aut alteri in dignitate ecclesiastica constituto, vt supra dictum est de causis parui, aut magni momenti, at quando in curia talis causa remanet, committitur ordinare in tribunali Vicarii Papæ, seu interdum Au-
22 ditoris cameræ. Si occurrat commissio, in qua tractetur de interesse Cameræ, tũc causa in camera committitur, ac pariter si fiscus succedat in hæreditate alicuius mortui absque hæredibus, & similibus, & erit tractanda ibi omnino, vigore Cameralium priuilegiorum, vt in simili causæ religionum illarum, Illustriss. Cardinali protectori remitti solent, ex quadam Vrbanitate, licet Camerales non sint si de causa ab ipsa ortum habente, inter tertios excluso cameræ interesse agatur, quæ non de-
23 mandãtur in Camera, vt plurimum cõmissa, & pendente causa appellationis aliquis interdum insurgit, qui tertius nuncupatur, & commissione porrecta pro eius interesse ad causam admitti petit, quæ ei deneganda non est, sed vt ad causam in statu, & terminis, in quibus reperitur admittatur ei conceditur, addita tñ clausula consulto de interesse & put de iure, q̃ operatur, vt iudici ante quã eum ad cãm admittat, de interesse cõstare debeat, alias nihil innouabit, quia stil. signaturæ iustitiæ est iudici causas committere, sed non facere gratias, Io. Andr. in c. si cum de præb. in 6. itaque si de iure admittendus non erit, ne-
24 què etiam ex gratia, & licet de iure possit simpliciter absque alio rescripto admitti, vt habetur in c. si is contra quos, 6. quod

si secus,

si secùs, vt lit. pend. in 6. & sic commissio videatur superflua, quia aut causa pendat coram ordinario, & admittitur de iure; aut coram delegato, & vigore clausulæ omnes; alios quomodolibet cõmuniter, vel diuisim interesse putantes ad causam admitti peti poterit. Innoc. in c. veniens el 1. vers. nam hic illa de testi. Abb. in c. veniens el 2. num. 8. & Fely. nu. 16. de testib. Tamen curiæ praxis ita se habet, ad lites tollendas, ne de iudicis iurisdictione dubitari contingat, & semper ista commissio, & in rerum natura, & in viridi observantia fuit, ac ab antiquis nostris vsu recepta, ob id eam sequamur, cum non omnium quæ à maioribus nostris tradita sunt, certa ratio reddi possit l. non omnium ff. de legib. Sed iudicis cura in hoc esse debet, vt eũ ad causam alias non admittat, præcipue si executionem impedire intendit, nisi cõstet de interesse, alias a limine iudicii eum reiiciat Tiraq. in trac. de const. 3. par. limi. 13. nu. 14. Card. cons. 7. Fely. in c. cum super n. 13. de re iudi. & licet dicatur causa summaria, tamen de interesse patiter summarie apparere debet, antequam ad causam admittatur. c. veniens el primo, vbi Abb. col. 4. in fi. vers. nunc restat, & Feli. col. 6. de testi. Maran. de ord. iudic. par. 4. in verb. vt iudicium mercatorum, nu. 78. nec integra probatio est necessaria, quia semiplena sufficit, Fely. in d. c. veniens. nu. 13. & de communi attestans, in c. cum super nu. 16. de re iudi. Couar. Prac. quæst. c. 16. nu. 1. & vt dixit Maran. loco supra citato n. 179. de mente DD. in c. veniẽs el 2. de testi. si summariæ in isto iudicio de interesse constabit, cum sufficiat semiplena probatio, non attendatur testium repulsa. Ad triplicem autem effectum tertius ad causam per alium cepta venire potest. Primo, ad impediendum ne aliquis causam quam incepit agat, seu prosequatur, secundo, vt causæ assistat pro eius interesse, & probationibus inductis ad victoriã tendat. Tertio post sniam, ad eius executionẽ impediẽdam, de prima, qñ tertius venit ad impediẽdum ne quis agat, tñ dicam, quòd is ille, qui cãm cepit est principalis in cã non pot eum tertius impedire Alex. in cõs. 60. col fi. vol. 5. l. si pe. ff. de reiudi. aut ad eũ, qui cãm cepit non pertinet principaliter, sed in consequentiã; & ad tertiũ principaliter, tũc si tertius venit ante litis contestationẽ, impedire potest, & super hoc erit cãe cognitio adhibenda. Aut superuenit post litis contestationem; tunc subdistinguebat, aut ignorauit cãm agi, & pot impedire, aut sciuit, tũcq; pot assistere, sed non impedire, ita formaliter dixit Bart. in l. si prælusorio, §. sed & agere, nu. 1. ff. de appel. Boer. decis. 79. nu. 3. secundo casu; quando venit, vt causæ assistat, tunc (ut dixi) de eius interesse summariæ

constare debet, & docere, non per iuramentum, sed per semiplenas probationes, vt Maran. loc. cit. dixit per Doctri. Bart. in l. 2 diuo pio §. si super rebus. num. 2. ff. de re iudic. Rot. de iudic. in antiq. decis. 1 1. l. 3. §. sciendum. ff. ad exhib. c. veniēs, vbi Fely. in 2. col. in verbo audiendus, num. 5. de testi. qui late hunc articulum, & ad propositum multa cogerit, quę breuitatis cā prætereo, cum eum videre, & doctores per ipsum allegatos valeas, alias esset in potestate cuiuslibet impetrare commissionem, & in causa committere fraudes, an autem iste tertius nouos testes post datam primo actori dilationem producere possit, & an ex processu ab eo facto lædatur, vide Bar. in d. §. sed & agere num. 3. 4. & 5. & ideo additur in commissione, constito de interesse, prout iuris fuerit ad causam admittat, de quibus per Mādōs. in commis. admis. pro. interes. in verbo pro suo. interesse. Innoc. in c. super his. nu. 7. de accus. c. veniens el 2. de test. Tertio, quando ad exequtionem impediendam tertius insurgit, & tunc aut res de qua agitur non est a nemine possessa, ac vacās, vt pūta beneficium: si iste tertius docet de interesse incontinēti, exequtionem retardabit. Aut est res possessa ab alio victo per sententiam, tunc non obstante obiectione istius se interesse habere asserentis, sententia exequtioni demandabitur, & impedire eam non poterit, licet interdum isti Tertio subueniatur per cautionem ab illo, qui obtinuit præstandam, vt seruetur indemnis contra alium petitorem. Ratio autem diuersitatis est, quia vbi res vacans transfertur in alium, deteriorat cōditio petentis, leuius etenim petitur res vacans, quām possessa, ob id sententia, si contradictor sua probet interesse, non mandatur exequtioni, at vbi de vno, in alium possidentē transfertur dominium, non potest quantum ad condictionem petitor deteriori, & ita notanter dixit Innoc. in c. veniens el 2. nu. 1. de testi. quem sequit. Bart. in d. l. a diuo pio. §. si super rebus. nu. 7. de re iudi. Boer. decis. 79. nu. 1. ibique de cautione supradicta. num. 2. Immo credo, quod iste tertius appellans non debeat audiri, in casu supra relato, quia si non grauatur, non potest appellare, Bal. in l. post sententiam num. 6. C. de sent. & interl. om. iud. Dec. post alios in c. si duobus in princ. vers. dictum tamen, de appel. & sic cessante grauamine, nulla dicitur appellatio, c. cum cessante de appel. Tiraq. in tract. de cauſ. cessant. par. 1. num. 39. ic circo cum interdum sit ei consultum per cautionem, quæ pariter est medicina sequestri, iste tertius non potest conquæri, Franc. Curt. in trac. de seq. q. 14. num. 55. l. fi. ff. de ord. iudic. licet tertius habens in causa interesse, possit a sentē-

tia

tia lata contra alium appellare, alias si de ea habuisset notitiã, & non appellasset transiret contra eum in rem iudicatam, Couar. late prac. quæst. c. is per tot. & DD. in l. sæpe. ff. de re iud. & in c. super vbi Fely. num. 12. & in fi. eod. tit. idq; non habet difficultatem, quia tunc datur ei commissio, & pariter iste tertius appellans de suo interesse docere debet, statim vt Couar. in d. c. 16. nu. 1. alias a iudice non debet audiri, vt nu. 2. quia si constat de tertii calumnia, neque appellatio est admittẽda, neque in causa, c. scisitata de in integ. restit. vbi DD. Fely. in d. c. veniens. num. 10. Card. in Clem. 1. q. 4. de re iud. at dilatio, breuis danda est, quando agitur de supersedendo in exequtione. Apponuntur alia verba in commissione, videlicet, in statu, & terminis in quibus reperitur, & ita canetur in ca. si ij in fin. de lit. penden. in 6. nam vt ibi dicit glo. in verbo in illo statu, optime mandatum fuit, vt illa verba apponantur, quia interdum finebãt quod causa duceretur vsq; ad finem, & deinde illam cedebãt, & sic lis denuo incipiebat, & postea in infinitum denuo cedendo, lites trahebantur, ac nunquam earum finis videbatur, ideo mãdauit summus Pontifex, vt adderentur ibi illa verba, quæ sunt tantæ importantiæ, quod quamuis admissus in statu, & terminis in quibus reperitur, si fuerit terminus ad articulandum bene tentus, ad obiectos dandas admitti minime poterit, quia cum gaudeat beneficio status litis, debet in illo cum suis qualitatibus agere, erat autem in potestate sua vigore clausulæ omnesq; alios cõparere, vt premisi, sed quia non venit prius, arctatur statu causæ, cum suis qualitatibus, c. quod damnũ de reg. iur. in 6. l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautio. Cassad. decis. 1. num. 3. de except. Rot. decis. 11. de rescrip. in antiq. Oldr. cõs. 255. nu. 4. asserens id locum habere in omni instantia, quia durante appellationis cognitione, non potest dici causa finita, nã in discussione appellationis potest corrigi error facti, & sic iste
35 tertius obtinere, vt ibi Oldr. nu. 5. decis. 20. de rescrip. in nou. Butr. cons. 9. Gemin. cons. 120. colum. 2. Alex. cons. 82. nu. 6. vol. 1. asserens, quod ius istius tertii regulatur, secundum ius principalis, Ancher. in c. 2. in fi. vt lit. pend. in 6. Alber. in d. l. sæpe. de re iud. Ancher. cõs. 182. Afflic. decis. 15. & prodest illi, qui alias
36 ex sua persona non potuisset comparere, Corn. cons. 53. num. 9. volum. 3. Sed vnam quæstionem tangit in commissione nostra, Mandol. in verbo in statu & terminis &c. pone, dicens, quod in tertia instantia compareat tertius, & pro suo interesse admitti obtineat, & deinde succumbat, an ista sententia tertia contra principalem lata erit, prima contra admissum, vel tertia, & in

hoc.

hoc Domini de Rota resoluerunt, quod si scluit causam agi: sic tertia, secus autem si ignorauit, vt ibi elegan ter Doctissimus nostris temporibus ac venerandus prope octuagenarius ille senex. Quintilianus Mandosius Rom. (vt sui moris est) ponit, multis rationib^a, & authoritatibus, quē si libet videas, si Papa manum apposuit in aliqua commissione signanda, tūc propter reuerentiā appositionis manus. Papæ, debet Signatura iustitiæ
37 se abstinere, nec aliquid in contrariū maxime rescribere, quia per talem signaturā videtur, quod Papa ad se voluerit totum negotiū auocare, & sic inferiores man^a ligare, decis. 33. de appel. in antiq. & 6. Bi. seg. de concess. præb. c. vt nostrū de appel. c. si eo tempore de elect. in 6. ad eundem Sanctiss. D. N. negotium remittendum erit, vt quotidie fit, licet in quibusdam dependentibus, vt puta prorogationis fatalium derogationis feriarū, & similibus, indici, cui cōmissio manu Sanctitatis suæ signata dirigitur, soleat Signatura rescribere, quia non est contra gratiam, nec peruertit signaturam Papæ, sed iurisdictionē coadiuuat, & ideo in similibus rescribit Signatura iustitiæ, equum enim nō videtur, vt pro qualibet minima re tedio Summi Pontificis maiestas, aliis maximis negociis cōtinuæ prapedita, af-
38 fici debeat, Quotidiæ præterea expediuntur Breuia commissionis causarum vigore commissionum extra curiam, vt puta, Dilecto fratri nostro Episcopo Ciuitatis Castelli, siue eius in spiritualibus vicario, vel dilecto filio Gubernatori nostræ Ciuitatis Castelli præsentato breui, expirat officiū dicti Gubernatoris, cui fuit præsentatum, seu mutatur Episcopus, & per consequens Vicarius, igitur videtur quod expirata sit iurisdictio ob talem mutationem, siue discessum, adeo, quod ad successorem non transeat. Tamen id verum semper non est, quia si nomen speciale Gubernatoris in breue esset expressum, tunc iurisdictio expiraret, quia ex veri nominis denominatione apparet de benevolentia Principis, Exod. 33. Inueniſti gratiam
39 corā me, & teipsum noui, ex nomine, Gomes. in reg. de Annal. possess. q. 30. vers. & ista omnia, de plano, vnde Princeps nominando particularitér existentem in officio, censetur quod voluerit personæ industriam eligere, & ipsi, nō officio causam demandare, sicque eo discedente, expirat commissio, si verō non
40 sit nomen expressum, vt quotidie communius fit, cum non nominet, seu certe personæ, sed dignitati rescriptū dirigatur iurisdictio non expirat, sed ad successorem transit, ita dixit text. in c. quoniam Abbas de off. delega. & ratio ibi affertur per glo. in verbo substitutum, quia cum sit causa commissa dignitati,

quæ

bet iurisdictionem, nisi contra eorte sanos Ro. curi. si aliam ei Pa-
47 pa non de mandat, nam olim esse debebat, sed hodie secus. quod
et in aliquo emergente, seu dependente cãa, euenire pot in aliis
Ro. curiæ iudicibus, & extra. Tũc ne actus ob defectũ iurisdictio
nis nullitatis vitio impugnari queant, porrigitur et ad cautelã
cõmissio, dicta cõfirmatoria iurisdictionis, i qua cõmissione in-
uigilãdũ est, quia vsus dicti tribunalis se hẽt, vt cõstito de appel-
latione, passim inhibitiones dẽtur, multoties in causis non appel
labilibus, & deinde ad negotiũ in longũ protrahendũ, ac litis pẽ-
dẽ figendũ ealq; nutriendo, ex qua multa mala oriri solẽt, vt ha-
betur in 1. Metaph. cõmissionẽ procurant, q̃ non ita passim cõce-
ditur, quia si iurisdictio, quã iudex hẽt sat est, confirmatione non
indiget, ob id ne in cã incognita iurisdictio, progetur, si res non
videbitur clara, necessaria erit partis citatio, vt dixit Inno. in c.
2 n. 3. de confir. vtil. vel inu. vers. edicto, pposito, ne deinde sequi
dẽat cõmissionis reformatio, antequã signetur cõsiderandũ est,
an iusta, vel iniusta sit, ne cũ sumptibus, & molestiis pars aduersa
extra curiã degens, cogatur ad curiã accedere, ac signaturã adi-
re, sed qñ citatio pcesserit commissionẽ, & sic parte audita signa
ta fuerit, & per consequens confirmata iurisdictio, nemo contra
eã venire intendens auditur, Inno. in c. cũ olim nu. 1. vers. & ideo
& nu. 2. vers. si aũt electionis, vbi Abb. n. 11. de dol. & cont. nã qui
confirmat, dat, l. legẽ obedire. ff. de verb. sig, decis. 11 n. 8. de iur.
patr. in antiq. considerari pariter dẽt, an sit prima instantia, an
petẽs commissionẽ sit persona priuilegiata, qualitas, & quãtitas
cãæ, & eius importantia, & alia, q̃ ex rei euẽtu apparere possunt,
ac animũ ad eam concedendũ, vel non monere, circa quod pro-
pter varietatẽ, & diuersitatẽ causarum, dari non potest certa re-
gula, sed diligentissimi. D. Referendarii, & oĩa optime rimarẽ,
& perpendere munus erit, si autẽ iudex incompetens extitit, ad
quid commissio danda? multoties autẽ partes, quem volunt sibi
in iudicẽ eligunt, & deinde ex hac cõmissione, non absq; dolo cũ
petunt confirmari, cui obueniendũ est, cum matura deliberatio-
ne, si vero esset iudex competens, & iurisdictio dubia in cã pen-
dente poterit dari commissio, vt habetur in decis. 12. de rescrip.
48 in nou. appellare regulariter a tarditate iudicis iustitiamq; face
re negligẽtis, non pot, tamen qñ sæpius interpellatus expeditio-
nẽ differt, quia non faciendo iustitiam partẽ grauat, datur appel
latio, Alex. in l. hoc amplius. 6. celsus. nu. 13. ff. de dam. infe. Fely.
in c. proposuisti prop. fin. de for. comp. Dec. in c. ex parte el 1. de
49 appel. Causæ matrimoniales in quacunq; instantia pendãt, si ve-
re vna pars paupertatẽ probauerit, neq; in secunda, neq; in ter-

49 tia instantia erunt extra prouinciam tractanda, nec committe-
da, nisi altera pars alimenta, & litis expensas subministrare vo-
luerit, vt habetur in sacro Concil. Tride, sess. 24. c. 20. vers. ad hæc
50 causæ matrimoniales, subdens ibi quod nisi infra biennium ter-
minentur, poterit coram aliis iudicibus competentibus, tamen
eam inducere. Causæ autem contra Episcopos, si agatur de eo-
51 rum depositione, per S.D.N. terminantur, at si alia causa contra
eos fit demandanda extra curiam nemini committi debet, nisi
Metropolitanis, vel Episcopis, ab ipso met Sanctissimo eligēdis,
seu Nuntiis, & tūc, vt hētur in eo. sac. Concil. sess. 24. c. 5. in causis
criminalibus: ab eodē met Sāctissimo commissio signari debet,
52 Eugenius Papa IIII. fel. rec. in curialium fauorem suam edidit
constitutionem, seu priuilegium, in quo cauetur, vt nullus index
cuiuscunq; dignitatis vel præminentiæ fuerit, audeat contra ac-
cedentes ad Rom. curiā pro suis negotiis, vel causis prosequen-
dis, durante negotiorū, vel causarum prosequtione morā trahen
tes, recedentes, ab eadem, procedere, aut in eos excōmunicatio-
nis, suspensionis, vel interdicti, aut priuationis officiorū, vel be-
neficiorum, seu aliam quam uis sniam promulgare presumant,
sub pœna nullitatis, sniæ promulgatæ, & promulgandæ, ac pro-
cessus, &c. cum decreto irritanti, & alias prout in d. Eugeniana,
constitutione sic, vulgariter appellata, in fine cuius adest clausu-
la, nō obstantibus apostolicis quibuscunq; generalibus, & pro-
uincialibus, vel sinodalibus concilii æditis cōstitutionibus, ordi
nationibus, & priuilegiis, per q̄ effectū præsens impediri, posit,
53 quorum tenores &c. Prius de hac constitutionis forma meminit
Imp. Iustinianus. in l. 1. & l. 2. C. de Curial. Vrb. Rom. lib. 11, vbi
curiales ad iudicium, nisi coram Ro. curiæ iudices nō trahi man
54 dat: Curiales aūt dicuntur vbicunq; Romanum pontificē sequen
tes. c. præsenti. 6. porro de elect. in 6. licet nomē curiæ sit indiffe-
55 rens, aptum comprehendere oēm locum, in quo ius redditur, vti
habetur in dec. Guid. Pap. 451. & in cons. Soc. 86. n. 5. vol. 1. & cu-
riæ maximē debetur honor, vt dixit Bal. in l. vnic. n. 1. vers. curiæ
C. an apud. iudi. vel cur. Domini. q. feud. termi, curiam autem
56 solus Papa seu supremi Principes habent, tunc dicitur vbi Papa,
ibi curia, cap. licet. 6. censuit vbi glo. in verb. curia de elect. & de
curialate tradit Gemin. in cap. vnic. 6. porro. de stat. monac. in 6.
curiales autem dicuntur, qui curiæ nexibus obligati sunt, cap.
qui in aliquo Li. disti. circ. med. & in genere qui curiales dican-
tur ponit Alber. in suo diction. in verbo curiales, & circa mul-
tas inibi relatas species non insisto. In hoc autem proposito
Romana curia vti mater, omnes in ea degentes amplectitur,

& ideo Romanam curiam sequntur, quicunque sub eius iurisdictione sunt, qui de curia dicũtur, & ipsam sequi. l. qui neque. vbi glo. l. ff. de verbo. sign. nec obstat si dicatur, quòd magis curiam construant quàm sequantur, quia equi qui construant quadrigiam, sunt de numero construente quadrigam, l. peculium. §. quadrige. ff. de leg. 2. & omnes sub patrefamiliæ, appellatione familiæ contineatur, etiam curiales omnes, & curiam sequentes, ac in ea habitantes, vt formaliter dixit Oldr. in consi. 211. num. 5. sed clare loquitur in hoc Eugeniana constitutio, præfata, declarando curiales non solum in Romana curia degentes, eamque sequentes, sed ampliando, eos pariter, qui pro suis negotiis, & causis prosequendis ad eam, sanctamque sedem apostolicam accedunt, & moram trahunt. At non erit curialis dicendus ille, qui urbem petit pro aliqua inhibitione obtinenda, ad hoc vt in Romana curia causa cognoscatur, eaque deinde obtenta recedit, quia cum non dicatur venisse qui non stetit, si non permanet, ac negotia non peragat, non solum est in præfata constitutione inclusus, sed ab ea penitus exclusus, & cum malitiose siue dolose agat, non debet ex suo dolo iuuari. Concludo igitur, quod si quis litem tractat cum aliquo ex supradictis in curia degentibus, vel in constitutione compræhensis, eos extra curiam Romanam trahere minime poterit, vt clare Aegidiana cantat, tamen limita præfatum priuilegium solum in eo vti volentibus habere, ex quo sequitur, quod si alibi conueniatur, & ante litem contestatam non opponat fori declinatoriam, sibi præiudicat. Canon. in c. 1. de lit. contesta. in 6. DD. in l. 2. §. conuenire. ff. de iudic. decis. 1. de except. in nou. & decis. 12. eod. tit. in antiq. quam limitationem intellige sano modo, dummodo iudex illius causæ alias esset competens, quoniam si incompetens exceptio deficientis iurisdictionis, semper opponi potest, Dec. consil. 681. nume. 44. glo. in Clemen. 1. de seq. pos. & fruct. & sic patet ex supradictis, Eugenianæ priuilegium, an eo vti velint nec ne, esse Curialibus arbitrariũ. Hinc est quod diebus proxime elapsis R. P. Dom. Guglielmo Bastono Nobili Alexandrino in vna Bononiensi proponente, in qua quis condemnatus in dicta Ciuitate suam appellationem in curia prosequebatur, porrigendo commissionem aliam causam contra eundem aduersarium in partibus pendentem auocari, & in curia committi petebat, ex aduerso replicabatur adesse cõsensum in iurisdictionem per eius procuratorem, & licet respõderetur, quod talis consensus, nec priuilegio præiudicare poterat, neque sufficiens erat, quia non habebat speciale mandatum, tamen

Domini licet commissionem petens esset curialis concluserunt pro moderatione inhibitionis, vigore Eugenianæ obtente, & pro remissione causæ ad partes, ea moti ratione, quia cum con-
60 sensus procuratoris reputetur cõsensus Dñi, ex quo eius persona repræsentat, l. ossa in fi. ff. de relig. & sumpt. fun. glo. in l. si procurator. ff. de dol. mal. excep. Vant. de nullit. ex defect. mand. nu. 174. licet non habuerit speciale mandatum ad consentiendum, sat fuit clausula cum libera, &c. in eo apposita, ad ipsi præiudicandũ, vt dixit Bal. ĩ l. illã. 9. si talis n. 5. vers. secũdo, quia ff. de mino.
61 Rom. sing. 10. Fel. in c. nõ nulli. 6. sunt, & alii nu. 4. de rescrip. Affl. decis. 305. num. 4. Limita secundo, nisi ex cõtractu in partibus facto, seu ex delicto teneretur, vt dixit glo. in d. l. 1. in verbo pulsandum C. de Curial. Vtb. lib. 11. tunc autem siue ratione cõtra-
62 ctus, siue delicti, fortitus est forum, sed dubium stat an constitutio præfata intelligatur actiuè & passiuè, seu passiuè tantum, in quo vt studeam breuitati distinguẽdum censeo, quod aut curialis est actor, aut reus, primo casu, cum actor teneatur sequi forũ
63 rei, l. iuris ordinem C. de iurisd. omn. iud. l. fi. C. vbi in rem act. & constitutio loquatur passiuè, non actiuè, videlicet quod nõ possint conueniri extra curiam, non autem actiue, quod alios conuenire, & sic ad curiam trahere valeant, & ius resistat, priuilegium non debet contra iuris regulas extendi, & cum ratio constitutionis sit, quod extra curiam non trahantur, ob id tãtum ad limites præfatos est restringendũ hinc videmus, quod in constitutione Marchiæ Anconitanæ de qua in lib. 2. ca. 32. de curialibus curiæ generalis, fit expressa mẽtio, quod nec actiuè, nec passiuè tam in agendo, quam defendendo, & sic quomodocunque, contra ipsos agatur, a cæteris aliis iurisdictionibus sunt exempti, si autem Papa voluisset, quod actiuè constitutio locum haberet, vtique id expressisset, at ex quo tacuit, ad iuris dispositionem remisisse censendum erit, aut agitur contra curialem, & sic passiuè, & tunc clare intrat priuilegium, idemque videtur concludendum, si esset causa inter viduam, extra curiam degen-
64 tẽ, & curialem, licet per supradictam clausulam non obstãtibus priuilegiis, absque verbo etiam in corpore iuris clausis, non sint sublata priuilegia cõcessa viduis, & aliis de quibus in l. vnica C. quando imp. int. pup. & vide Fely. in c. sicut romana num. 12. de rescrip. Auth. qua in prouincia in uerbo illic ubi Bart. in 2. oppos. & Bal. in uers. Tertia solutio. ubi de cri. ag. op. Fely. in c. 1. de
65 cõstit. Causa erat in partibus, & extra statũ immediate S. Romanæ Ecclesiæ subiectum, occasione quorundam bonorum emphiteuticorum, lata fuit sentẽtia in fauorem rectoris, quorum unus

erat procurator manens in Curia; & sic a præfata sententia succumbentes appellarunt, & uigore specialis rescripti causam in Rota demãdari obtinuerunt, rector Ecclesiæ commissionẽ porrexit, petendo cum ageretur fauore Ecclesiæ, causæ auocationẽ, & quod ad partes remitteretur, contra commissionem obiiciebatur curialitas unius ex istis fratribus, & Eugeniana. Tandem causa in Signatura discussa, Domini fore in curia cognoscẽdam concluserũt, quia cum ageretur de interesse curialis uigore Eugenianæ, causam ad curiam trahere poterat, licet curialis esset unicus, & cæteri collitigantes plures, ad instar clerici, qui conuentus cum pluribus consortibus litis laicis, ut dignior, cæteros ad forum ecclesiasticum trahit, ut late dixi in commissione auocat. causar. in c. 2. ubi uide. Continet præterea constitutio præfata decretum irritans, & clausula sublata, quæ operantur, quod licet priuilegiatus veniret contra suum priuilegium, cum decreto irritanti vallatum, non potest sibi præiudicare, vt est decis. Rot. 3. de priuil. in antiq. Felyn. in c. cum accessissent. num. 30. vers. quæro limita de constit. Alex. cons. 103. lib. 2. Archid. in c. cum de beneficio. de præb. in 6. Innoc. in c. accedentibus de priuil. Ias. in l. ius publicum. in fi. ff. de pact. de commissione pro remissoria satis eleganter loquutus fuit Mandos. in commiss. præfata, quem si libet poteris videre, & de hac commissione satis dictum sit.

DE COMMISSIONE SVPER NVLLITATIBVS ET. EARVM SANATORIA.

PARS SECVNDA.

COMMISSIO II.

SVMMARIA.

1 *APpellare prohibitas, non prohibetur de nullitate dicere.*
2 *Nullitas intentari potest principaliter, seu incidenter, vel excipiendo.*
3 *Nullitas quando dicatur intentata principaliter.*
4 *Clausula nullitatis & nullitatum quare apponatur in commissione appellationis.*
5 *Nullitas quid sit.*
6 *Nullitas quando incidenter, seu excipiendo intentetur.*
7 *Nullitatis causa pendente non dicitur lis extincta.*
8 *Nullitatem intentare principaliter melius est quã incidenter & quare.*
9 *Nullitatis causa quando deserta causa appellationis pariter dicatur deserta.*
10 *Appellari non debet sub his verbis, ego dico sententiam nullam, & si qua est appello, & quare.*
Limita vt nu. 11.
12 *Appellandum est quando iudex pronunciat male appellatũ, & bene iudicatũ alias causa nullitatis incidenter intentata deseritur.*
13 *Nullam sententiam pronunciari petens, an dicatur in causa appellationis procedere.*
14 *Appellatio non est necessaria, quando sententia est nulla.*
15 *Clausula quam & quas æquitatem sapit & quare.*
16 *Nullitas notoria quando dicatur.*
17 *Nullitas ex actis resultans dicitur probatio probata, & liquida.*
18 *Nullitate simpliciter relata non censetur oriens ex actis.*

19 Nulli-

296

19 Nullitates insanabiles tres sunt, & quæ
20 clausula dummodo nullitates non sint ex tribus quare ponatur in commissione.
21 Causæ cognitio incipit ab ijs, de quibus est facilis probatio.
22 Nullitas ex eisdem actis vel incontinẽti probata retardat exequtionem.
23 Nullitas ex defectu iurisdictionis non conualidatur de consensu partium.
24 Statutum prohibens de nullitate dicere non habet locum in defectiua iurisdictionis.
25 Auditor cameræ non extensa oblig. cam. nulliter procedit.
26 Nullitas ex defectu iurisdictionis opponitur etiam post rem iudicatam.
27 Nullitas ex defectu iurisdictionis interdum sanatur ante sententiam.
28 Nullitas ex defectu iurisdictionis requirens altiorem indaginem non attenditur.
29 Commissio tribuens iurisdictionem non conualidat gesta.
30 Commissio sanatoria nullitatis ex defectu iurisdictionis, quando detur, & nu. 31.
32 Nullitati causam præbens, contra eam non auditur, & nu. 61.
33 Sententia lata durantibus feriis est nulla.
34 Clausula supplentes omnes iuris & facti defectus, non comprendit nullitatem ex tribus.
35 Papa solus tollit defectus nullitatis ex tribus.
36 Citatio est de iure naturali, & diuino, & nu. 45, & nu. 48.
37 Nullitas ex defectu iurisdictionis, quando sanetur post sententiam.
38 Nullitas ex defectu citationis, quandò sanetur.
39 Nullitates quæ sanentur per signaturam gratiæ.
40 Nullitas ex defectu mandati insanabilis.
41 Nullitas ex defectu mandati retardat exequtionem trium conformium.
42 Nullitate sublata, non tollitur proueniens ex defectu mandati.
43 Procurator reuocatus, si aduersarius sciuit nulliter agit, & non sanatur nullitas.
44 Nullitas defectu mandati non tollitur refectis expensis.
45 Nullitas defectu citationis insanabilis, & quare.
46 Nullitas ex defectu citationis non potest tolli, nec per statutum, nec per constitutionem.
47 Principis sententia absque citatione est nulla, de potestate ordinaria loquendo.
48 Sententia est nulla, si pars citetur ad audiendum voluntatem.
50 Nullitas ex defectu citationis, quando sanetur.
51 Verba sententiæ visa citatione eam præsumere faciunt.
52 Nullitas ex defectu citationis quando sanetur ante sententiam. Declara, ut nu. 53.
54 Nullitates ex tribus sunt insanabiles, sicut podagra rabies & lepra.

55 Man-

çonstare debet, & docere, non per iuramentum, sed per semiplenas probationes, vt Maran. loc. cit. dixit per Doctri. Bart. in l. a diuo pio §. si super rebus. num. 2. ff. de re iudic. Rot. de iudic. in antiq. decis. 11. l. 3. §. sciendum. ff. ad exhib. c. veniés, vbi Fely. in 2. col. in verbo audiendus, num. 3. de testi. qui late hunc articulum, & ad propositum multa cogerit, quę breuitatis cā prætereo, cum eum videre, & doctores per ipsum allegatos valeas, alias esset in potestate cuiuslibet impetrare commissionem, & in causa committere fraudes, an autem iste tertius nouos testes post datam primo actori dilationem producere possit, & an ex processu ab eo facto lædatur, vide Bar. in d. §. sed & agere num. 3. 4. & 5. & ideo additur in commissione, constito de interesse, prout iuris fuerit ad causam admittat, de quibus per Mādos. in commis. admis. pro. interes. in verbo pro suo. interesse. Innoc. in c. super his. nu. 7. de accus. c. veniens el 2. de test. Tertio, quando ad exequtionem impediendam tertius insurgit, & tunc aut res de qua agitur non est a nemine possessa, ac vacās, vt pro beneficium si iste tertius docet de interesse incontinēti, exequtionem retardabit. Aut est res possessa ab alio victo per sententiam, tunc non obstante obiectione istius se interesse habere asserentis, sententia exequtioni demandabitur, & impedire eam non poterit, licet interdum isti Tertio subueniatur per cautionem ab illo, qui obtinuit præstandam, vt seruetur indemnis contra alium petitorem. Ratio autem diuersitatis est, quia vbi res vacans transfertur in alium, deterioratur cōdictio petentis, leuius etenim petitur res vacans, quàm possessa, ob id sententia, si contradictor sua probet interesse, non mandatur exequtioni, at vbi de vno, in alium possidentē transfertur dominium, non potest quantum ad condictionem petitor deteriori, & ita notanter dixit Innoc. in c. veniens el 2. nu. 1. de testi. quem sequit. Bart. in d. l. a diuo pio. §. si super rebus. nu. 7. de re iudi. Boer. decis. 79. nu. 1. ibique de cautione supradicta. num. 2. Immo credo, quod iste tertius appellans non debeat audiri, in casu supra relato, quia si non grauatur, non potest appellare, Bal. in l. post sententiam num. 6. C. de sent. & interl. om. iud. Dec. post alios in c. si duobus in princ. vers. dictum tamen, de appel. & sic cessante grauamine, nulla dicitur appellatio, c. cum cessante de appel. Tiraq. in tract. de caus. cessant. par. 1. num. 39. ic circo cum interdum sit ei consultum per cautionem, quæ pariter est medicina sequestri, iste tertius non potest conquæri, Franc. Curt. in trac. de seq. q. 14. num. 55. l. fi. ff. de ord. iudic. licet tertius habens in causa interesse, possit a sentē-

tia

tia lata contra alium appellare, alias si de ea habuisset notitiã, & non appellasset transiret contra eum in rem iudicatam, Couar. late prac. quæst. c. is per tot. & DD. in l. sæpe. ff. de re iud. & in c. super vbi Fely. num. 12. & in fi. eod. tit. idq; non habet difficultatem, quia tunc datur ei commissio, & pariter iste tertius appellans de suo interesse docere debet, statim vt Couar. in d. c. 16. nu. 1. alias a iudice non debet audiri, vt nu. 2. quia si constat de tertii calumnia, neque appellatio est admittẽda, neque in causa, c. sciscitata de in integ. restit. vbi DD. Fely. in d. c. veniens. num. 10. Card. in Clem. 1. q. 4. de re iud. at dilatio, breuis danda est, quando agitur de supersedendo in exequtione. Apponuntur alia verba in commissione, videlicet, in statu, & terminis in quibus reperitur, & ita cauetur in ca. si ij in fin. de lit. penden. in 6. nam vt ibi dicit glo. in verbo in illo statu, optime mandatum fuit, vt illa verba apponantur, quia interdum sinebãt quod causa duceretur vsq; ad finem, & deinde illam cedebãt, & sic lis denuo incipiebat, & postea in infinitum denuo cedendo, lites trahebantur, ac nunquam earum finis videbatur, ideo mãdauit summus Pontifex, vt adderentur ibi illa verba, quæ sunt tantæ importantiæ, quod quamuis admissus in statu, & terminis in quibus reperitur, si fuerit terminus ad articulandum bene tentus, ad obiectos dandas admitti minime poterit, quia cum gaudeat beneficio status litis, debet in illo cum suis qualitatibus agere, erat autem in potestate sua vigore clausulæ omnesq; alios cõparere, vt premissi, sed quia non venit prius, arctatur statu causæ, cum suis qualitatibus, c. quod damnũ de reg. iur. in 6. l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautio. Cassad. decis. 1. num. 3. de except. Rot. decis. 11. de rescrip. in antiq. Oldr. cõs. 255. nu. 4. asserens id locum habere in omni instantia, quia durante appellationis cognitione, non potest dici causa finita, nã in discussione appellationis potest corrigi error facti, & sic iste
35 tertius obtinere, vt ibi Oldr. nu. 5. decis. 20. de rescrip. in nou. Butr. cons. 9. Gemin. cons. 120. colum. 2. Alex. cons. 82. nu. 6. vol. 1. asserens, quod ius istius tertii regulatur, secundum ius principalis, Ancher. in c. 2. in fi. vt lit. pend. in 6. Alber. in d. l. sæpe. de re iud. Ancher. cõs. 182. Afflic. decis. 15. & prodest illi, qui alias
36 ex sua persona non potuisset comparere, Corn. cons. 53. num. 9. volum. 3. Sed vnam quæstionem tangit in commissione nostra, Mandos. in verbo in statu & terminis &c. pone, dicens, quod in tertia instantia compareat tertius, & pro suo interesse admitti obtineat, & deinde succumbat, an ista sententia tertia contra principalem lata erit, prima contra admissum, vel tertia, & in

hoc.

bet iurisdictionem, nisi contra eorte sanos Ro. curisi aliam ei Pa-
47 pa non de mandat, nam olim esse debebat, sed hodie secus. quod
et in aliquo emergente, seu dependente cãa, euenire põt in aliis
Ro. curiæ iudicibus, & extra. Tũc ne actus ob defectũ iurisdictio
nis nullitatis vitio impugnari queant, porrigitur et ad cautelã
cõmissio, dicta cõfirmatoria iurisdictionis, i qua cõmissione in-
nigilãdũ est, quia vsus dicti tribunalis sẽ hẽt, vt cõstito de appel-
latione, passim inhibitiones detur, multoties in causis non appel
labilibus, & deinde ad negotiũ in longũ protrahendũ, ac litis pẽ
dẽ figendũ ea sq; nutriendo, ex qua multa mala oriri solẽt, vt ha-
betur in 1. Metaph. cõmissionẽ procurant, q̃ non ita passim cõce-
ditur, quia si iurisdictio, quã iudex hẽt sat est, confirmatione non
indiget, ob id ne in cã incognita iurisdictio progetur, si res non
videbitur clara, necessaria erit partis citatio, vt dixit Inno. in c.
2 n. 3. de confir. vtil. vel inu. vers. edicto, pposito, ne deinde sequi
dẽat cõmissionis reformatio, antequã signetur cõsiderandũ est,
an iusta, vel iniusta sit, ne cũ sumptibus, & molestiis pars aduersa
extra curiã degens, cogatur ad curiã accedere, ac signaturã adi-
re, sed q̃n citatio pcesserit commissionẽ, & sic parte audita signa
ta fuerit, & per consequens confirmata iurisdictio, nemo contra
eã venire intendens auditur, Inno. in c. cũ olim nu. 1. vers. & ideo
& nu. 2. vers. si aũt electionis, vbi Abb. n. 11. de dol. & cont. nã qui
confirmat, dat, l. legẽ obedire. ff. de verb. sig, decis. 11 n. 8. de iur.
patr. in antiq. considerari pariter dẽt, an sit prima instantia, an
petẽs commissionẽ sit persona priuilegiata, qualitas, & quãtitas
cãæ, & eius importantia, & alia, q̃ ex rei euẽtu apparere possunt,
ac animũ ad eam concedendũ, vel non mouere, circa quod pro-
pter varietatẽ, & diuersitatẽ causarum, dari non potest certa re-
gula, sed diligentissimi. D. Referendarii, & oĩa optime rimare,
& perpendere munus erit; si aũt iudex incompetens extitit, ad
quid commissio danda? multoties aũt partes, quem volunt sibi
in iudicẽ eligunt, & deinde ex hac cõmissione, non absq; dolo eũ
petunt confirmari, cui obueniendũ est, cum matura deliberatio-
ne, si vero esset iudex competens, & iurisdictio dubia in cã pẽ-
dente poterit dari commissio, vt habetur in decis. 12. de rescrip.
48 in nou. appellare regulariter a tarditate iudicis iustitiamq; face
re negligẽtis, non põt, tamen q̃n sæpius interpellatus expẽditio-
nẽ differt, quia non faciendo iustitiam partẽ grauat, datur appel
latio, Alex. in l. hoc amplius. §. celsus. nu. 13. ff. de dam. infe. Fely.
in c. proposuisti prop. fin. de for. comp. Dec. in c. ex parte el 1. de
49 appel. Causæ matrimoniales in quacunq; instantia pendãt, si ve-
rẽ vna pars paupertatẽ probauerit, neq; in secunda, neq; in ter-

49 tia instantia erunt extra prouinciam tractanda, nec committē-
da, nisi altera pars alimenta, & litis expensas subministrare vo-
luerit, vt habetur in sacro Concil. Tridē. sess. 24. c. 20. vers. ad hæc
50 causæ matrimoniales, subdens ibi quod nisi infra biennium ter-
minentur, poterit coram aliis iudicibus competentibus, tamen
eam inducere. Causæ autem contra Episcopos, si agatur de eo-
51 rum depositione, per S. D. N. terminantur, at si alia causa contra
eos sit demandanda extra curiam nemini committi debet, nisi
Metropolitanis, vel Episcopis, ab ipso met Sanctissimo eligēdis,
seu Nuntiis, & tūc, vt hētur in eo. sac. Concil. sess. 24. c. 5. in causis
criminalibus: ab eodē met Sāctissimo commissio signati debet,
52 Eugenius Papa IIII. fel. rec. in curialium fauorem suam edidit
constitutionem, seu priuilegium, in quo canetur, vt nullus iudex
cuiuscunq; dignitatis vel præminentiæ fuerit, audeat contra ac-
cedentes ad Rom. curiā pro suis negotiis, vel causis prosequen-
dis, durante negotiorū, vel causarum prosequtione morā trahen
tes, recedentes, ab eadem, procedere, aut in eos excōmunicatio-
nis, suspensionis, vel interdicti, aut priuationis officiorū, vel be-
neficiorum, seu aliam quam uis sniam promulgare prosumant,
sub pœna nullitatis, sniæ promulgatæ, & promulgandæ, ac pro-
cessus, &c. cum decreto irritanti, & alias prout in d. Eugeniana,
constitutione sic, vulgariter appellata, in fine cuius adest clausu-
la, nō obstantibus apostolicis quibuscumq; generalibus, & pro-
uincialibus, vel sinodalibus concilii æditis cōstitutionibus, ordi
nationibus, & priuilegiis, per q̄ effectū præsens impediri, posit,
53 quorum tenores &c. Prius de hac constitutionis forma meminit
Imp. Iustinianus. in l. 1. & l. 2. C. de Curial. Vrb. Rom. lib. 11. vbi
curiales ad iudicium, nisi coram Ro. curiæ iudices nō trahi man
54 dat: Curiales aūt dicuntur vbicunq; Romanum pontificē sequen
tes. c. præsenti. §. porro de elect. in 6. licet nomē curiæ sit indiffe-
55 rens, aptum comprehendere oēm locum, in quo ius redditur, vti
habetur in dec. Guid. Pap. 451. & in cons. Soc. 86. n. 5. vol. 1. & cu-
riæ maxim' debetur honor, vt dixit Bal. in l. vnic. n. 1. vers. curiæ
C. an apud. iudi. vel cur. Domin. q. feud. termi, curiam autem
56 solus Papa seu supremi Principes habent, tunc dicitur vbi Papa,
ibi curia, cap. licet. §. censuit vbi glo. in verb. curia de elect. & de
curialate tradit Gemin. in cap. vnic. §. porro, de stat. monac. in 6.
curiales autem dicuntur, qui curiæ nexibus obligati sunt, cap.
qui in aliquo Li. disti. circ. med. & in genere qui curiales dican-
tur ponit Alber. in suo diction. in verbo curiales, & circa mul-
tas inibi relatas species non insisto. In hoc autem proposito
Romana curia vti mater, omnes in ea degentes amplectitur,

& ideo Romanam curiam sequntur, quicunque sub eius iurisdictione sunt, qui de curia dicūtur, & ipsam sequi. l. qui neque. vbi glo. 1. ff. de verbo. sign. nec obstat si dicatur, quòd magis curiam construant quàm sequantur, quia equi qui construant quadrigiam, sunt de numero construente quadrigam, l. peculium. §. quadrige. ff. de leg. 2. & omnes sub patrefamiliæ, appellatione familiæ contineatur, etiam curiales omnes, & curiam sequentes, ac in ea habitantes, vt formaliter dixit Oldr. in consi. 211. num. 5. sed clare loquitur in hoc Eugeniana constitutio, præfata, declarando curiales non solum in Romana curia degentes, eamque sequentes, sed ampliando, eos pariter, qui pro suis negotiis, & causis prosequendis ad eam, sanctamque sedem apostolicam accedunt, & moram trahunt. At non erit curialis dicendus ille, qui urbem petit pro aliqua inhibitione obtinenda, ad hoc vt in Romana curia causa cognoscatur, eaque deinde obtenta recedit, quia cum non dicatur venisse qui non stetit, si non permanet, ac negotia non peragat, non solum est in præfata constitutione inclusus, sed ab ea penitus exclusus, & cum malitiose siue dolose agat, non debet ex suo dolo iuuari. Concludo igitur, quod si quis litem tractat cum aliquo ex supradictis in curia degentibus, vel in constitutione comprænhensis, eos extra curiam Romanam trahere minime poterit, vt clare Aegidiana cantat, tamen limita præfatum priuilegium solum in eo vti volentibus habere, ex quo sequitur, quod si alibi conueniatur, & ante litem contestatam non opponat fori declinatoriam, sibi præiudicat. Canon. in c. 1. de lit. contesta. in 6. DD. in l. 2. §. conuenire. ff. de iudic. decis. 1. de except. in nou. & decis. 12. eod. tit. in antiq. quam limitationem intellige sano modo, dummodo iudex illius causæ alias esset competens, quoniam si incompetens exceptio deficientis iurisdictionis, semper opponi potest, Dec. consil. 681. nume. 44. glo. in Clemen. 1. de seq. pos. & fruct. & sic patet ex supradictis, Eugenianæ priuilegium, an eo vti velint nec ne, esse Curialibus arbitrariū. Hinc est quod diebus proxime elapsis R. P. Dom. Guglielmo Bastono Nobili Alexandrino in vna Bononiensi proponente, in qua quis condemnatus in dicta Ciuitate suam appellationem in curia prosequebatur, porrigendo commissionem aliam causam contra eundem aduersarium in partibus pendentem auocari, & in curia committi petebat, ex aduerso replicabatur adesse cōsensum in iurisdictionem per eius procuratorem, & licet respōderetur, quod talis consensus, nec priuilegio præiudicare poterat, neque sufficiens erat, quia non habebat speciale mandatum, tamen

58

59

Domini licet commissionem petens esset curialis concluserunt pro moderatione inhibitionis, vigore Eugenianæ obtente, & pro remissione causæ ad partes, ea moti ratione, quia cum con-
60 sensus procuratoris reputetur cõsensus Dñi, ex quo eius personã repræsentat, l. ossa in fi. ff. de relig. & sumpt. fun. glo. in l. si procurator. ff. de dol. mal. excep. Vant. de nullit. ex defect. mand. nu. 174. licet non habuerit speciale mandatum ad consentiendum, sat fuit clausula cum libera, &c. in eo appositã, ad ipsi præiudicandũ, vt dixit Bal. in l. illã. 5. si talis n. 5. vers. secũdo, quia ff. de mino.
61 Rom. sing. 10. Fel. in c. nõ nulli. 5. sunt, & alii nu. 4. de rescrip. Affl. decis. 305. num. 4. Limita secundo, nisi ex cõtractu in partibus facto, seu ex delicto teneretur, vt dixit glo. in d. l. 1. in verbo pulsandum C. de Curial. Vrb. lib. 11. tunc autem siue ratione cõtra-
62 ctus, siue delicti, fortitus est forum, sed dubium stat an constitutio præfata intelligatur actiuè & passiuè, seu passiuè tantum, in quo vt studeam breuitati distinguẽdum censeo, quod aut curialis est actor, aut reus, primo casu, cum actor teneatur sequi forũ
63 rei, l. iuris ordinem C. de iurisd. omn. iud. l. fi. C. vbi in rem act. & constitutio loquatur passiuè, non actiuè, videlicet quod nõ possint conueniri extra curiam, non autem actiue, quod alios conuenire, & sic ad curiam trahere valeant, & ius resistat, priuilegium non debet contra iuris regulas extendi, & cum ratio constitutionis sit, quod extra curiam non trahantur, ob id tãtum ad limites præfatos est restringendũ hinc videmus, quod in constitutione Marchiæ Anconitanæ de qua in lib. 2. ca. 32. de curialibus curiæ generalis, fit expressa mẽtio, quod nec actiuè, nec passiuè tam in agendo, quam defendendo, & sic quomodocunque, contra ipsos agatur, a cæteris aliis iurisdictionibus sunt exempti, si autem Papa voluisset, quod actiuè constitutio locum haberet, vtique id expressisset, at ex quo tacuit, ad iuris dispositionem remisisse censendum erit, aut agitur contra curialem, & sic passiuè, & tunc clare intrat priuilegium, idemque videtur concludendum, si esset causa inter viduam, extra curiam degen-
64 tẽ, & curialem, licet per supradictam clausulam non obstãtibus priuilegiis, absque verbo etiam in corpore iuris clausis, non sint sublata priuilegia cõcessa viduis, & aliis de quibus in l. vnica C. quando imp. int. pup. & vide Fely. in c. sicut romanæ num. 12. de rescrip. Auth. qua in prouincia in verbo illic vbi Bart. in 2. oppos. & Bal. in vers. Tertia solutio. vbi de cri. ag. op. Fely. in c. 1. de
65 cõstit. Causa erat in partibus, & extra statũ immediate S. Romanæ Ecclesiæ subiectum, occasione quorundam bonorum emphiteuticorum, lata fuit sentẽtia in fauorem rectoris, quorum unus

erat

erat procurator manens in Curia; & sic a præfata sententia succumbentes appellarunt, & uigore specialis rescripti causam in Rota demãdari obtinuerunt, rector Ecclesiæ commissionẽ porrexit, petendo cum ageretur fauore Ecclesiæ, causæ auocationẽ, & quod ad partes remitteretur, contra commissionem obiiciebatur curialitas unius ex istis fratribus, & Eugeniana. Tandem causa in Signatura discussa, Domini fore in curia cognoscẽdam concluserũt, quia cum ageretur de interesse curialis uigore Eugenianæ, causam ad curiam trahere poterat, licet curialis esset unicus, & cæteri collitigantes plures, ad instar clerici, qui conuentus cum pluribus consortibus litis laicis, ut dignior, cæteros ad forum ecclesiasticum trahit, ut late dixi in commissione auocat. causar. in c. 2. ubi uide. Continet præterea constitutio præfata decretum irritans, & clausula sublata, quæ operantur, quod licet priuilegiatus veniret contra suum priuilegium, cum decreto irritanti vallatum, non potest sibi præiudicare, vt est decis. Rot. 3. de priuil. in antiq. Felyn. in c. cum accessissent. num. 30. vers. quæro limita de constit. Alex. consi. 103. lib. 2. Archid. in c. cum de beneficio. de præb. in 6. Innoc. in c. accedentibus de priuil. Iason. in lius publicum. in fi. ff. de pact. de commissione pro remissoria satis eleganter loquutus fuit Mandos. in commiss. præfata, quem si libet poteris videre, & de hac commissione satis dictum sit.

DE COMMISSIONE SVPER NVLLITATIBVS ET EARVM SANATORIA.

PARS SECVNDA.

COMMISSIO II.

SVMMARIVM.

1 *APpellare prohibitus, non prohibetur de nullitate dicere.*
2 *Nullitas intentari potest principaliter, seu incidenter, vel excipiendo.*
3 *Nullitas quando dicatur intentata principaliter.*
4 *Clausula nullitatis & nullitatum quare apponatur in commissione appellationis.*
5 *Nullitas quid sit.*
6 *Nullitas quando incidenter, seu excipiendo intentetur.*
7 *Nullitatis causa pendente non dicitur lis extincta.*
8 *Nullitatem intentare principaliter vtilius est quã incidenter & quare.*
9 *Nullitatis causa quando deserta causa appellationis pariter dicatur deserta.*
10 *Appellari non debet sub his verbis, ego dico sententiam nullam, & si quæ est appello, & quare.*
Limita vt nu. 11.
12 *Appellandum est quando index pronunciat male appellatũ, & bene iudicatũ alias causa nullitatis incidenter intentata deseritur.*
13 *Nullam sententiam pronunciari petens, an dicatur in causa appellationis procedere.*
14 *Appellatio non est necessaria, quando sententia est nulla.*
15 *Clausula quam & quas æquitatem sapit & quare.*
16 *Nullitas notoria quando dicatur.*
17 *Nullitas ex actis resultans dicitur probatio probata, & liquida.*
18 *Nullitate simpliciter recta non censetur oriens ex actis.*

19 *Nulli-*

296

19 Nullitates insanabiles tres sunt, & quæ

20 Clausula dummodo nullitates non sint ex tribus quare ponatur in commissione.

21 Causæ cognitio incipit ab ijs, de quibus est facilis probatio.

22 Nullitas ex eisdem actis vel incontincti probata retardat exequtionem.

23 Nullitas ex defectu iurisdictionis non conualidatur de consensu partium.

24 Statutum prohibens de nullitate dicere non habet locum in defectiua iurisdictionis.

25 Auditor cameræ non extensa oblig. cam. nulliter procedit.

26 Nullitas ex defectu iurisdictionis opponitur etiam post rem iudicatam.

27 Nullitas ex deffectu iurisdictionis interdum sanatur ante sententiam.

28 Nullitas ex deffectu iurisdictionis requirens altiorem indaginem non attenditur.

29 Commissio tribuens iurisdictionem non conualidat gesta.

30 Commissio sanatoria nullitatis ex deffectu iurisdictionis, quando detur, & nu. 31.

32 Nullitati causam præbens, contra eam non auditur, & nu. 61.

33 Sententia lata durantibus feriis est nulla.

34 Clausula supplentes omnes iuris & facti deffectus, non comprendit nullitatem ex tribus.

35 Papa solus tollit deffectus nullitatis ex tribus.

36 Citatio est de iure naturali, & diuino, & nu. 45, & nu. 48.

37 Nullitas ex deffectu iurisdictionis, quando sanetur post sententiam.

38 Nullitas ex deffectu citationis, quandō sanetur.

39 Nullitates quæ sanentur per signaturam gratiæ.

40 Nullitas ex deffectu mandati insanabilis.

41 Nullitas ex deffectu mandati retardat exequtionem trium conformium.

42 Nullitate sublata, non tollitur proueniens ex deffectu mandati.

43 Procurator reuocatus, si aduersarius sciuit nulliter agit, & non sanatur nullitas.

44 Nullitas deffectu mandati non tollitur refectis expensis.

45 Nullitas defectu citationis insanabilis, & quare.

46 Nullitas ex defectu citationis non potest tolli, nec per statutum, nec per constitutionem.

47 Principis sententia absque citatione est nulla, de potestate ordinaria loquendo.

48 Sententia est nulla, si pars citetur ad audiendum voluntatem.

50 Nullitas ex deffectu citationis, quando sanetur.

51 Verba sententiæ visa citatione eam præsumere faciunt.

52 Nullitas ex deffectu citationis quando sanetur ante sententiam. Declara, vt nu. 53.

54 Nullitates ex tribus sunt insanabiles, sicut podagra rabies & lepra.

55 Man-

55 *Mandatari vicarij nullitas exequntur citationes in causis commissarijs, sed cursores valide.*

56 *Nullitas ex capite iniustitiæ quando sanetur.*

57 *Nullitas sanata simpliciter non comprendit nullitatem ex defectu probationis.*

58 *Commissio sanatoria nulliter examinis testium, quando detur, & quomodo.*

59 *Papa non intendit tollere ius tertij.*

60 *Testes examinati nulliter ex defectu partis non repetuntur secus si ex defectu iudicis.*

61 *Nullitatis terminorum male tentorum sanatio quando detur.*

63 *Clausula refectis expensis parte non petente in sanatione nullitatis non datur.*

64 *Commissio reiteratoria terminorum, & sanatoria eorum datur aliquando in rota.*

65 *Commissio terminorum male tentorum sanatoria quando detur.*

66 *Nullitas facta per procuratorem à tutore non confecto inuentario constitutum est insanabilis.*

67 *Excommunicatio lata à non competenti iudice non tenet.*

68 *Commissio nullitatis censurarum quomodo concedatur.*

69 *Exceptio nullitatis non per viam actionis, sed exceptionis deducitur.*

70 *Excommunicatus agendo non potest dicere de nullitate.*

CAP.

284

CAP. I.

LATA sententia, succumbentes ad nullitatis, seu nullitatum remedium, vt plurimum re-
currunt, & licetque appellare prohibitum
1 fit, cum prohibito appellare, non sit de
nullitate dicere vetitum, Vant. de nullit. in tit.
quis pos. dic. de null. nu. 33. Clem. 1. de re iud.
Aret. cons. 75. num. 11. commissione porrecta
causam, vt præmittitur committi instat, quia vt plurimum cum
ex sententiis oriantur, vna cum causa appellationis in eadem
2 commissione intentantur, principaliter, seu incidenter, seu per
3 viam exceptionis. Tunc autem principaliter intentantur, quan-
do super nullitate solum petitur commissio causæ, quod fit, aut
absque vlla appellationis mentione, vt dixit Couar. proc. quæst.
c. 22. nu. 7. vers. nec ambigi, aut in eadem met commissionis cau-
4 sæ appellationis, hinc praxis adinuenit, vt in cõmissione appel-
lationis apponatur clausula, nec non nullitatis, & nullitatum,
nam licet sub verbo appello comprehendatur etiam nullitas &
omnia grauamina, Innoc. in c. dilecti el 2. nu. 3. de appell. tamen
quia tunc appellationi inherent, incidenter nullitas intentata
dicitur, & ideo in commissione appellationis quotidie clausula
præfata apponitur, quæ operatur, vt principaliter causa nullita-
tis pariter intentata dicatur, vt dixit Vestr. in sua prax. lib. 8. c.
1. nu. 2. per doctrinam, Bart. in l. si expressim nu. 3. vers. videndũ
ff de appell. Alex. in cons. 69. nu. 9. & 10. vol. 4. Dec. in c. dilecto
nu. 4. vbi Abb. de appell. Grat. cons. vlt. num. 41. & 42. vol. 2. ac
etiã si in eadẽ commissione agatur super attentans, Dec. Achil.
31. seu 15. de rescrip. nu. 1. Immo quod plus est, vt Alex. in d. cõs.
69. nu. 9. ait ista expressio nullitatis in appellationis commissio-
ne operatur, vt seorsum ab appellationis causa nullitas intenta-
ri queat, vt pariter ibi dixit Vestr. vers. decimoseptimo conside-
ro, hinc sequitur, quod si aderint præfatæ verba in eadem com-
missione & appellatio deseratur non remanebit desertæ causa
nullitatis, Decis. diuers. Rot. 284. num. 3. lib. 3. ac etiam quando
quis dicit sententiam nullam, tamen si quæ est appello, Bar. vbi
sup. & ibidẽ Imol. col. 8. Anchar. in clem. 5. col. 4. de appell. Alex.
cons. 52. nu. 14. vol. 3. Lanfr. in c. quoniam contra nu. 59. de accu-
5 sat. & quando nullitas intentatur, agitur contra factum iudicis,
Bald. in rep. l. edita num. 85. vers. quia omni C. de edend. quia
nullitas est commune auxilium ad irritandum, seu irritum nun-
ciandum.

ciandum actum, de quo quæritur competens, Vant. vbi sup. in tit. quid sit nullitas nu. 1. & tunc, quando iudex debitas solemnitates non seruauit, l. prolatam C. de senten. Rom. cons. 220. vel si actum fuerit contra personam non legitimam, l. licet C. de procur. vt latius infra dicam, & quot modis sententia nulla dici possit, vide Marant. de ord. iud. par. 4. dist. 18. nu. 2. & seq. qui multos congerit, & quibus mediis principaliter in iudicio deduci valeat, refert Vant. in tract. de nullit. quot & qui. mod. nul. prop. pos. nu. 12. quos videas, quia breuitatis gratia eorum dicta om-
6 mitto, incidenter, siue excipiendo, tunc nullitas intentatur, quãdo quis exequtionem sententiæ petit, & pars excipit de nullitate, vt dixit Innoc. in c. dilecto filio nu. 1. de appell. ratio est, quia appellatus non innititur viribus appellationis, immo contra insurgit omni suo iure, & posse exequtionem petendo, at e conuerso, appellans instat totis viribus, ac iuribus admitti ad excipiendum, siue sit sententia iusta, siue nulla, & pariter incidenter dicitur intentata, quando simpliciter appellatur, nulla de nullitate facta mentione, sed cum causa appellationis tractatur, vt ibi Vestr. nu. 1. vel quando vna pars petit iterum sentẽtiari, dicens sententiam primo latam esse nullam, Bar. in l. si expressim nu. 11. ff. de appell. l. 1. C. de sentent. & scias quod nullitate existente lis
7 non est extincta, decis. Rot. 33. inter decis. diuers. lib. 3. Vtilitas
8 namque maxima oritur, quando causa nullitatis tractatur principaliter, & de per se; nam quando simpliciter appellatur, sub illo verbo appello (vt dixi) licet contineatur etiam causa nullitatis, tamen quando est deserta causa appellationis, ita & causa nullitatis, Bar. in d. l. si expressim nu. 10. secus autem quando nullitas principaliter in iudicium deducitur, Abb. in c. dilecto nu. 9. de appell. Imol. in d. l. si expressim nu. 16. Socii cons. 10. vlt. col.
9 vol. 4. Alex. cons. 59. nu. 7. vol. 4. Hinc est, quod si feratur in partibus sententia super possessorio, & succumbens appellet, obtineatque causã appellationis præfatæ, vna cũ toto negotio principali committi, & causa appellationis deseratur, videtur etiam dicendum, quod sit deserta causa nullitatis, si nullitas non adest, quia communis est desertio, Franc. in c. ex ratione q. 6. & q. 54. de appell. tamen in contrarium est veritas, stante ratione diuersitatis; quia tunc deserta appellatione, nullitatis causa deseritur, quando veniunt ex eodem fonte, & agitur semper de facto iudicis, quæ ratio non militat in casu nostro, cum negotium petitorii sit principale, & nimis esset extendere commissionem, vt
10 late per Achil. decis. 70. aliàs 18. de appell. Caueant tamen procuratores, quando appellant à sententia sub his verbis, ego dico

senten-

sententiam nullam, & si quæ est appello, quia licet videatur hoc casu causa nullitatis intentata principaliter, & de per se, tamen si sinat, vt appellatio deserta remaneat, etiam causa nullitatis de
11 serta remanebit, secus autem si incidenter de ea dum cognoscitur de appellatione discussum fuit, nam id non tollit, quin deinde principaliter de ipsa cognosci valeat, quia cum summarie, & incidenter de ea cognitum fuit, dumque causa finita, & sententia lata sit in negotio principali, non præiudicat incidenti, de quo plene discussum non fuit, adeo quod denuo de ipso cognosci non valeat l. a diuo Pio 8. si super rebus ff. de re iud. c. veniens el 2. de testi. Bar. in d. l. si expressim nu. 3. Alex. cons. 79. nu. 4. vol. 2. Dec. cons. 96. vol. 1. Fely. in c. ea quæ de re iud. Abb. in d. c. cum dilecto nu. 9. vbi Franc. q. 48. nam cum quis à sententia
12 appellat, dicens esse nullam, de necessitate præsuponit eam esse aliquam, quia qualitas iniustitiæ non potest esse sine subiecto, l. cius qui in prouincia ff. si cert. pet. c. ad dissoluendum de despon. impub. & sic per consequens etiam valere. Alex. cons. 59. nu. 12. vol. 4. At si iudex pronunciet male appellatum, & bene iudicatum, opus est, vt denuo appelletur, alias appellatione omissa, de nullitate incidenter intentata, amplius quæri non poterit, si de ea in primo iudicio discussum fuerit, Abb. in d. c. dilecto num. 10. vbi Franc. nu. 116. Imol. in d. l. si expressim nu. 9. & licet male appellatum, & bene pronunciatum iudex sententiauerit, & sic incidenter super nullitate, ob id non tollitur, quin iterum de ipsa principaliter (vt dixi) cognosci queat, Bal. in l. tale pactum 9. qui prouocauit q. 13. ff. de pact. Imol. in d. l. si expressim num. 161. Spec. in tit. de sentent. s. iuxta vers. quid ergo si appelletur, à sententia nulla, col. pen. & hæc est magis doctorum recepta sententia, de qua per Couar. prac. quæst. c. 25. nu. 7. vers. quod si deserta, & in vers. verum, ibi nullitas asserit, quod licet causa nullitatis fuerit principaliter, cum causa appellationis intentata, & appellatio deserta, nondum causam nullitatis fore finitam, licet in iudicio deductam, & ante Couar. idem dixit Alex. in l. 1. nu. 25. ff. de fer. & ratio est, quia cum causa nullitatis sit longior, ideo durat Ruin. in cons. 114. nu. 6. vol. 4. & quod nondum præclusa sit via ad denuo, deinde agendum, dixit Bart. in d. l. si expressim nu. 19. vbi Imol. nu. 18. Abb. in d. c. dilecto nu. 9. & Franc. nu. 58. Socci cons. 10. col. fin. vol. 4. licet non esset appellatum, quia non est via præclusa dicendi de nullitate, & an causa deserta pronuncia-
13 ta, si deinde iudex sententiauerit super nullitate obstet desertio, vide decis. 29. de sentent. & re iud. in antiq. & Innoc. in c. solicitudinem circa fin. de appell. Constat igitur ex præmissis, quod quã-

do à sententia appellatum est, tunc appellans, & agendo, & excipiendo coram iudice ad quem, super nullitate agere valet, sententiam nullam, & iniustam dicere, ac quibuscunque modis suã
13 appellationem tueri, l. scio in fin. ff. de appell. quamuis prima facie petens sententiam latam nullam pronunciari, non videatur causam appellationis prosequi, quia in actis de ea nulla facta fuit mentio, neque eius viribus innitatur, tamen contrarium verius est, quia ex vi, & efficacia appellationis deuoluens causam ad superiorem, & eius cognitionem, c. solicitudinem de appell. adeo nullitati cõnexa est, qui vt super nullitate pronũcietur petere (vt dixi) potest, at quia fuit de facto grauatus, de facto etiã sententiam nullam, absque eo, quòd appellationis mẽtio fiat
14 pronunciare instare poterit, Inno. in d. c. dilecto nu. 2. nam si sententia est nulla, non est opus, vt ab ea appelletur, Alex. consi. 59. nu. 17. vers. & per consequens, vol. 4. decis. 29. nu. 5. de re iud. in antiq. & sic quando appellatio precessit, iudex ad quem de nullitate cognoscere poterit, cum iam iudex à quo pronunciãdo suo sit munere functus, Innoc. vbi sup. num. 3. Guid. Pap. in tract. de appell. q. 46. Bal. in d. l. si expressim col. pen. Sali. in l. si præses C. quo. & quand. iud. Abb. in c. cum Ioannes de fid. instr. Lap. alleg. 2. Alex. consi. 179. vol. 2. Dec. consi. 275. Quando autem ab aliquo grauamine sit appellatum, iudex ad quem non potest de nullitate cognoscere, quia causa grauaminis expleta nulla remanet apud eum iurisdictio, ex quo ad primum iudicem causa reuertitur, licet hodie respectu clausulæ quam, & quas cum toto negotio principali, &c. quam in commissione apponere procuratores solent, vt late dixi supra in commiss. auocat. cauſ. c. 3. nu. 38. & in com. appell. id non attendatur, & sic cum talis antiquus stylus sit inutilis, superfluum est de eo loqui, decis. 55. de appell. in nou. Guid. Papa in tracta. de appella. quæstio. 66. cap. vt debitus cap. Romana de appella. eo autem quod tota causa iudici ad quem commissa reperitur, amplius non reuertitur ad iudi-
15 cem, à quo, & clausula præfata æquitatem sapit, quia intrat præsumptio, ne iudex ob talem appellationem ira motus, malo animo partem appellantem prosequatur, quæ coacte ad eundem remissa, poterit aliam appellandi occasionem attendere, & continue querere causam ab ipso auocare facere, cum igitur quodãmodo iustã suspitionis causã habeat, praxis in æquitate fundata, admiserit dictã clausulã, quam & quas &c. ad hoc vt vna vice à tali iudice auferatur, quod alia, & auferri curabit, seu forsan auferetur. Notorie tunc dicitur nullitas, quando ex met actis, super quibus fuit fundatum iudicium apparet. Alex. consi. 59.

ob num.

num.7.volum.4.l.si vero.§.pro rei & ibi DD.ff.qui satisdare coga. Bar.in l.si constante in 1.q.principali.ff.sol.mat.c.2.de verb.sig. in 6.c.si forte vbi Canon.de elect.lib.6. Bar.in l.ea quidem.C.de accusat.& iudicis acta notoriam inducunt nullitatem, decis.29. de sent.& re iud.in antiq.num.4. & nullitas præfata ex actis re-
17 sultans dicitur probatio probata, & liquida ex lege resultans, vt dixit Vant.de nullit.in verbo quis pos.dic.de nul.num.11.tunc- que intrat regula, quod nullum est, nullum operatur effectum.c. non præstat de reg.iur.in 6.atque ac si non factum esset cessetur, quicquid nulliter gestum sit, l.quoties.ff.qui satisd.cog.l.4.§.con- demnatū.ff.de re iudi.nec tractu temporis conualescit id quæ ab initio vbi late.Dec.ff.de reg.iur.c.non firmat.eo.tit.in 6.Rom.in
18 consil.509.nu.19. Tres esse nullitates præcipue insanabiles a iu- rei & a Principis gratia exclusas, omnibus notum est, videlicet Ci- tationis, iurisdictionis, & mandati, & ista de causa (vt infra subii- nectetur) quando adest in commissione appellationis clausula, nec non nullitatis, & nullitatum, addi debet si non adest verba
19 per D.Referendarium, dummodo vel quatenus ex tribus, ideſt supra narratis, ea nempe ratione, quia aliæ nullitates requiren- tes alterorem indaginem, non ita de facili demandantur sub ge-
20 neralibus verbis, nam quādo causa appellationis non est defer-
21 ta, prius de nullitate euidenti ex eisdem actis est cognoscenda, cum in promptu sit, & simpliciter nullitate reiecta non censetur
22 sublata oriés ex actis eisdem, vel defectu citationis.decis.Achil. 15.de constit.nu.21. quia causæ cognitio exordium ab illis ac- cipit, quorum facilior est probatio, c.si forte de elec.decis.29.de sent.& re iud.in antiq.per tot.vnde, quia esse potest, quod nulli- tas præposita non sit ex tribus, seu euidens, sed quod opponatur ad causæ principalis appellationis retardandam expeditio- nem, ad lites longas rollendas, apponitur clausula prædicta, quæ condictionem facit, & si nullitates non sint ex præfatis iudex in-
23 hibere non debet, & nullitas ex eisdem actis incontinēti proba- ta retardat exequtionem, & facit vt non habita ratione rei iudi- catæ quis audiatur. Veral. decis.264.lib.2.quia nullitatis causa ante omnia terminanda est.decis.1300.lib.3.decis. Vari.Rot.de nullitate ex defectu iurisdictionis seu incompetētiæ iudicis ha- bemus titulum expressum.C.si a non comp.iud.& ibi in l.1.& in l.si de proprietate, & in l.fi.vbi Bar.Castr.& Salic.& sententia ta- lem defectum patiens, & de partiū consensu conualidari nequit. DD.in l.si extraneum.ff.de appella.l.primatorum ff.de iur.omn. iud.Licet Bar.& gl.teneāt contrarium in l.vnica, C.qui pro sua
24 iurisd.& quamuis statutū tollat, quod de nullitate dici nequeat,

tamen

ramen peruenientem ex deffectu iurisdictionis tollere nequit, Dec. in cons. 8. nu. 7. Glo. fin. in c. 1. de seq. poss. & fruc. vbi DD. Ancher. cons. 261. Angel. cons. 248. Fulg. cons. 150. Rom. cons. 42. Bal. cons. 248. lib. 4. Alex. cons. 77. vol. 2. Imol. in colli. com. opin.
25 lib. 4. concl. 24. cum late adduct. cum ampliat, & limit. ob id si Auditor Cameræ non extensa camerali obligatione executiue illius vigore procedat, ex deffectu iurisdictionis, nullitatis vitio subiacebit, Gallesi. ad oblig. in for. Cam. pars 3. q. 5. sub rub. de proces. & non solum per statutum, verum nec per quamuis aliâ constitutionem de nullitate dici prohibentem præsens tollitur, Felyn. in c. fin. col. fin. vers. exceptio competentiæ fori de iudic. Rom. cōs. 115. in fin. Sarn. in comp. ver. sign. super reg. Cancel. nu.
26 74. & ista ex deffectu iurisdictionis tam à iure est priuilegiata, quod etiam post rem iudicatam quæ liti finem imponit obiici potest decis. 97. nu. 3. par. 1. inter decis. Rot. Diu. At si contingat,
27 vt porrecta commissione supplicetur pro sanatione nullitatis prouenientis ex deffectu iurisdictionis, si dabitur commissio ante sententiam, denuo iurisdictio poterit tribui, vt per glo. in l. 1. in verbo si à iurisdictione, vbi Bart. nu. 4. C. qui pro. sua. iurisd. Corse. in reper. lecturę Abb. in verbo iudex incōpetens, 9. limit.
28 sed quando præfata nullitas oriens ex deffectu iurisdictionis requirit altiorem indaginem non attenditur Verall. decis. 158. nu. 3. lib. 3. Card. in clem. vnica 5. fin. de seq. pos. & prop. & secundum
29 distinctionem, Bar. in l. 1. C. vbi de crim. ag. oppor. nu. 4. quia quãdo adest deffectus iurisdictionis iudicis, si pendente lite iurisdictio superueniat, ex causa de nouo emergenti, nullo modo gesta confirmantur, quia initiũ iudicii non fuit legitimum l. momẽtaneæ C. qui legit. pers. stan. in iudi. at quãdo superuenit iurisdictio ex causa de præterito, ex nunc non ex tunc confirmatur iurisdictio, l. obseruare 5. fin. ff. qui pro sua iurisd. Bar. in l. 1. nu. 4. C.
30 eod. titu. & ideo interdum tunc datur sanatoria iurisdictionis commissio, quãdo in aliqua parte iudex habuit iurisdictionem, sed non plene allegata tamen aliqua rationabili causa, quæ aliquam sapiat æquitatem, & ita aliquando practicari vidi, sed nõ quando in totum defuit iurisdictio, & vt res clarius innotescat subdam exemplum directa fuit commissio Auditori Rotæ contra B. & C. ad instantiam A. Oratoris Auditor Rotæ pronunciauit contra A. qui rescriptum obtinuit, ex eadem commissione non potest procedere, inter B. & C. quia nullus eorum cõmissionem impetrauit, iamque mutatæ sunt personæ, & qui prius erat reus, nunc est actor, & sic opus noua cõmissione erat, vt di-
31 xerunt Domini de Rot. in decis. 12. de rescrip. in nou. & decis. 2.

eod.

cod. titu. in antiq. at si vt præmittitur, & iudex in causa proces-
sisset, cum etiam ex tacito consensu iurisdictio prorogari va-
leat, Abb. in cap. ex suscepto. nume. 18. de for. comp. & per vnam
ex partibus porrigeretur commissio sanatoria huiusmodi nul-
litatis dari poterit, ex supradicta ratione, quia non adest totalis
defectus iurisdictionis; & tanto magis si pars in iurisdictionem
consenserit, nec talem defectum obiecerit, quia quodammodo
gesta comprobauit in sui præiudicium, intratque regula, qui
32 nullitati causam præbet contra eam amplius allegare non va-
leat. l. 16. si omnes in princ. ff. de Ventr. inspic. Rolan. à Val. consil.
52. nume. 12. volum. 4. præterea tempore feriarum ferri non po-
test sententia, vt dixi in commissione derogationis feriarum, &
sic referatur est nulla si nõ adest cõmissio derogatoria, vt decis. 284.
nu. 3. in fin. in decis. diuers. tamẽ quia iudex alias habebat iurisdi-
ctionem sanatoria commissio nostra dari poterit, & sic in aliis
similibus causis, S. D. N. bene visis & quamuis in rescripto Papæ
33 adsit clausula, supplendo omnes iuris, & facti defectus, si qui for-
san interuenerint, talis clausulæ virtus solum extẽdetur ad de-
fectus iuris positiui, i. circa solemnitates a iure requisitas, seu
alias naturales, & non ad hostres. nisi specialiter fiat mentio de
iurisdictione, citatione, & mandato, quia alias ex ipsis tribus
nullitates prouenientes, non sunt sublatæ. Abb. in c. 1. num. 5. de
34 trãsact. & ista clausula sublatiua præfatorum trium defectuum,
vt ibi Abb. ait, per solum Papam apponi potest, vt similiter dixit
Archid. in c. cenomẽsem. 56. dist. Alex. in cons. 68. vol. 4. Spec. in
tit. de lega. §. nunc ostendendũ, vers. decimo octauo, & sicut dicit
Stasil. de lit. iust. c. postremo. nu. 3. & melius. nu. 4. talis defectus
videtur esse iuris positiui, ideo si per dictam clausulam nõ indu-
citur aliquod extrinsecum, nec dispensatio, nec habilitatio per-
sonarum, tollitur multo minus, & defectus naturalis, vti est cita
35 tio, quæ est non solum de iure naturali, sed diuinõ, vt dixit Inno.
in c. quæ in ecclesiarũ, & ibi DD. de const. it. & in c. 1. de caus. poss.
& prop. Tamen si lata sententia talis nullitas sanari petatur,
tunc distinguendum est, quod aut sciebat eum esse iudicem in-
competentem, & poterat eius iurisdictionem prorogare, & tunc
quia tacite, & iudicem, & iurisdictionem approbasse videntur,
contrauenire non valeat, aut poterat prorogare, sed eum in cõ-
petentem ignorabant, & tunc ipsa est nulla illique contrauenire
possunt, quia tunc error impedit prorogationem, l. si quis p erro
rem. ff. de iur. om. iud. aut non poterant prorogare suam, vt sen-
tẽtiam, sed vt pactum tacitum, quia pacti quodammodo fuerunt
stare dicto talis iudicis, quod intellige quando post latam sen-
tentiam eum denuõ partes approbarunt, nam tunc videtur par-

tes cõtrahere, super eo, quod deductum in sententia, fuit L. 11. vbi Bar. C. com. vtri. Iudic. secus autem si eam non approbarunt, vt late dixit Abb. in d. c. significasti nu. 22. de for. comp. Calder. cõs.
38 8. de re iudic. & sic poterit, primo casu dari commissio, secundo non, ex supradictis rationibus, in tertio autem casu ea non indiget, quia si partes sententias emologarunt, superflua erit, sin vero recusarunt, contra voluntatem eorum concedi nõ debet hoc tamen nota quod nullitas citationis ad sententiam potest, per commissionem sanari Put. Decis. 4. maxime quando in commissione de tali nullitate fit mentio & tunc quia explicite & claris verbis narrãtur omnia obstacula quæ colligi possunt ex narratis censentur sublata, vt late in hoc viden. dixit Cesar. de Grass.
39 Rot. Aud. in sua decis. 9. nu. 1. & seq. alleg. Aegid. decis. 333. Cæterum autem nullitates sanantur per Signaturã gratiæ, & maximæ si iura partium fuerint inualida à principio, ac lite pendente noua iura supernenerint, tunc de facili datur commissio, vt auditor, seu alius iudex procedat, constito de bono iure orotoris, Gomes. in compend. vtriusque sign. vers. eodem modo reparantur. Rom. cons. 299. Gemin. cons. 79. Aegid. decis. 62. & 102. Alia & sic secunda est nullitas, quando iudicium tractatur cum falso procu-
40 ratore, qui nullum habet mandatum. Bar. & DD. in l. licet. C. de procur. Abb. in c. in nostra col. 7. eod. tit. & adeo est talis nullitas potens, quod trium sententiarum conformium exequutionem
41 impedit. Alex. cons. 77. nu. 8. vol. 2. Hip. de Marc. sing. 10. Ancher. in Clem. 5. de re iudic. Gemin. cons. 24. col. 5. Bald. in l. generaliter. col. 1. C. de epis. & cler. Rom. cons. 42. & cons. 115. glo. in
42 Clem. vnic. in verb. non obstante de sequest. poss. & fruct. & sublata exceptione nullitatis, minime ista sublata censetur, vt late tradit Couar. pract. quæst. c. 25. num. 4. concludens prope finem num. quod tunc impeditur, ex hac nullitate trium conformium exequtio; quando omnino procurator mandato, & Iudex iurisdictione caruit, vt dixi supra; Idem dicas si procurator fuerit re-
43 uocatus, & reuocatio ad eius notitiã, & aduersarij pariter deue nerit; qui si deinde agat, iudiciũ nullũ reddit, ex quo orietur nullitas insanabilis, vt dixit tex. in c. in nostra de procur. & in d. l. licet C. eo. tit. ac pariter sentẽtia ita lata nulla erit. C. ex insinuatione eod. tit. plus etenim est mandatũ fuisse reuocatũ, quã à principio nõ habuisse mãdatũ, ratio est quia egit cõtra voluntatẽ Dñi. c. ex
44 parte decani, vbi gl. in verbo mandatũ de rescrip. nec ẽt tollitur talis nullitas refectis expẽsis, vt dixit Stafil. de lit. Iustit. c. postremo nu. 8. at si causa tractata fuerit cũ asserto procuratore, & lata sentẽtia non cõstito de mãdato, si tamẽ de illo post sententiã con-

stabit

stabit sustinebitur sententia, Cressen. in decis. 1. nu. 4. de sent. & re iud. quod non credo verum, si precesserit protestatio, sed id
45 non prosequor. Tertia nullitas insanabilis ex citationis defectu prouenit, nam cum sit de iure naturali, & diuino, adeo ad actus subsistentiam necessaria est, quod si omittatur, quilibet actus iudiciarius factus absque ex ipso iure est nullus. l. de vno quoque. ff. de re iudic. Clem. Pastoralis eod. tit. nec processus, nec sententia per consequens tenent Innoc. in c. presenti num. 4. de rescrip. & in c. querelam nu. 2. de procur. l. si cum à nullo. ff. de re iudic. l. uir. bonus. ff. iudic. solu. c. vt debitus de appel. Bal. in marg. ad Innoc. in verb. citatio. primo ac cum species defensionis dicatur, ad hoc vt in iuis vocatus iura sua tueri valeat, ac partium assertione merita causæ pandantur, & de iure naturali omittenda nō
54 tur sententia, perinde ac si esset in ea error expressus, cap. cum Bertoldus de re iudic. Aut nullitas non constat ex eisdem actis, sed requirit altiorem indaginem, vel aliquam probationem, tunc iterum subdistinguendum est, aut principaliter intentatur nullitas, aut incidenter, si principaliter requiritur litis contestatio, & iuris ordo seruari debet, & dixit Innocen. in cap. iudicis officium. nume. 2. de offic. iudi. vbi multos connumerat casus, in quibus ordine iudiciario prætermisso, iudex procedere valet, quem vide ac in praxi eius dicta tenementi. Aut incidenter, & tunc non requiritur aliqua litis con-

testa-

testatio, de quo vide late. decis. 3. de lit. conte. in nou. nam si in causa appellationis, etiam de nullitate agatur, tunc pariter non est necessaria litis contestatio, quia isto casu est pars appellationis, nullitas intentata, nam agitur de iudicis iniquitate, absque eo, quod ius partis tangatur, igitur cum appellatio sola nullitatis cognitionem deuoluat, non est necessaria litis contestatio, de quo late habemus decis. 5. de lit. contesta. in nou. & in isto particulari succinte relata sint præfata, sed non om-
55 mittam dicere, quod causa nullitatis impedit litis contestationem, & ante litem contestatam opponi potest, decis. 2. de lit.
56 contesta. in antiq. Videamus modo an in eadem commissione posit cumulari causa nullitatis, & restitutionis in integrum, & conclusiue loquendo dico, quod sic, ex mente. Innocen. in cap. ex litteris. de restit. in integ. decis. 7. de restit. spolia. in nou. Innocen. in c. constitutus. num. secundo, de in integ. restit. Franc. in cap. dilecto. quæst. 21. de appel. Guid. Papa decis. 143. Aegid. decis. 198. Vant. in tract. nullit. in tit. quot, & quib. mod. nul. in iud. prop. nume. 7. & 8. & nume. 14. ratio est, quia causæ iste non sunt intra se repugnantes, seu contrariæ, nam eo ipso, quod quis contractum rescindi petit, quia exempli gratia deceptus vltra dimidiam, præsupponit contractum ab initio validum, vel saltim talem, vt det coloratum titulum, possidenti, cum igitur sit bone fidei possessor, non spoliat. ob id. Bald. in l. edita. nume. 86. C. de eden. in eodem rescripto, & appellationem, & restitutionem in integrum peti posse asserit, non autem simpliciter, & copulatiue, sed conditionaliter, & disiunctiue, exempli gratia, ego sum lesus, peto committi causam restitutionis in integrum, & appellationis, tunc si non adest lesio, non intrat appellatio, & sic manet conditionaliter, & disiunctiue de per se, quoniam lesione probata, admittitur orator ad agendum, vt clare apparet ex cap. constitutus. in fin. & ibi gloss. in verbo constiterit, de restitu. in integ. l. nam, & postea. 9. si minor. vbi Alexand. nume. septimo, & 8. ff. de iure iurando, ratio vrget, quia si non fuit in tempore appellatum, quis est exclusus a facultate appellandi, sed nisi de lesione con-
58 stet, restitui non debet, & apparet ex eo, quo non fuit a sententia appellatum, præsumitur, quod iusta sit, & fuerit, cap. cum inter de re iudica. l. heremnius. §. caia vbi DD. ff. de quæst. sicque, nisi de lesione constet, non intrat restitutio, quia re-
57 stitutio dicitur actio vtilis, qua obtenta, ex ea alia oritur,

actio quæ dicitur rescissoria, licet sit prosequtoria, cum detur contra regulas iuris, & sic personalis, vt dixit Castren. in dicto §. si minor. numero primo, & ideo caute in commissione restitutionis in integrum, per Signaturam Iustitiæ concedenda, ponitur clausula si qua mihi iusta causa, de qua late in commissione. de restitutione in integrum, Deo dante verba faciam, Argumentum autem, non appellauit, ergo dicitur lesus non valet, nisi adsit alia causa, seu bonum ius, & ita obseruat Romana Curia, vt dixit Castren. in d. §. si minor num. 7. quod in minore pariter locum vindicare dixit, Oldrad. in cons. 108. nu. 5. l. minor autem magistratus ff. de minor. l. vltima C. de in integr. restit. min. & restitutio talis infra tempus vnius anni, & vnius diei peti debet, vt dixit tex. in d. §. cum inter vers. quare supplicauit, vel intra quadriennium, vt ibi glos. in verbo tempus. Immo Rota seruat, quod in causa nullitatis appellationi non defert, nisi de grauamine apparear, & idem si processum nullum dicat, vt habetur in decis. 70. de appell. in antiq. & decis. 1. de libel. oblat. eod. lib. Sed an exceptio nullitatis in iudicio adipiscende attendatur, succesiue ponamus, ac per consequens, an
58 lata sententia, si super nullitate porrigatur commissio, an attenda, seu ad effectum suspensium concedenda, breuiter id decisum inueni per dominos de Rot. in decis. 1. num. 2. de restit. spoliat. Bisign. in antiq. cum supra relata distinctione, videlicet, quod si nullitas requirit altiorem indaginem, non erit attenda, secus autem si constaret ex eisdem actis, quod etiam inibi domini resoluerunt habere locum in iudicio retinendæ, Pro-
59 cessus in causa beneficiali fuit factus literis non expeditis porrecta commissione, eius sanatio petitur, tunc que si causa fuerit absente parte agitata, commissio non conceditur, & id propter regulam de literis, secus autem si parte præsente, quia cum præsens, & tacens non opponat, & approbet, & sibi præiudicium infert, & tunc vera scientia eum contumacem constituit, decis. 11. in fin. de dol. & contu. in nou, sed quando parte absente commissio sanatoria talis nullitatis dari contingat, clausula apponenda est, parte iterum legitimæ citata, ex signa-
60 tura gratiæ, quæ clausula importat, vt ex processu facto iudicari nequeat, nisi pars denuo legitimæ citetur, vt dixit Vestr. in sua prax. lib. septimo, in capitu. primo, nume. sexto. Tunc autem (vt ibi subdit Vestr.) nullitates processuum sanantur, quando non sunt ex tribus, seu non concernant probationes,

& merita causæ. sed tãtum iudicij ordinatoria, & tales sanationes ante sententiam, & absque refectione expensarum, quod
61 non procedit in profanis, Stafil. de lite Iusti. in c. post remo. num. 17. Vestr. in sua prax. lib. 5. cap. 13. nume. 6. & lib. 7. cap. 1. num. 8. ratio est, quia Papa habet in beneficialibus liberam potestatem, & sic rationibus prædictis in causis beneficialibus nullitates sanat, vt ibi dixit Stafil. & Anto. de Butr. in capit. constitutus. de relig. domib. Clemen. prima., vt lit. penden. & quod ante sententiam in beneficialibus detur commissio nostra sanato-
62 ria nullitatis, absque clausula refectis expensis, dixit idem Vestr. vbi supra libro septimo, capitu. primo, nume. octauo, secus autem post sententiam, quia non conceduntur, aut si raro cum clausula refectis expensis cum iam parti ius sit ex ea quæsitum. Commissioni itaque huiusmodi nullitatum sanatoriæ, vt plurimum, quando in Signatura S. D. N. conceditur, solet addi clausula refectis expensis, quod ea quippe ratione æquum apparet, cum ius, vt quis ex sui delicto, & culpa commodum habeat non patiatur; nec quia, vel ex sui, vel procuratoris imperitia, seu culpa nullitatem commiserit, debet æqualis esse condictionis cum illo, cui ex ea est ius acquisitum, qui si dari contingat commissio, non debet ob id
63 pati expensarum damnum. Processus qui in partibus fabricantur, vt plurimum nullitatis vitio subiacent, seu parum valent, vt testatur Aegid. conclusio. 54. & Stafil. vbi supra in capit. si quis piam. numer. nono, & ideo petitur in porrecta commissione procedi in causa ad vlteriora reiectis quibuscunque
64 nullitatibus, intelligendo ordinatorijs iudicij regulariter, vt dixi, & tunc pariter additur clausula, constito de bono iure, in negotio principali; ac sine expensarum refectione, dummodo ante latam sententiam id petatur, quia post latam, non datur commissio nisi cum clausula refectis expensis, sicque pariter quando casus accidit, sanantur processus facti in curia; dummodo non adsit aliqua ex supradictis nullitatibus, insanabilibus, & sine refectione expensarum, quæ clausula non ponitur in commissione ante sententiam, quando pars non obijcit de nullitate, processus, sed si eam allegaret, erit omnimode apponenda clausula refectis expensis. Quando autem
65 paupertas adest, tunc ex Sanctissimi Gratia datur commissio, cum clausula reseruatis expensis in fine litis, constito de paupertate, de qua prius debet constare cum sit conditiona-

liter

liter appositum verbum constito, vt supra retuli, & dixit
66 Stasil. in d.capit. citatio personalis. nume. 14. & capitu. si quis piam. nu. 10. Alleg. decis. Aegid. 44. quæ paupertas aliter quam per iuramentum probari debet, vt ibi Stasil. at quando de paupertate non constet, non solet dari commissio absque clausula præfata, vt Vestr. in d. lib. 7. cap. 1. num. 8. ait. qui regulam dat procuratoribus, vt in similibus commissionibus addant hæc
67 verba, si quæ de iure veniunt reficiendæ, de qua late hanc regulam reprobando supra dixi; clausula autem refectis expensis non datur in commissione; quando ex vtraque parte adessent nullitates, decis. Rot. Diuers. 321. nume. primo, par. prima, Aegid. decis. 313. & 319. Sed si pendente lite super nullitate attentatur, videamus an talia attentata sint reuocanda, ac pendente iudicio nullitatis attentatorum commissio danda, aliæ artem nullitates præterquam ex tribus prædictis cum mere iuris positiui sint, neque merita causæ, seu iura partium tangant, sed potius videatur inductæ ad quærendã iuris rigorẽ sanantur in Roma. cur. & datur cõmiss. maxime in beneficialibus, cum mere iuris positiui sint in vim commissionis nostræ, passim sanantur, intelligendo, vt supra dixi de illis, quæ iudiciorum solemnitatem concernunt non de illis, quæ instruunt, & decidunt gloss. in clemen. sæpe in verbo deffensiones, vbi DD. de verbo. signifi. Barto. in extran. ad repr. in verb. figura, Ancher. consil. 97. quæst. 2. Vant. vbi supra, in titu. qua procu. & senqui dict. null. numero 25. qui ita de stilo curiæ seruari asse-
68 rit. Nam tritam regulam habemus, quod nil nouandum est
69 appellatione pendente, tot tit. nil nou. appella. penden. C. & sic, si sententia dicitur nulla, non est exequtioni demandanda, ideo per consequens attentata commissa tali pendente nullitate in primis, & ante omnia reuocanda, nam sicut iudex appellationis potest, ea pendente omnia attentata reuocare, ita etiam iudex nullitatis, vt dixit Barto. in l. prima, nume. 18. C. quando prou. non est necess. & eandem sententiam sequti fuere. Bald. in authen. quæ suppliçatio in. fi. C. de præc. impe. off. Iaſ. in l. prima, nume. primo, C. de bon. poss. secun. tabu. & licet multi tenuerint contrarium expresse, quod lite pendente super nullitate attentata non sint ante omnia reuocanda, ea ratione suffulti, quia respectu istus exceptionis trium conformium exequtio non impediatur, licet appellatione pendente, nil nouandum sit, vt dixit idem Bal. in d. Auth. quæ supplicatio, & alij relati per Co-

uar.

tiar. pract. quæst. cap. 25. num. 6. tamen breuiter distinguendum
erit, quod aut nullitas opponitur via exceptionis ad exequtio- 77
nem impediendam, & tunc iudex exequtor non debet de ea cō-
70 gnoscere, vt dixit Innocen. in cap. cum in iure. nume. tertio, de
offic. deleg. Aut talis exceptio principaliter opponitur, quan-
do principaliter agitur de nullitate, & tunc nihil appellatione
pendente nouandum est, tamen si ante iudicis inhibitionem
attentatum fuerit, non erunt reuocanda, sicut post inhibitio-
nem, ita dixit Couar. pract. quæst. cap. 25. numer. 6. Rip. in d. §.
condemnatum, nume. 18. Vant. in tract. de nullit. quod, & qui
modi. &c. nume. tertio. Sed contrarium tenuit Rota, vt colligi-
tur, ex decis. 3. de except. in nou. quod si incontinenti probetur
(vt dictum est) tunc impediant exequtionem, sin autem secus,
quod non impediant, etiam quod inhibitio esset legitime fa-
cta; ob id agens super nullitate finem causæ expectare debet,
in quasu obtinebit, pariter reuocabuntur attentata, & exequ- 71
tio, vt late supra dixi, quod verius credo, stantibus re-
71 latis, & propter Rotæ authoritatem. Quando autem statu-
tum siue lex requirit, in actu faciendo aliquam solemnitatem,
si solemnitas omittatur, actus erit ipso iure nullus, at si requi-
rat solemnitatem post actum consumatum, vt esset insinuatio,
quæ interponitur ex post facto, tunc actus annullatur ope ex-
ceptionis, glo. com. approb. in l. vniuersa. vbi Ias. nume. septimo,
& octauo, C. de præc. imp. offer. Bart. in l. cum lex. nume. octauo.
C. de fideiuss. Abb. in cap. secundo, nume. quinto, de testa. Roma.
72 consi. 205. Bald. in l. non dubium. colum. fin. C. de legib. & quan-
do lex, vel statutum vtitur verbis futuri temporis, actus non
est ipso iure nullus, sed ope exceptionis, at quando vtitur ver-
bis præsentis temporis importat nullitatem ipso iure, Ias. vbi
supra, nume. 6. & 14. Pariter contigere poterit, quod producta
commissione ille contra quem est impetrata, citatus compa- 73
reat, & rescriptum vti subreptitium, & obreptitium impug-
net, nam ipso iure rescriptum subreptitium nullum est, vt
dixi supra Oldra. in consil. 257. Felyn. in cap. ad audientiam el 80
2. nume. 22. de rescript. licet obreptio multum afficiat, vt per
Gozzad. consi. 2. nume. 23. Parl. consi. primo. nume. 71. volum.
primo, & si vis videre, quot obijci contra rescriptum ex capite
subreptionis, & obreptionis possint, vide Hostien. in sum. in
titu. de rescript. nume. 3. vbi centum, & vnum modos congerit.
Tamen Iudex vel pronunciando rescriptum, non subreptitium,

omnia vel

vel obreptitium, vel procedendo, ad vlteriora, & sic tacitè
73 obiecta repellendo procedit, in hoc autem casu cautus sis appellare, nondum ab expressa interloquitione, verum etiam a tacita reiectione, per processum ad vulteriora, & tunc si stante appellatione iudex ad vulteriora procedat, omnia nulla erunt, secus autem si non fuerit appellatum, vt de magis communi testatur. Abb. in cap. cæterum. nume. 9. de rescript. Felyn. in cap. suborta. nume. quarto, de re iudi. & idem sernes in quolibet actu particulari, vt puta, in non admissione iurium, sine protestationis, vel exceptionis, quia stante appellatione interposita, ac protestatione, vel reiectione, tacita siue, expressa, omnia erunt nulla, Abb. in capitu. cum olim. in 3. not. de offic. delega. & in capit. ex parte el 2. colum. prima. de appella. Felyn. in cap. Sanctæ Mariæ. colum. secunda, versicu. nec excusatur do constit. Committitur causa cum clausula in commissione in-
74 serta, & solita, ac consueta, in causa & causis, &c. Iudex cui commissio directa erat concessit monitorium, deinde monitorio non parens fuit suspensus, a diuinis, & causa appellationis in Rota demandata extitit, in qua obijciebatur de nullitate, ex defectu iurisdictionis, quia primus Iudex supradicta facere non valebat. Tamen Domini non adesse nullitatem asserunt, quia virtute dictæ clausulæ, quam, & quas Iudex habuit iurisdictionem, vt patet ex decis. Rotæ diuersarum. decis. 284. nume. secundo, libro tertio, late. Attentans nulliter agit, & omnes actus nullos reddit, Lancel. de attenta. d. capitulo 3. n.
69 numer. septimo, ad tollendum multorum attentatorum obstaculum, quæ ante omnia purganda veniant, & sic vt lites in longum non protrahatur, porrigitur ipsissime commissio, in qua supplicatur committi iudici causæ, vt relectis attentatis, procedat in negotio principali, istæc commissio vt plurimum concedi-
75 tur, sed additur clausula, constito de bono iure, quæ clausula constito conditionem importat, vt supra late dixi, & ideo ponitur clausula constito de bono iure, quia attentata lite
76 pendente facta ad instantiam illius, de cuius non iure clare constat, non sunt reuocanda. Innocen. in capitu. constitutus de fil. presbyt. Rota decis. septima, vt lite pẽden. in antiq. sicut dicimus in interdicto. vnde vi, quia illo casu id petere sua non interest capit. cum inter canonicos de electio. capitu. non solent. 3. quæst. sexta capitu. veniens de testibus, & idem habetur in vt decis.
75 num. 1. de appel. eod. tit. Cassad. decis. 3. num. 4. de restitut. pol.

Immo

314

Immo de bono iure reuocationem petentis constare ante omnia debet, & iudex an cõstet, vel non in primis declarare debet vt fuit decisũ in Rota, corã D. Rub. in vna vlixbonen. & late Lancel. de attentat. in tit. pendent. restit. in integr. num. 11. quando autem constat de non iure petentis reuocationem attentatorum virtute illius clausulæ, dummodo in commissione ad partium instantiã expedita, & nõ in motu proprio id fiat, tunc durant attentata, vt late per Lancell. vbi supra in titu. qui. & quot. mod. attent. reuoc. num. 20. & seq. de quibus in seq. com. verba faciam Deo dante.

DE

25 *Attentata non reuocatur prohibita appellatione a iure vel Principe & nu. 30.*
26 *Attentata non sunt vbi non adest lis.*
27 *Attentatorum causa summarie expedienda.*
28 Attentata reuocantur in qualibet parte iudicij.
29 *Attentatorum. & appellationis commissio insimul peti possunt.*
31 Commissio attentatorũ dirigitur iudici cuius maiestas est læsa, & quare.
32 Attentans contemnit iudicis authoritatem.
33 *Attentata reuocantur absque commissione.*
34 Commissio attentatorum datur omnibus interesse habentibus, & n. 42.
35 Attentata duplici modo per commissionem tolluntur.
36 Commissio, vt constito de bono iure reiectis attentatis quando detur.
37 Commissio reuocationis attentatorum conceditur cum clausula prout de iure.
38 Clausula prout de iure quando in commissionibõs apponenda.
39 Clausula in primis, & ante omnia deletur in commissione attentatorum
40 Commissio attentatorum, vel cum clausula attentata concernẽte non datur quando feriæ sunt propinquæ, & quare.
41 Commissio præfixionis termini datur in causa attentatorum.
43 Commissio attentatorum datur contra hæredes attentatis.
44 Commissio attentatorũ quomodo detur in mãdato de manutenendo A. C.
45 Attentare & innouare differunt, & quare.
46 Clausula attentata, & innouata, quare in commissione ponatur.
47 Verbum nihil quid importet.
48 Iudex post sententiam in possessorio latam apponens sequestrũ attentat
49 Iudex non attentat exequendo in possessorio.
50 Commissio attentatorum contra tertium non litigantem non datur, & quare, limita vt nu. 51.
42 Attentata quando committantur stante monitorio A. C. super iactationibus.
53 Iurisdictio per productionem mandati procuræ etiam cum protestatione nihil fieri nisi producente citato non prorogatur.
54 A. C. non habet iurisdictionem in causis beneficialibus, declara vt sup. num. 52.

CAP.

CAP. I.

NImis,nimisue ius dicentis authoritas contemnitur, si litigantium temeritas dum inhibitionibus parere recusant, ac appellatione pendente attentando innouare audent, pœnis debitis ob
1 id a iure inflictis non coercentur, Nam si attentans eodem contextu ius, iudicem, & partem offendit,decis.5,num.2.de rest.spol.in nou.vt ius contræ eorũ temeritatem insurgat, rationi consonum est, cum magistratibus obedientia sit exibenda,vt colligitur in c.1.in fi.de app.in 6.Iniquum namque videtur, dum de iudicis sententia, quæ bene, seu male proferri potest, eaque prolata suo est munere functus, per prouocationem ad superiorem, sua est iurisdictio suspensa, ac manus ligatæ remanent, ad iuridicum appellationis remedium interrumpendum innouetur,c.venientes,de iur.iur.l.iudex post
2 quam ff. de re iudic. Nam attentare delictum est, & in malam partem sonat, Aegidius decis. 18. & ideo, aut ante, aut post sententiam,quicquid attentando commissum sit,tolli debet,Cassador. decis. 4. nu. 2. de cauf.poss. & prop.Decem,& octo pœnis ius attentantes, pro facti qualitate puniendos statuit, doctissime,vt in omnibus sui moris est,relatis per Eccellentissimum D. & præceptorem meum, D.Robertum Lancellottum Iureconsultum Perusinum, in Ro. Cur. à multis annis aduocatum celeberrimum,in suo tractatu,de attent.vbi omnia, quæ circa hanc materiam dici,& excogitari possunt congerit, in c.31.nu.7. & seq. par.3.quem adire poteris,cũ hic pauca ad attentatorũ cõmissionẽ pertinentia,breuiter in vnum cõgerere statuerim, de quibus
3 etiã loquutus fuit Couar.prac.quæst.c.23.& 24.ac Mandos. in nostra de attent.cõmissione.Attentatorũ autẽ purgatio tribus modis fieri cõtingit,primo per iudicis, sententiã in qua actus attentati reuocantur,secundo per partem, ex litis cessione iudicialiter facta, tertio per Principis rescriptum, de duobus primis modis nostrum loqui modo non est, sed de tertio, circa quem scias,
4 quod duobus modis, per Principẽ tolluntur,primo impediendo ne actus, qui de sui natura attentatus diceretur, in attentatum trãseat,sicut alias videmus in beneficij litigiosi collatione, ac in licentia alienãdi rem in iudicio cõtrouersam,secundo modo cõfirmando actum iam attentatũ effectum,seu prætensum,nam tũc
5 Papæ confirmatione accedente,attentatũ euanescit,vt late Lancell.de purg.attent.par.3.c.29.nu.15.24.55.& 75.subdens,quod supradictis casibus attentata in pristinum statum reducuntur,

siue

316

siue per plenariam executionem sententiæ, quibus duobus modis,
etiam tertius addi potest, dum commissione nostra mediante,
5 prout iuris fuerit eorum reuocatio demandatur, Attentatum (vt
Lancellot. dixit) seu innouatum, est omnis actus sine rationabili
causa lite, appellatione, aut his æquipollentibus pendentibus, a Iu
dice seu a parte, aut ab habentibus causam ab eis, in contemptum
iurisdictionis, & præiuditium partis factus, officio eius, cuius læ
sa fuit maiestas, in primis, & ante omnia reuocandus in hoc tamen
7 vnum præsupponas quod attentata ea dici non valent quæ extra
iudicium fiunt, & deducuntur decis. Veral. 54. num. 1. lib. 1. sed be
ne ea, quæ in spretum inhibitionis, seu appellationis, vt idē Verall.
decis. 24. nu. 2. eod. lib. & de stylo Rotæ quicquid contra inibitio-
8 nē fit attentatū dicitur, Dummodo inhibitio sit vera & non condi
ctionalis vt decis. Fabij 57. & infra dicam ratio est, quia licet inibi
tio sit iniusta, cum in curia facilis sit ad Papam pro remedio adi
tus, ac etiam si essemus in partibus non esset aperienda via atten
tandi, & iudicandi de viribus inibitionum superiorum, vnde cum
ex præmissis oriatur contemptus ita tenuit Rot. vt per Acchil.
decis. 29. de attentat. quæ vt plurimum post appellationem com
mittuntur, Veral. decis. 49. nu. 4. lib. 1. & licet attentata facta intra
decem dies datos ad appellandum debeant reuocari tamen id non
9 militat si in dicto decendio nō appelletur quia cum sententia in iu
dicatum transeat non intrant attentata Couar. prac. quæst. cap. 23.
10 num. 2. vers. illud tamen. Hinc est quod cauetur in titulo. ff. nil.
nou. app. pen. & non inibitione quia communius post sententiam
fiunt, & in hoc non sufficit per confessionem partis probare fuis
se appellatum, nisi probetur infra decē dies & per habentē potesta
tē appellationem interpositam & sic duo necessario probāda sunt
primo appellasse, secundo intra tempus, nam non concludit appel
lauí, ergo infra tempus decem dierum, quia, qui dicit solemnitatē
extrinsecam illam probare debet decis. 30. de App. in nou. d. cap.
non solum vbi Franc. Couar. prae. quæst. cap. 23. num. 1. vers. secun
do præscripta, nam dato etiam quod inibitio esset iniusta, nihilo-
11 minus si ea exequta attentetur, Primo de eorum reuocatione,
deinde super validitate, vel inualiditate inibitionis agendum erit,
decis. 20. de app. in nou. cap. Rodulphus de rescrip. cap. exibita de
excep. cap. Significauerunt de app. cap. Romana, & cap. Non solum
eod. lib. in 6. Alex. consi. 89. nu. 9. lib. 1. Dec. consi. 103. in princ. late
Lancellot. de attentat. app. pen. cap. 12. num. 19. par. 2. ex regula,
quia inibitio iusta, vel iniusta, timenda est, l. 19. 1. ff. de nou. ope.
nun. c. significantibus de app. Rot. decis. 26. num. 2. de app. in antiq.
semper tamen præmittendo quod attentata præsupponantur lite

12 mota & tunc si aliquid innouetur Capic.decis.72. num.2. Reuocantur attentata, aut via ordinaria, aut extraordinaria, Via ordinaria, aut ad instantiam partis, aut Iudicis officio, & sic iustitia mediante, vt infra dicam, extraordinarie, tunc reuocari dicuntur, quãdo commissione porrecta, id fieri ad partis instãtiam supplicatur, seu interdum motu proprio ex se Papa illa tollit, & de hac reuocatione ex motu proprio habetur in c. 1. & in cap. bonæ de appel. vbi Papa attentata facta, dum ad Curiam recurritur absque alio iudiciario ordine ex se, & sic motu proprio tollit, de quo pariter nihil amplius dico, Attentata vero sunt adeo priuilegiata, quod in attentãtis odium primo super ipsis est procedendum, decis. Veral.

13 154. num.2. lib.1. & causa præfata potens est suspendere, tam petitorium, quam possessorium, Véral. decis. 51. nu. 2. lib. 3. Sed aduer 8

14 tendum in hoc est, quod talem reuocationem petens post biennium audiri non debet, vt habetur inter decisiones diuersorum, decis. 758. tom. 3. ob id neque post biennium danda erit commissio, quia si ius eorum reuocationi non assistit, immo eam repellit, inseruiret commissio de uento, & potius apta esset ad lites innouandas. At si quis obtenta commissione attentatorum, eaque in

15 actis producta patiatur, nulla de eis mentione facta in negotio principali procedi, & super eo cognosci, illis renuntiasse videtur, secundum decis. Veral. 60. per tot. lib. 1. & si adsit res iudicata non poterit deinde dari de attẽtatis appellatione pendente, Cresc. de-

16 cis. 140. licet contrarium teneat Lancellot. de priuil. atten. nu. 44. & 45. pendente termino decem dierum ad appellãdum, si interim executio fiat, quo remedio appellans erit iuuandus? In hoc autẽ casu Alex. cons. 89. nu. 7. volum. 1. vers. quo autem, dicit quod per officium Iudicis a quo implorando, vt per viam attentati execu-

17 tionem reuocet, hinc praxis Curiæ inoleuit, tam in iudicibus ordinarijs, quam delegatis, vt quotidie litigantes dum a decretis appellant, reponant, & deinde, ac si nunquam esset appellatum, ad causæ expeditionem procedant, nec ob id attentant, neque aliud præiudicium appellationi inferunt, sed potius causæ faciliorem præbent expeditionem, vt dixit Vestr. in sua prax. lib. 8. cap. 4. nu. 6. cap. si a Iudice de app. in 6. & multos alios casus similes, in quibus Iudex non attentat, ponit Spec. in §. nouissime de app. & post eum Lancellot. vbi supra quos non prosequor. Immo ista repositio appellantis, cum grauamen reuocare videatur, vt Rota de probat. decis. 12. in nou. facit, quod acta facta coram Iudice ad quem medio tempore, sint nulla, & si post talem appellationem, secuta repositione appellans Iudicem procuret, & iste Iudex datus procedat, nulliter facit, vt late Lancellot. de att. ap. pe. limit. 1. num.

13. &

13.& sequen.cum adduct.par. 2. Et de tali praxi loquitur Dec. in cap. cum cessante 8. not. de app. & sic quemadmodum iudex partem a grauamine appellantem reponit, eodem etiam modo si pars a dicta repositione prouocat, eam reponit, Nam tunc a tali repositione pars poterit appellare, ratio est, quia reponendo primum appellantem iudex eum grauasse fatetur,& ob id ad pristinum statum ipsum restituit gesta reuocando, & talis prima repositio fit animo melius deliberandi, vnde cum postea aliam partem reponat,declarat animum suum,ac denuo grauamen inferendo, prouocandi occasionem tribuit,vt dixit Rot.in decis. 12.per tot.de probat. in nou. quod amplia procedere non solum in appellatione iudiciali,verum etiam in extraiudiciali, vt late Lancel. de atter. ap. pen.nu.26.cap.12. limit. 1. par. 1. vbi per ampliationes & limitationes diffuse id tractat,& præmissorum ratio esse potest,quia vt supradixi in appellationis commissione, non ita de facili ab interlocutoria ius appellationem admittit,cum ceu inrationabilis semper sit,Pariſ.cons.49.num.21.volum.4.decis. 58.per tot. de app.in nou. & in decis. 1. cod. lib. de offic. deleg. & in isto casu iudex ad quē, nisi causa cognita inhibere non debet vt d.decis. 58. nu.4.igitur si tali appellatione non obstante iudex procedat, cum vt citius lis expediatur id fiat,non dicentur neque attentata commissa, ne-
18 que actus nulli,cum facti sint pendente friuola appellatione,quæ talis dicitur,quando appellans ex ea iuuari nequit,at quoniā multa super hoc dici possent,nec dari certa regula, id arbitrio iudicis relinquendū est,vt firmauit Menoc.de arbitr.iudic. lib.2. Centur.
19 2.casu 197.nu. 7.& per tot. hoc tamen subdam, quod commissio attentatorum quando sumus in appellatione ab interlocutoria nō est danda,neque attentata reuocanda,nisi donec, & quousque di-
20 cta appellatio fuerit iustificata, seu expeditum negocium principale, si cum ipso admixtionem habet, exemplum poni potest in Episcopo volente aliquam Ecclesiam visitare, quam Rectores ex indulto Apostolico liberam prætendens a tali visitatione appellat, & nihilominus si ad ulteriora Episcopus procedat, cū habeat pro se ius commune non attentat, quia non est appellatio a diffinitiua,ideo debet prius iustificari causa, uel asserta immunitas allegata ad subsistentiam appellationis,& attentatorum, & deinde su-
21 per ipsa agi,& sic in similibus, ut dixit Rot. de app. in nou. decis. 35. in hoc etiam cognoscitur differētia inter appellationem a diffinitiua,& interlocutoria, quia appellatio a diffinitiua, statim habet secum iustificationem ad effectum suspensiuum, ab interlocutoria uero non & idem censendum erit de appellatione extraiudiciali,ut late per Couar.id disputantem prac.quæst.cap.24.num.1.

22 2. & 6. Dicebam supra, reuocationem attentatorum duplici via peti posse, directe, vel indirecte, directe quando in ordinario iudicio vna cum negocio principali eorum reuocatio petitur, indirecte quando in primis, & ante omnia pendente iudicio reuocari petuntur, quod fieri potest, vt abunde dixit Lancel. in tit. qui, & quot 23 mod. att. reuoc. nu. 1. & seq. part. 3. & tunc ista attentatorum cognitio, vlteriorem processum in causa principali silere facit, ad instar causæ possessorij, & petitorij, quia dum in possessorio proceditur, petitorium conquiescit cap. 1. de rest. spol. Afflic. decis. 98. nu. 3. Ita quoque in negocio principali nihil agendum erit, dum attentata reuocari petuntur, etiam si de nullitate causæ agatur, 24 Afflic. vbi supra nu. 3. & 4. subdens nu. 5. Quod si iudex ea non reuocaret pendente appellatione, a diffinitiua iniustitiam faceret, cum in quacunque iudicij parte reuocari valeat, decis. 27. de app. in nou. Mil. s. in suo rep. in verb. attentata post appellationem licet multi adsint casus, in quibus in primis, & ante omnia attentata non reuocentur relatis per Vestr. in sua prax. lib. 8. cap. 4. nu. 9. & post eum vltra ducentos retulit Lancel. de priuil. attent. cap. 30. priuil. 25. par. 3. quos cum ordinem iudiciarium concernant, non 25 refero; Regulam tamen generalem pone, vt infra latius dicam in cap. 2. quod attentata in casibus, in quibus a iure seu Principe appellatio est prohibita, non sunt ante omnia reuocanda, glo. in cap. non solum in vers. casibus de app. in 6. Couar. prac. quæst. 26 cap. 23. nu. 4. vers. sexto est omnino, cum adduc, sed ad attentatorum existentiam, est his præsupponenda, alias si non adest, non po- 27 test dari de attentatis Lancel. in præfar. de attent. nu. 57. Hinc est, quod summarie, & celeri manum eorum iudicium expeditur ad tex. in cap. non solum de app. in 6. Afflic. d. decis. 98. nu. 5. & magis communem sententiam, de qua per Mandos. in commis. attent. in 28 vers. officio iudicis, & subdens quod in quacunque iudici parte eorum annullatio postulari valet vsque ad conclusionem in causa, intelligendo tamen de attentatis factis ante conclusionem in in causa, & non post, & dum super ipsis agitur, fatalia non currunt vt dixi supra in commis. prorog. fatal. quod non repeto, præuia vero appellatione, etiam duplici via tolli instantur, Primo quá do cõmittitur causa appellationis, cum clausula, & facultate declarandi sententiam, & omnia inde secuta nulla, quoniam in cadé 29 commissione peti potest, vt, & causa appellationis demandetur, & attentatorum seorsum ab ea, & in hoc litis contestatio in negocio principali, causæ attentatorum non præiudicabit, Couar. prac. quæst. c. 23. nu. 3. vers. asserunt Cuman. & Aret. in l. 1. ff. nil. nou. ap. pen. Salic. in l. 3. C. de app. Secundo quando petitur in libello appellationem,

318

pellationem, rite ac iuste interpositam fore absque alia attentatorum expressa mentione pronunciari, quod ad propositum commissionis nostræ non multum facit, quia secundum relata per Lancel. de attent. & quis pos. att. reuoc. pet. nu. 27. ac ante eum Marãt. de ord. iud. par. 6. vers. quandoque appellatur num. 407. supradictæ viæ magis prouenient ex natura ipsius appellationis, cum attentata sint ad ipsam appellationem tunc accessoria, sec. decis. 1. num. 2. de app. in nou. Franc. in cap. dilecti nu. 10. quæst. 1. de app. quam ex officio iudicis, quia si sententiam nullam, vna cum omnibus inde secutis Iudex ad quem principaliter declarat, ex quo accessorie attentata sententiam insecuta fuere, destructo principali, etiã accessorium sublatum erit cap. accessorium de reg. iur. in 6. Card.
30 cap. dilecti el 3. colum. 1. de app. Hinc autem vt dixit Marant. vbi supra patet, quod Iudex quando appellationi deferendum non est non attentat, & sic vt attentatum dici valeat, præsupponendum est, quod appellationi deferendum sit, tunc q; ista reuocatio non oritur ex priuilegio attentatorum, sed per viam iustitiæ, vel ex quo aduersarius attentando iniuste me grauauit; at quomodocunque attentata tollantur, idem est, quia sant vno, aut alio mo-
31 do subuertantur sufficit. Commissionem itaque porrigit illæ, qui ex attentatis se grauatum asserit, in qua iudici ad quem, cuius maiestas læsa reperitur, eorum reuocationem committi supplicat, quia cum inhibitioni non obediendo, seu dilationi appellationis pendentis non quiescendo, iudicis authoritatem contemnat, & per consequens eius maiestatem lædat quæ in honore consistit cap. 1. de app. in 6. Bero. consi. 165. num. 19. volum. 3. Lancell.
32 in præs. de atten. num. 3. & 31. Ideo in eorum reuocatione dicitur vindicari contempta Iudicis maiestas, Oldrad. cons. 206. num. 1. cum contraueniendo prætoriam iurisdictionem, & Imperium irrisorium reddant, l. 1. ff. de nou. op. nunc. l. fin. ff. ne quid in loc. pub. Ie circo, quia in iudicis spretum factum est, semper Signatura ipsi commissionem dirigere solet, quia vt dixit tex. in cap. solicitudinem in vers. nam ad officium illius, qui de appellatione cognoscet, prudenter corrigere, quæ contra ipsum attentata fuerint, munus
33 est, cap. non solum de app. in 6. vbi Io. And. & DD. quamuis absque commissione id facere valeat, Cresc. decis. 180. Spec. in §. 1. in fin. de expen. & licet commissio præsentetur in actis absque aliqua citatione illa reuocari, & attentantem in expensis condemnare posse dixerunt, Domini de Rota teste Mohed. decis. 99. ea quippe ratione, quia ista causa est dependens a prima commissa, ac ab ea emergens, & sic uirtute primæ commissionis, potest contra atten-
34 tantem procedi. Commissionem autem hanc omnis interesse ha-

bens impetrare poteſt, vt digit Lancel. vbi ſup. in atten. & quis. poſ. at. reuoc. num. 1. par. 3. Abb. in cap. dilectis num. 14. de app. Quod habet locum tam in appellatione iudiciali, quam extraiudiciali, vt optime declarat ibidem Abb. & num. 13. & 14. ac in cap. conſuluit
35 num. 8. eod. tit. & per Commiſsionem quando attentata tolluntur, pariter duplici modo fit vno modo per Signaturam gratiæ, & alio per Signaturam iuſtitiæ; Per Signaturam gratiæ, quando Papæ porrigitur commiſsio in Signatura Sanctitatis ſuæ tantum,
36 in qua petitur, vt conſtito de bono iure, iudex reiectis attentatis, in cauſa ad vlteriora procedat, quæ non ſolet dari poſtquam ſuper attentatis pronunciatum ſit, cum non ſit res integra, & ex tali pronunciatione iudicis ius parti acquiſitum, & ob id ad eam petendam debent antequam ſuper ipſis pronuncietur ſolliciti eſſe, & quia de hac commiſsione dixi in proximi præced. cap. in fin. ac pariter de clauſula conſtito de bono iure quid importet, hic non repeto, ſed inibi te remitto. In alio igitur caſu (vt prædixi) commiſsio noſtra porrigitur, in qua petitur, vt ſeorſum a cauſa principali in primis, & ante omnia attentata reuocentur, & id officio iudicis, vt in primeum ſtatum omnia reponantur gloſ. in clement. cum lite in verb. cum lite vt lit. pend. paſsimque commiſsio quan-
37 do conceditur, ſemper apponitur clauſula dū de attentatorum reuocatione agitur, prout de iure, quæ operatur, vt ſecundum iuris
38 tramites ad eorum reuocationem Iudex procedat, & ideo ponitur clauſula prout de iure, quia quando petita omnia non ſunt concedenda, vel adeſt aliquis articulus in iure dubius, tunc ſemper ſolet fiue in corpore commiſsionis ſiue in Signatura, tale verbum apponi, vt dixit Stafil. de lit. iuſt. cap. citatio perſonalis nume. 12. Nam cum in caſu noſtro dubium ſit, an attentata de quibus agitur in primis, & ante omnia veniant reuocanda, quia multa adſunt attentata, quæ non reuocantur ante omnia relata per Veſtr. in loco ſupra cita. nume. 8. & 9. & latius per Lancellot. vbi ſupra, & pariter per Mandoſ. in commiſ. de attent. in verb. in primis, & ante omnia, ideo apponitur clauſula prout
39 de iure, deletis prius illis verbis in commiſsione poſitis, in primis, & ante omnia, quæ non ſolent concedi, ſed quia multotics aliquis cognoſcens in cauſa ſuccumbere, ad litem in longum protrahendam in vltimis audientijs vacantiarum porgit commiſsionem ſuper attentatis, eaque obtenta procurat inhiberi, & ſic ſuperſederi in negocio principali, ob id vt malitijs occurra-
40 tur, dum ſunt prope Vacantiæ, ſeu feriæ tales commiſsiones noua ſolet Signatura concedere, immo in eis quicquid attentata tangit delere. Caſſad. deciſ. 4. nume. 3. & 5. de dilatio. Licet in

hoc

hoc calidi procuratores malitijs, & fallacijs pleni, adinuenerint malam praxim, & faciunt multo ante dictas commissiones super attentatis expedire, & deinde tacent, dumq; feriæ propè sunt, citant ad dicendum contra commissionem, & sic indirectè causæ finem impediunt, in hoc autem (iudicio meo) Domini Referendarij cauti esse debent, in non signando dictas commissiones, dum feriæ propè sunt, immò delere clausulas attentata tangentes, vel causa cognita illas semper relaxare, & sic malitijs obuiabitur, vt dixit Mandos. in commissione de attentat. in verb. causam, & causas, Pariterq; vt lites immortales fiant,
41 attentatorum causam committi procurant, instando deinde vt per tres sententias terminetur; Tamen vt præmissis obuietur, poterit dari commissio pro parte aduersa, in qua instetur pro præfixione termini breuis, & peremptori, ad docendum de attentatis, quo elapso, & nihil quod releuet docto, ad causæ expeditionem procedat, & tunc si istec commissio expediri contingat, terminus siue dilatio, dum feriæ propæ sunt, plus arctari debent, quam si propè non essent, ad hoc ne sub tali clipeo interim causæ expeditio retardetur, vt dixit Vestr. loco cita. numero 21. & in specie Cassad. decis. 4. numero 5. de cau-
42 sa possess. & prop. Hanc autem commissionem omnis, qui attentata passus sit petere, & obtinere potest, vt dixit Lancellot. per octo ampliationes in titu. de act. & quis pos. atten. reuoc.
43 pet. numero 1. & sequen. Sed quid si illæ qui attentauit mortuus sit, an commissio super eis petita, & super eorum reuocatione contra hæredis attentantis sit danda? & breuiter dico quod sic, quia cum attentare non sit proprie delictum, siue crimen, & sic non personale, vt Lancello. ibidem numero 11. & quia tendit ad repositionem gestorum in pristinum statum, qui per mortem attentantis non est mutatus, ideo quemadmodum tempore ipsius attentantis reuocari poterant, ita etiam hodie cum existant;
44 Sed pone aliquis attentando possessionem rei attentatæ, de qua agitur ingreditur, deinde ad se in ea confouendum obtinet ab A. C. Mandatum de manutenendo, postea ille contra quem attentatum est, porrigit commissionem, in qua sæpe petit, vt Rotæ attentatorum causa demandetur, quo dari solet, cum clausula tamen sine preiudicio legitimæ executionis, mandati de manu tenendo, & tunc vtroque tempore agi poterit, tam super validitate dicti mandati, quam super attentatis; Lancello. de pen. attent. nume. 186. ita in Rota coram Reumano 20. Octobris 1555. resolutum fuisse asserens, licet mandatum de manutenendo denegari deberet, quando Iudex illud petentem iam attentasse sciret,

45 Apponitur pariter in commissione clausula attentata, & innouata reuocet, & quamuis attentare dicatur innouare, cum de nouo faciat ea, quæ sibi pendente appellatione vel inhibitione est prohibitum, tamen verbum innouare in commissione nostra non sonat in istum sensum, quia aduersarius de nouo iura aliqua pro corroboratione, seu conualidatione gestorum pro parte sua vel alias impetrare potest, iura iuribus addendo, & sic innouare non attentando, quia ad ista impetrandum habuit rationabilem causam, (vt dixi) quod non est quando attentat, cum at-
46 tentare fiat absque rationabili causa, & ideo dicta verba ponuntur simul in commissione, ad hoc vt attentata, & innouata respectiue se de iure non subsistant per iudicem tolli possint & de innouatis casus figurari potest, in eo, qui lata sententia in eius fauorem creditorem suum de fuga suspectum videns, eum carcerari procuret, vt iudicium tutum reddat, seu timens vt interim bona dilapidentur, vel conterantur, super eis sequestrum apponere faciat, vt dixit Lancellot. super attent. app. pen. par. 2. in 31. limit, & sic, cum innouet pro reddendo iudicio tuto, & non attentet, bene vti diuersa dicta verba ponuntur, (vt dixi) in commissione, licet multum caute in hoc sit procedendum, stante titulo
47 ff. app. pen. nil. nou. & sic efficacia verbi nihil generalis seu vniuersalis negatiuæ omnem sententiam afficit, & in minimo verificatur Menoc. in con. 35. nume. 14. lib. 1. Commissio datur multoties cum clausula, purgatis attentatis, seu pariter in causa spolij purgato spolio, quid autem illa verba purgatis attentatis innuere velint tradit Lancellot. in tit. de attent. a par. cap. 1. par. 1. nume. 51. asserens quod purgatio præfata, vltra cessionem possessionis, & actus attentati faciendam, continet in se pariter pœnam refectionis expensarum, ac fructuum restitutionem, vt dixit Roti. decis. 5. nume. 1. de restitut. spol. in nou. & istec condemnatio passim obseruatur, in Ro. Cur. & maxime in Rota, vt Cassad. decis. 13. nu. 2. de reser. Lancel. de pen. attent. nu. 97. Cresc. decis. 180. Iudex
48 in possessorio sententiam profert, & deinde apponit sequestrū possessores spoliando, & sic attentat, datur postea commissio super attentatis, quæ videtur concedenda, quia tale sequestrum attentatū dicitur, ob id, si illud reuocare noluerit, non erit commissio dene-
49 ganda, Afflic. decis. 98. Lancel. de attent. nu. 3. licet si feratur sententia in possessorio, & pars appellet, & iudex à quo tali appellatione non obstante exequatur, non attentat quia cū isto casu ad effectū suspensiuū, & appellatio, & inibitio sint inualida, ex eis attētata oriri nō possunt, Paris. cum late adduc. in cons. 98. nu. 20. 24. & seq. vol. 1. Præterea inter duos lis vertitur, tertius insurgit, ac rei vacātis pos-

50 sessionem ingreditur, isti duo litigantes, tertium attentâsse prætendunt, & commissionem super præmissis porrectam signari instât, quæro an sit concedenda, & resolutiue dico, quod non, quia quando iudex in causa inibet, solum illis inibet, qui ad causam veniunt, seu causæ præiudicare possunt, vt habetur in decis. 2. vt lit. pend. in antiq. Afflic. decis. 354. nu. 20. & 21. quod ratione suadeatur, quia si lis, quo ad istum tertium non pendet, attentata facta à non litigante non sunt reuocanda, Couar. prac. quæst. cap. 24. nu. 4. & inhibitione non afficitur, neque appellatione, ob id contra ipsum commissio dari non debet, quia nec per consequens iustitiam, seu iudicis maiestatem offendit, vt requiritur ad attentatorum essentiã, Acchil. decis. 6. alias 26. de attentat. Peregr. decis. 97. Couar. prac. quæst. c. 24. nu. 4. quod ampliq, vt per Lancel. in tit. de attent. à tertio nu. 9. & seq. par. 1. & sic præfata possessio non reuocabitur, vt attentata, sed alia via ordinaria per suum iudicem, vt puta per remedium vnde vi, vt dixit glo. in c. non solum in verbo reducendum vers. alij dicunt de appell. in 6. & idem sensit glos. in l. credi in verb. non pos-

51 sess. mand. quod tamen intellige, vt per Afflic. in d. decis. nu. 21. dũmodo ista tertius non veniat ex iure, seu alia cessione sibi facta ab aliquo ex collitigantibus, ante attentata commissa, secus autem si post cessionem cedens attentasset, vt Lancel. vbi sup. n. 1. & melius nu. 26. & 28. cum pluribus sequentibus id declarans, Contigit vt sæpe lis pendat coram A. C. vigore monitorij super iactationibus, & molestationibus in forma de non molestando, seu turbando ali-

52 quem in possessione, in qua existit, eo non obstante si aliquis hunc obtinentem monitorium possessione priuasset, nõ potest dici quod attentet, nam expræsse spoliat, quia tale monitorium sapit quandã comminationem tantum, & non inhibitionem, quod intellige dum modo monitorium non fiat cum inhibitione, in quo aduertendum est, & Rota alias resoluit, vt non dicantur attentata, si quis ab A. C. absque commissione obtineret monitorium, cum A. C. non habeat in beneficialibus iurisdictionem, vt patet ex decis. Acchil. 24. de atten. Lancel. de attent. in præs. par. 2. nu. 320. & 324. cum seq. Hinc

53 pariter infertur, quod per productionem mandati præuia protestatione, nihil fieri nisi ipso producente, & sic procuratore citato, non dicatur prorogata iurisdictio, vt Lancel. ibidem nu. 325. quod autẽ dicitur in decis. 42. de app. in nou. Quod Aud. Cam. nec etiam habeat iurisdictionem in causis appellationum, nisi id fuerit sibi à Papa specialiter de mandatũ, & tantum inter cortesanos Vrbis, verũ forsan erat illis temporibus, sed non hodie, quia R. P. D. Camillus Burghesius hodie Aud. Cam. meritissimus, iuuenis optimæ & spectatæ vitæ, literis præditus, & omnibus carus, cuius locumtenens

est

CAP. I.

NImis,nimisue ius dicentis authoritas contemnitur, si litigantium temeritas dum inhibitionibus parere recusant, ac appellatione pendente attentando innouare audent, pœnis debitis ob
1 id a iure inflictis non coercentur, Nam si attentans eodem contextu ius, iudicem, & partem offendit,decis.5,num.2.de rest.spol.in nou.vt ius contræ eorũ temeritatem insurgat, rationi consonum est, cum magistratibus obedientia sit exibenda,vt colligitur in c.1.in fi.de app.in 6.Iniquum namque videtur, dum de iudicis sententia, quæ bene, seu male proferri potest, eaque prolata suo est munere functus, per prouocationem ad superiorem, sua est iurisdictio suspensa, ac manus ligatæ remanent, ad iuridicum appellationis remedium interrumpendum innouetur,c.venientes,de iur.iur.l.iudex post
2 quam ff. de re iudic. Nam attentare delictum est, & in malam partem sonat, Aegidius decis. 18. & ideo, aut ante, aut post sententiam,quicquid attentando commissum sit,tolli debet,Cassador. decis. 4. nu. 2. de caus. poss. & prop.Decem,& octo pœnis ius attentantes, pro facti qualitate puniendos statuit, doctissime,vt in omnibns sui moris est,relatis per Eccellentissimum D. & præceptorem meum, D.Robertum Lancellottum Iureconsultum Perusinum, in Ro. Cur.à multis annis aduocatum celeberrimum,in suo tractatu,de attent.vbi omnia,quæ circa hanc materiam dici,& excogitari possunt congerit, in c.31.nu.7. & seq. par.3.quem adire poteris,cũ hic pauca ad attentatorũ cõmissionẽ pertinentia,breuiter in vnum cõgerere statuerim, de quibus
3 etiã loquutus fuit Couar.prac.quæst.c.23.& 24.ac Mandos. in nostra de attent.cõmissione.Attentatorũ autẽ purgatio tribus modis fieri cõtingit,primo per iudicis, sententiã in qua actus attentati reuocantur,secundo per partem, ex litis cessione iudicialiter facta, tertio per Principis rescriptum, de duobus primis modis nostrum loqui modo non est, sed de tertio, circa quem scias,
4 quod duobus modis, per Principẽ tolluntur,primo impediendo ne actus, qui de sui natura attentatus diceretur, in attentatum trãseat,sicut alias videmus in beneficij litigiosi collatione, ac in licentia alienãdi rem in iudicio cõtrouersam,secundo modo cõfirmando actum iam attentatũ effectum,seu prętensum,nam tũc
5 Papæ confirmatione accedente,attentatũ euanescit,vt late Lancell.de purg.attent.par.3.c.29.nu.15.24.55.& 75.subdens,quod suprądictis casibus attentata in pristinum statum reducuntur,

siue

316

siue per plenariam executionem sententiæ, quibus duobus modis,
etiam tertius addi potest, dum commissione nostra mediante,
5 prout iuris fuerit eorum reuocatio demandatur, Attentatum (vt
Lancellot. dixit) seu innouatum, est omnis actus sine rationabili
causa lite, appellatione, aut his æquipollentibus pendentibus, a Iu
dice seu a parte, aut ab habentibus causam ab eis, in contemptum
iurisdictionis, & præiuditium partis factus, officio eius, cuius læ
sa fuit maiestas, in primis, & ante omnia reuocandus in hoc tamen
7 vnum præsupponas quod attentata ea dici non valent quæ extra-
iudicium fiunt, & deducuntur decis. Veral. 54. num. 1. lib. 1. sed be-
ne ea, quæ in spretum inhibitionis, seu appellationis, vt idé Verall.
decis. 54. nu. 2. eod. lib. & de stylo Rotæ quicquid contra inibitio-
8 né fit attentatū dicitur, Dummodo inhibitio sit vera & non condi-
tionalis vt decis. Fabij 57. & infra dicam ratio est, quia licet inibi-
tio sit iniusta, cum in curia facilis sit ad Papam pro remedio adi-
tus, ac etiam si essemus in partibus non esset aperienda via atten-
tandi, & iudicandi de viribus inibitionum superiorum, vnde cum
ex præmissis oriatur contemptus ita tenuit Rot. vt per Acchil.
decis. 29. de attentat. quæ vt plurimum post appellationem com-
mittuntur, Veral. decis. 49. nu. 4. lib. 1. & licet attentata facta intra
decem dies datos ad appellandum debeant reuocari tamen id non
9 militat si in dicto decendio nō appelletur quia cùm sententia in iu
dicatum transeat non intrant attentata Couar. prac. quæst. cap. 23.
10 num. 2. vers. illud tamen. Hinc est quod cauetur in titulo. ff. nil.
nou. app. pen. & non inibitione quia communius post sententiam
fiunt, & in hoc non sufficit per confessionem partis probare fuis-
se appellatum, nisi probetur infra decē dies & per habentē potesta
tē appellationem interpositam & sic duo necessario probāda sunt
primo appellasse, secundo intra tempus, nam non concludit appel
lauí, ergo infra tempus decem dierum, quia, qui dicit solemnitatē
extrinsecam illam probare debet decis. 30. de App. in nou. d. cap.
non solum vbi Franc. Couar. prac. quæst. cap. 23. num. 1. vers. secun-
do præscripta, nam dato etiam quod inibitio esset iniusta, nihilo-
11 minus si ea exequta attentetur, Primo de eorum reuocatione,
deinde super validitate, vel inualiditate inibitionis agendum erit,
decis. 20. de app. in nou. cap. Rodulphus de rescrip. cap. exibita de
excep. cap. Significauerunt de app. cap. Romana, & cap. Non solum
eod. lib. in 6. Alex. consi. 89. nu. 9. lib. 1. Dec. consi. 103. in princ. late
Lancellot. de attentat. app. pen. cap. 12. num. 19. par. 2. ex regula,
quia inibitio iusta, vel iniusta, timenda est, l. 6. 1. ff. de nou. ope.
nun. c. significantibus de app. Rot. decis. 26. num. 2. de app. in antiq.
semper tamen præmittendo quod attentata præsupponantur lite

15. & sequen. cum adduct. par. 2. Et de tali praxi loquitur Dec. in cap. cum cessante 8. not. de app. & sic quemadmodum iudex partem a grauamine appellantem reponit, eodem etiam modo si pars a dicta repositione prouocat, eam reponit, Nam tunc a tali repositione pars poterit appellare, ratio est, quia reponendo primum appellantem iudex eum grauasse fatetur, & ob id ad pristinum statum ipsum restituit gesta reuocando, & talis prima repositio fit animo melius deliberandi, vnde cum postea aliam partem reponat, declarat animum suum, ac denuo grauamen inferendo, prouocandi occasionem tribuit, vt dixit Rot. in decis. 12. per. tot. de probat. in nou. quod amplia procedere non solum in appellatione iudiciali, verum etiam in extraiudiciali, vt late Lancel. de atter. app. pen. nu. 26. cap. 12. limit. 1. par. 1. vbi per ampliationes & limitationes diffuse id tractat, & præmissorum ratio esse potest, quia vt supradixi in appellationis commissione, non ita de facili ab interlocutoria ius appellationem admittit, cum ceu inrationabilis semper sit, Paris. cons. 49. num. 21. volum. 4. decis. 58. per tot. de app. in nou. & in decis. 1. eod. lib. de offic. deleg. & in isto casu iudex ad quē, nisi causa cognita inhibere non debet vt d. decis. 58. nu. 4. igitur si tali appellatione non obstante iudex procedat, cum vt citius lis expediatur id fiat, non dicentur neque attentata commissa, ne-
18 que actus nulli, cum facti sint pendente friuola appellatione, quæ talis dicitur, quando appellans ex ea iuuari nequit, at quoniā multa super hoc dici possent, nec dari certa regula, id arbitrio iudicis relinquendū est, vt firmauit Menoc. de arbitr. iudic. lib. 2. Centur.
19 2. casu 197. nu. 7. & per tot. Hoc tamen subdam, quod commissio attentatorum quando sumus in appellatione ab interlocutoria nō est danda, neque attentata reuocanda, nisi donec, & quousque di-
20 cta appellatio fuerit iustificata, seu expeditum negocium principale, si cum ipso admixtionem habet, exemplum ponit, potest in Episcopo volente aliquam Ecclesiam visitare, quam Rectores ex indulto Apostolico liberam prætendens a tali visitatione appellat, & nihilominus si ad ulteriora Episcopus procedat, cū habeat pro se ius commune non attentat, quia non est appellatio a diffinitiua, ideo debet prius iustificari causa, vel asserta immunitas allegata ad subsistentiam appellationis, & attentatorum, & deinde su-
21 per ipsa agi, & sic in similibus, vt dixit Rot. de app. in nou. decis. 35. in hoc etiam cognoscitur differētia inter appellationem a diffinitiua, & interlocutoria, quia appellatio a diffinitiua, statim habet secum iustificationem ad effectum suspensiuum, ab interlocutoria uero non & idem censendum erit de appellatione extraiudiciali, vt late per Couar. id disputantem prac. quæst. cap. 24. num. 1.

22 2. & 6. Dicebam supra, reuocationem attentatorum duplici via peti posse, directe, vel indirecte, directe quando in ordinario iudicio vna cum negocio principali eorum reuocatio petitur, indirecte quando in primis, & ante omnia pendente iudicio reuocari petuntur, quod fieri potest, vt abunde dixit Lancel. in tit. qui, & quot
23 mod. att. reuoc. nu. 1. & seq. part. 3. & tunc ista attentatorum cognitio, vlteriorem processum in causa principali silere facit, ad instar causæ possessorij, & petitorij, quia dum in possessorio proceditur, petitorium conquiescit cap. 1. de rest. spol. Afflic. decis. 98. nu. 3. Ita quoque in negocio principali nihil agendum erit, dum attentata reuocari petuntur, etiam si de nullitate causæ agatur,
24 Afflic. vbi supra nu. 3. & 4. subdens nu. 5. Quod si iudex ea non reuocaret pendente appellatione, a diffinitiua iniustitiam faceret, cum in quacunque iudicij parte reuocari valeat, decis. 27. de app. in nou. Mil. s. in suo rep. in verb. attentata post appellationem licet multi adsint casus, in quibus in primis, & ante omnia attentata non reuocentur relatis per Vestr. in sua prax. lib. 8. cap. 4. nu. 9. & post eum vltra ducentos retulit Lancel. de priuil. attent. cap. 30. priuil. 25. par. 3. quos cum ordinem iudiciarium concernant, non
25 refero; Regulam tamen generalem pone, vt infra latius dicam in cap. 2. quod attentata in casibus, in quibus a iure seu Principe appellatio est prohibita, non sunt ante omnia reuocanda, glo. in cap. non solum in vers. casibus de app. in 6. Couar. prac. quæst.
26 cap. 23. nu. 4. vers. sexto est omnino, cum adduc; sed ad attentatorum existentiam, est iis præsupponenda, alias si non adest, non po-
27 test dari de attentatis Lancel. in præfat. de attent. nu. 57. Hinc est, quod summarie, & celeri manum eorum iudicium expeditur ad tex. in cap. non solum de app. in 6. Afflic. d. decis. 98. nu. 5. & magis communem sententiam, de qua per Mandos. in commis. attent. in
28 vers. officio iudicis, & subdens quod in quacunque iudicij parte eorum annullatio postulari valet vsque ad conclusionem in causa, intelligendo tamen de attentatis factis ante conclusionem in in causa, & non post; & dum super ipsis agitur, fatalia non currunt vt dixi supra in commis. prorog. fatal. quod non repeto, præuia vero appellatione, etiam duplici via tolli instantur. Primo quã do cõmittitur causa appellationis, cum clausula, & facultate declarandi sententiam, & omnia inde secuta nulla, quoniam in eadé
29 commissione peti potest, vt, & causa appellationis demandetur, & attentatorum seorsum ab ea, & in hoc litis contestatio in negocio principali, causæ attentatorum non præiudicabit, Couar. prac. quæst. c. 23. nu. 3. vers. asserunt Cuman. & Aret. in l. 1. ff. nil. nou. ap. pen. Salic. in l. 3. C. de app. Secundo quando petitur in libello appellationem,

pellationem, rite ac iuste interpositam fore absque alia attentatorum expressa mentione pronunciari, quòd ad præpositum commissionis nostræ non multum facit, quia secundum relata per Lancel. de attent. & quis pos. att. reuoc. pet. nu. 27. ac ante eum Marāt. de ord. iud. par. 6. vers. quandoque appellatur num. 407. supradictæ viæ magis prouenient ex natura ipsius appellationis, cum attentata sint ad ipsam appellationem tunc accessoria, sec. decis. 1. num. 2. de app. in nou. Franc. in cap. dilecti nu. 1. quæst. 1. de app. quam ex officio iudicis, quia si sententiam nullam, vna cum omnibus inde secutis Iudex ad quem principaliter declarat, ex quo accessoriè attentata sententiam insecuta fuere, destructo principali, etiā accessorium sublatum erit cap. accessorium de reg. iur. in 6. Card. 30 cap. dilecti el 3. colum. 1. de app. Hinc autem vt dixit Marant. vbi supra patet, quod Iudex quando appellationi deferendum non est non attentat, & sic vt attentatum dici valeat, præsupponendum est, quod appellationi deferendum sit, tuncq; ista reuocatio non oritur ex priuilegio attentatorum, sed per viam iustitiæ, vel ex quo aduersarius attentando iniuste me grauauit, at quomodocunque attentata tollantur, idem est, quia aut vno, aut alio mo- 31 do subuertantur sufficit. Commissionem itaque porrigit illæ, qui ex attentatis se grauatum asserit, in qua iudici ad quem, cuius maiestas læsa reperitur, eorum reuocationem committi supplicat, quia cum inhibitioni non obediendo, seu dilationi appellationis pendentis non quiescendo, iudicis authoritatem contemnat, & per consequens eius maiestatem lædat quæ in honore consistit cap. 1. de app. in 6. Bero. consi. 165. num. 19. volum. 3. Lancell. 32 in præs. de atten. num. 3. & 31. Ideo in eorum reuocatione dicitur vindicari contempta Iudicis maiestas, Oldrad. cons. 206. num. 1. cum contrauenciendo prætoriam iurisdictionem, & Imperium irriforium reddant, l. 1. ff. de nou. op. nunc. l. fin. ff. ne quid in loc. pub. Ie circo, quia in iudicis spretum factum est, semper Signatura ipsi commissionem dirigere solet, quia vt dixit tex. in cap. solicit udinem in vers. nam ad officium illius, qui de appellatione cognoscet, prudenter corrigere, quæ contra ipsum attentata fuerint, munus 33 est, cap. non solum de app. in 6. vbi Io. And. & DD. quamuis absque commissione id facere valeat, Cresc. decis. 180. Spec. in §. 1. in fin. de expen. & licet commissio præsentetur in actis absque aliqua citatione illa reuocari, & attentantem in expensis condemnare possedixerunt, Domini de Rota teste Mohed. decis. 99. ea quippe ratione, quia ista causa est dependens a prima commissa, ac ab ea emergens, & sic uirtute primæ commissionis, potest contra atten- 34 tantem procedi. Commissionem autem hanc omnis interesse ha-

bens impetrare potest, vt digit Lancel. vbi sup. in atten. & quis. pos.
at. reuoc. num. 1. par. 3. Abb. in cap. dilectis num. 14. de app. Quod
habet locum tam in appellatione iudiciali, quam extraiudiciali, vt
optime declarat ibidem Abb. & num. 13. & 14. ac in cap. consuluit
35 num. 8. eod. tit. & per Commissionem quando attentata tollun-
tur, pariter duplici modo fit vno modo per Signaturam gratiæ,
& alio per Signaturam iustitiæ; Per Signaturam gratiæ, quando
Papæ porrigitur commissio in Signatura Sanctitatis suæ tantum,
36 in qua petitur, vt constito de bono iure, iudex reiectis attentatis,
in causa ad vlteriora procedat, quæ non solet dari postquam super
attentatis pronunciatum sit, cum non sit res integra, & ex tali
pronunciatione iudicis ius parti acquisitum, & ob id ad eam pe-
tendam debent antequam super ipsis pronuncietur solliciti esse.
& quia de hac commissione dixi in proximi præced. cap. in fin. ac
pariter de clausula constito de bono iure quid importet, hic non
repeto, sed inibi te remitto. In alio igitur casu (vt prædixi) com-
missio nostra porrigitur, in qua petitur, vt seorsum a causa prin-
cipali in primis, & ante omnia attentata reuocentur, & id officio
iudicis, vt in primeum statum omnia reponantur glos. in clement.
cum lite in verb. cum lite vt lit. pend. paßimque commissio quan-
37 do conceditur, semper apponitur clausula dũ de attentatorum re-
uocatione agitur, prout de iure, quæ operatur, vt secundum iuris
38 tramites ad eorum reuocationem Iudex procedat, & ideo poni-
tur clausula prout de iure, quia quando petita omnia non sunt
concedenda, vel adest aliquis articulus in iure dubius, tunc sem-
per solet siue in corpore commissionis siue in Signatura, tale
verbum apponi, vt dixit Stasil. de lit. iust. cap. citatio personalis
nume. 12. Nam cum in casu nostro dubium sit, an attentata
de quibus agitur in primis, & ante omnia veniant reuocanda,
quia multa adsunt attentata, quæ non reuocantur ante omnia re-
lata per Vestr. in loco supra cita. nume. 8. & 9. & latius per Lan-
cellot. vbi supra, & pariter per Mandos. in commis. de attent. in
verb. in primis, & ante omnia, ideo apponitur clausula prout
39 de iure, deletis prius illis verbis in commissione positis, in pri-
mis, & ante omnia, quæ non solent concedi, sed quia multo-
ties aliquis cognoscens in causa succumbere, ad litem in longum
protrahendam in vltimis audientijs vacantiarum porgit com-
missionem super attentatis, eaque obtenta procurat inhiberi, &
sic supersederi in negocio principali, ob id vt malitijs occurra-
40 tur, dum sunt prope Vacantiæ, seu feriæ tales commissiones
non solet Signatura concedere, immo in eis quicquid attentata
tangit delere. Cassad. decis. 4. nume. 3. & 5. de dilatio. Licet in

hoc

hoc calidi procuratores malitijs, & fallacijs pleni, adinuenerint malam praxim, & faciunt multo ante dictas commissiones super attentatis expedire, & deinde tacent, dumq; feriæ propè sunt, citant ad dicendum contra commissionem, & sic indirectè causæ finem impediunt; in hoc autem (iudicio meo) Domini Referendarij cauti esse debent, in non signando dictas commissiones, dum feriæ propè sunt, immo delere clausulas attentata tangentes, vel causa cognita illas semper relaxare, & sic malitijs obuiabitur, vt dixit Mandos. in commissione de attentat. in verb. causam, & causas, Pariterq; vt lites immortales fiant,
41 attentatorum causam committi procurant, instando deinde vt per tres sententias terminetur; Tamen vt præmissis obuietur, poterit dari commissio pro parte aduersa, in qua insteturpro præfixione termini breuis, & peremptori, ad docendum de attentatis, quo elapso, & nihil quod releuet docto, ad causæ expeditionem procedat, & tunc si istec commissio expediri contingat, terminus siue dilatio, dum feriæ propæ sunt, plus arctari debent, quam si propè non essent, ad hoc ne sub tali clipeo interim causæ expeditio retardetur, vt dixit Vestr. loco cita. numero 21. & in specie Cassad. decis. 4. numero 5. de cau-
42 sa possess. & prop. Hanc autem commissionem omnis, qui attentata passus sit petere, & obtinere potest, vt dixit Lancellot. per octo ampliationes in titu. de act. & quis pos. atten. reuoc.
43 pet. numero 1. & sequen. Sed quid si illæ qui attentauit mortuus sit, an commissio super eis petita, & super eorum reuocatione contra hæredis attentantis sit danda? & breuiter dico quod sic, quia cum attentare non sit proprie delictum, siue crimen, & sic non personale, vt Lancello. ibidem numero 11. & quia tendit ad repositionem gestorum in pristinum statum, qui per mortem attentantis non est mutatus, ideo quemadmodum tempore ipsius attentantis reuocari poterant, ita etiam hodie cum existant;
44 Sed pone aliquis attentando possessionem rei attentatæ, de qua agitur ingreditur, deinde ad se in ea confouendum obtinet ab A. C. Mandatum de manutenendo, postea ille contra quem attentatum est, porrigit commissionem, in qua sæpe petit, vt Rotæ attentatorum causa demandetur, quo dari solet, cum clausula tamen sine preiudicio legitimæ executionis, mandati de manu tenendo, & tunc vtroque tempore agi poterit, tam super validitate dicti mandati, quam super attentatis; Lancello. de pen. attent. nume. 186. ita in Rota coram Reumano 20. Octobris 1555. resolutum fuisse asserens, licet mandatum de manutenendo denegari deberet, quando Iudex illud petentem iam attentasse sciret,

45 Apponitur pariter in commissione clausula attentata, & innouata reuocet, & quamuis attentare dicatur innouare, cum de nouo faciat ea, quæ sibi pendente appellatione vel inhibitione est prohibitum, tamen verbum innouare in commissione nostra non sonat in istum sensum, quia aduersarius de nouo iura aliqua pro corroboratione, seu conualidatione gestorum pro parte sua vel alias impetrare potest, iura iuribus addendo, & sic innouare non attentando, quia ad ista impetrandum habuit rationabilem causam, (vt dixi) quod non est quando attentat, cum at-
46 tentare fiat absque rationabili causa, & ideo dicta verba ponuntur simul in commissione, ad hoc vt attentata, & innouata respectiue se de iure non subsistant per iudicem tolli possint & de innouatis casus figurari potest, in eo, qui lata sententia in eius fauorem creditorem suum de fuga suspectum videns, eum carcerari procuret, vt iudicium tutum reddat, seu timens vt interim bona dilapidentur, vel conterantur, super eis sequestrum apponere faciat, vt dixit Lancellot. super attent. app. pen. par. 2. in 31. limit, & sic, cum innouet pro reddendo indicio tuto, & non attentet, bene vti diuersa dicta verba ponuntur, (vt dixi) in commissione licet multum cauté in hoc sit procedendum, stante titulo
47 ff. app. pen. nil. nou. & sic efficacia verbi nihil generalis seu vniuersalis negatiuæ omnem sententiam afficit, & in minimo verificatur Menoc. in con. 35. nume. 14. lib. 1. Commissio datur multoties cum clausula, purgatis attentatis, seu pariter in causa spolij purgato spolio, quid autem illa verba purgatis attentatis innuere velint tradit Lancellot. in tit. de attent. a par. cap. 1. par. 1. nume. 51. asserens quod purgatio præfata, vltra cessionem possessionis, & actus attentati faciendam, continet in se pariter pœnam refectionis expensarum, ac fructuum restitutionem, vt dixit Rot. decis. 5. nume. 1. de restitut. spol. in nou. & istec condemnatio passim obseruatur, in Ro. Cur. & maxime in Rota, vt Cassad. decis. 13. nu. 2. de reser. Lancel. de pen. attent. nu. 97. Cresc. decis. 180. Iudex
48 in possessorio sententiam profert, & deinde apponit sequestrū possessores spoliando, & sic attentat, datur postea commissio super attentatis, quæ videtur concedenda, quia tale sequestrum attentatū dicitur, ob id, si illud reuocare noluerit, non erit commissio dene-
49 randa, Afflic. decis. 98. Lancel. de attent. nu. 2. licet si feratur sententia in possessorio, & pars appellet, & iudex à quo tali appellatione non obstante exequatur, non attentat quia cū isto casu ad effectū suspensiuū, & appellatio, & inhibitio sint inualida, ex eis attētata oriri nō possunt, Paris. cum late adduc. in cons. 98. nu. 10. 24. & seq. vol. 1. Præterea inter duos lis vertitur, tertius insurgit, ac rei vacātis pos-

sessionem

50 sessionem ingreditur, isti duo litigantes, tertium attentasse prætendunt, & commissionem super præmissis porrectam signari instat, quæro an sit concedenda, & resolutiue dico, quod non, quia quando iudex in causa inibet, solum illis inibet, qui ad causam veniunt, seu causæ præiudicare possunt, vt habetur in decis. 2. vt lit. pend. in antiq. Afflic. decis. 354. nu. 20. & 21. quod ratione suadeatur, quia si lis, quo ad istum tertium non pendet, attentata facta à non litigante non sunt reuocanda, Couar. prac. quæst. cap. 24. nu. 4. & inhibitione non afficitur, neque appellatione, ob id contra ipsum commissio dari non debet, quia nec per consequens iustitiam, seu iudicis maiestatem offendit, vt requiritur ad attentatorum essentiã, Acchil. decis. 6. alias 26. de attentat. Peregr. decis. 97. Couar. prac. quæst. c. 24. nu. 4. quod ampliã, vt per Lancel. in tit. de attent. à tertio nu. 9. & seq. par. 1. & sic præfata possessio non reuocabitur, vt attentata, sed alia via ordinaria per suum iudicem, vt puta per remedium vnde vi, vt dixit glo. in c. non solum in verbo reducendum vers. alij dicunt de appell. in 6. & idem sensit glos. in l. credi in verb. non pos-
51 sess. mand. quod tamen intellige, vt per Afflic. in d. decis. nu. 21. dũmodo iste tertius non veniat ex iure, seu alia cessione sibi facta ab aliquo ex collitigantibus, ante attentata commissa, secus autem si post cessionem cedens attentasset, vt Lancel. vbi sup. n. 1. & melius nu. 26. & 28. cum pluribus sequentibus id declarans, Contigit vt sæpe lis pendat coram A. C. vigore monitorij super iactationibus, & molestationibus in forma de non molestando, seu turbando aliquem in possessione, in qua existit, eo non obstante si aliquis hunc
52 obtinentem monitorium possessione priuasset, nõ potest dici quod attentet, nam expresse spoliat, quia tale monitorium sapit quandã comminationem tantum, & non inhibitionem, quod intellige dum modo monitorium non fiat cum inhibitione, in quo aduertendum est, & Rota alias resoluit, vt non dicantur attentata, si quis ab A. C. absque commissione obtineret monitorium, cum A. C. non habeat in beneficialibus iurisdictionem, vt patet ex decis. Acchil. 24. de atten. Lancel. de attent. in præs. par. 2. nu. 320. & 324. cum seq. Hinc
53 pariter infertur, quod per productionem mandati præuia protestatione, nihil fieri nisi ipso producente, & sic procuratore citato, non dicatur prorogata iurisdictio, vt Lancel. ibidem nu. 325. quod autẽ dicitur in decis. 42. de app. in nou. Quod Aud. Cam. nec etiam habeat iurisdictionem in causis appellationum, nisi id fuerit sibi à Papa specialiter de mandatũ, & tantum inter cortesanos Vrbis, verũ forsan erat illis temporibus, sed non hodie, quia R. P. D. Camillus Burghesius hodie Aud. Cam. meritissimus, iuuenis optimæ & spectatæ vitæ, literis præditus, & omnibus carus, cuius locumtenens

est

est R. P. D. Alexander Iustus Florentinus, in vtraque Signatura Referendarius omnibus partibus, quibus Iudicem ornatum esse par est dotatus habet amplissima priuilegia, omniumque appellationum est Iudex ordinarius; vt latius in suis facultatibus con-
54 tinetur, licet non in causis beneficialibus, nisi in eo quo concernunt literarum Apostolicarum interesse vti illarum executorem Generalem ideo stantibus præmissis non erit in hoc nostra commissio concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Vendens rem litigiosam lite pendente attentat.*
2 *Venditio rei litigiosæ dolo facta dicitur.*
3 *Commissio vendendi rem litigiosam ex gratia S. D. N. aliquando datur & quomodo.*
4 *Gratia vendendi rem litigiosam non impedit litis progressum.*
5 *Papa solum tollit vitium litigiosi.*
6 *Venditio rei litigiosæ potest fieri lite finita.*
7 *Commissio attentatorum in appellatione ab excommunicatione datur cum clausula prout de iure.*
8 *Excommunicatio, quando executionem secum non trahat.*
9 *Appellationem in dubio excommunicationem præcessisse censendum erit.*
10 *Attentata appellatione pendente vti nulla sunt reuocanda.*
11 *Attentata de facto facta de facto reuocantur.*
12 *Attentata tunc reuocantur, quando sunt de processu alias non.*
13 *Commissio attentatorum factorum, dum discutitur an appellatio sit concedenda non denegatur. Limita vt nu. 14.*
15 *Clausula appellatione remota datur tantum per Principem superiorem non recognoscentem.*
16 *Commissio attentatorum, quando causa, est demandata appellatione remota non conceditur.*
17 *Attentata non committuntur quando appellatio est prohibita. Amplia vt ibi. Declara vt nu. 18.*
19 *Iudex exequens stante clausula appellatione remota non attentat. Amplia vt ibi.*
20 *Clausula appellatione remota multos operatur effectus.*
21 *Commissio appellationis concessa per Signaturam iustitiæ stante alia manu Papæ signata appellatione remota est reuocanda. Nec isto casu Iudex exequens attentat nu. 22.*
23 *Honor Signaturæ iustitiæ est habendus in maxima consideratione.*

24 Com-

24 *Commissio secunda ad eius validitatem debet continere clausulas primæ commissionis, quæ ei obstare possent.*

25 *Causa duobus commissa appellatione remota per vnum eorum alteri non subdelegatur.*

26 *Appellatio sublata in causa conuentionis est parti sublata in causa reconuentionis.*

27 *Commissio secunda primam non tollit, nisi de ea facta mentione.*

28 *Iudex rationabili appellationi non deferens, punitur. Limita vt ibi.*

29 *Appellatio iudicatum suspendit, ac iudicis a quo authoritatem. Declarat vt ibi.*

30 *Attentata post sententiam diffinitiuam sunt reuocanda. Limita vt ibi.*

31 *Attentata non committuntur quando inhibetur cum clausula quatenus causa non sit instructa, si causa coram eo instructa sit.*

32 *Attentata causantur quando inhibitio non est conditionalis.*

33 *Commissio attentatorum non datur stante breui de capienda possessione nomine Cameræ, etiam de restituendo aliquem ad suam possessionem.*

34 *Papa potest tollere vitium attentatorum & litis pendentiam, appellationem, & reiudicatam.*

35 *Attentata committantur, si innouetur pendente termino ad redeundum pro Apostolis.*

36 *Apostoli sunt appellationis pars.*

37 *Commissio attentatorum, dum redditur pro Apostolis, erit concedenda.*

38 *Commissio attentatorum erit concedenda, si attentetur pendente causa restitutionis in integrum, seu ad appellandum.*

39 *Restitutio in integrum est appellationis species.*

40 *Commissio attentatorum erit concedenda, si lata sententia ponatur sequestrum.*

41 *Cõmissio attẽtatorum dirigitur iudici cuius maiestas est læsa. Amplia vt nu. 42.*

43 *Iudex ex officio quando attentata reuocare valeat.*

44 *Attentata subrogatus committit, & quomodo reuocentur.*

45 *Maiestatis Iudicis contemptus consideratur plus cæteris rebus in materia attentatorum.*

46 *Robertus Lancellottus elegantissimum de attentatis tractatum edidit.*

CAP.

CAP. II.

1 PEndente lite, rem litigiosam alienans attentat, cum in tali statu non solum id fieri à iure prohibitum sit, verum nec facta tenet, immo iudicis officio veniunt gesta reuocanda, l. fi. C. de litig. Afflict. decis. 396. nu. 10. Alex. cons. 45. nu. 5. vol. 3. Guid. Pap. decis. 337. nu. 4. Paris. cons. 108. nu. 4. vol. 1. Dec. cons. 492. nu. 8. etiam si talis alienatio fieret per iurium cessionem, seu per clausulam præcarij, Menoc. cons. 2. nu. 29 1. lib. 1. Nam vt Paris. dixit cons. 138. nu. 28. vol. 4.

2 talis alienatio dolo facta præsumitur, eo maxime, si bona fuerint ecclesiastica, vt late Bero. cons. 120. nu. 33. lib. 1. quod amplia multis modis relatis per Lancel. de attent. in præf. 2. par. nu. 454. & seq. multoties res litigiosa in dotem dari solet, seu nomine donationis ante nuptias, vel transigendo eius dominium pro lite finienda, in alium transferri, siue ob aliam causam necessariam, vel æquã, ideo occurrit, vt aliquis possidens præfatam rem, super qua lis vertitur, ob suas vrgentes necessitates, pariter alienare cupiat, sed quia dubitat non attentare, & forsan à iuribus suis non cadere, porgit com-

3 missionem, in qua petit licentiam supradicta bona vendendi, absq; vitio attentati, & litigiosi, proponendã in Signatura S. D. N. quæ multoties concedi solet, cum clausula tamen conditionali, dũmodo translatio non fiat impotentiorem, & sic imparem, vel in personã minoris authoritatis, eaq; obtẽta deinde poterit alienatio fieri,

4 nec ob id impeditur, quin lis, vt prius erat non prosequatur, & an, & quando talis rei litigiosæ alienatio fieri valeat, vel non, vide Lan

5 cel. in loc. sup. cit. nu. 451. cum pluribus sequ. Sola etenim Papæ authoritas litigiosi vitium cessare facit, Mohed. decis. 292. lite vero finita, seu per cessionem, vel rẽ iudicatam, rite absq; aliqua Papę indulgentia, & absque vitio litigiosi venditio fieri potest Crauet. cõsi.

6 182. num. 4. Mil. in suo repertorio in verbo litigiosi. Appellat sæpe aliquis in actu fulminandæ excommunicationis, nihilominus ea nõ obstante, ad declarationem Iudex procedit, prætendens appellans omnia attentata gesta, commissionem porrigit, in qua petit attenta

7 torum causam demandari, & circa hoc non poterit commissio cum clausula, prout de iure denegari, sed an istec excommunicationis sententia sit attentata nec ne, dicendum videtur, quod aut appellatio est iuridice interposita, aut non, primo casu si est iuridici interposita, declaratio est nulla, & attentata, vna cum toto processu decis. 20. de app. in nou. cap. Rodulphus. cap. exhibita. de rescrip. cap. per tuas, & cap. solet de sent. excom. lap. alleg.

1. nu. 2.

1.nu.2.Franc.in c.sæpe nu.3.de app. Marant.de ord. iud. in 3.par. par.6.in princ.q.2.nu.170.Paris.cons.28.nu.29.vol.4.& idem Rota
8 alias censuit coram Paleotto in vna Vercellen.attentatorum,vt ex eius decis.33.patet,& decis.358.& in hoc limitatur regula, vt excommunicatio, secum exequtionem non trahat, & quando talis sententia, siue publicatio fuerit lata post legitimam interpositam appellationem, talis pro non excommunicato habetur, Franc. in c. pastoralis §. verum quia nu.6.& seq.de app. & alias, vt per Lan-
9 cel.de attent.app.pen.ampliat.8.nu.7.& seq.par.2.c.12. At si contingat dubitari,quis nam processerit,an excommunicatio,siue appellatio interpretandum erit, quod appellatio semper excommunicationem præcesserit, Felyn.in c.A postolicæ nu.18.de excep.decis.8. nu.2. de excom. in nou. Nec isto casu sufficiens erit probare excommunicationem, sed expresse probandum erit,appellationē processisse, prout notanter dicit tex.in c.venerabilibus §.similiter, vbi glos. in verb. priusquam de sent. excom. in 6. de quo late vide Felin.in loc.sup. alleg. ad quem te remitto, aut non est appellatio
10 iuridica, & tunc cessant attentata, vt in iuribus supra alleg. Regulariter habemus in iure,quod attentata appellatione pendente sunt ipso iure nulla.c.1.de lit.pen.in 6.Cassad.decis.2.nu.3.de præben. Rationes autem inibi allegat Cassad.quia stante prohibitione nil nouari,vt supra,vel ex iudicis inhibitione,si contra fiet, pro actorum nullitate concludendum erit,ratio est,quia quando iudex facit contra prohibitionem legis, vel hominis inhibentis, seu alias mandatis,actus est ipso iure nullus;Rol.à Val.cons.77.nu.8.vol.2, Paris.cons.89. nu.8.vol.1. qui de communi testatur, Ideo si de fa-
11 cto attentata commissa sint, pariter eodem modo veniunt reuocanda,Lap.alleg.2.num.10, Alex. cons.89. num.9. vers. & est verum, vol.1.quam quæstionem amplia,& limita,vt late per Lancel. de at-
12 tent.app.pen.c.12.ampl.17.nu.10. par.2. Et tunc attentata reuocantur,quando sunt de processu, alias non Rot.decis.3.vt lit.pen. in nou. Quod amplia habere locum,tam in attentatis iudicialiter quam extraiudicialiter,stante iudiciali appellatione, vel extra iu-
13 diciali,Abb.in c.cum dilecti nu.4.de maior.& obed.& in c. ad audientiā n.4. de app.Sed interim si dum discutitur,an appellatio sit admittēda,necne,aliquis attentat,quæro,an commissio appellationis,& attentatorum sit concedenda,concludendumque erit in nostro casu, quod sic, nam patet ex tex.in d.l.vnica, & per glos. in l. appellatione in verbo deliberationis C.de temp.app. Ias.in l.1.nu. 1.C.de bon.poss.sec.tab.Si autem dubium erit,an appellatio sit recipienda,omnia interim sunt in suspenso, & iudicis officium conquiescit,& per consequens nil potest attentari,seu nouari,& si có-

tra

14 tra fiat commissio denegari non poterit, Lancel. vbi sup. ampl. 19. Quod limita, nisi appellatio interponatur ab interloquutoria, quia si iudex ea pendente procedat, non videtur attentare, cum donec, & quousque fuerit inhibitus, procedere valeat, c. non solum de app. in 6. Guid. Pap. decis. 456. nu. 6. de qua per Lancel. late de attent.

15 app. pen. ci. vlim. 1. nu. 3. & seq. par. 2. Quotidie commissiones causarum dantur appellatione remota, quod solum Princeps superiorem non recognoscens id facere potest, Couar. prac. quæst. c. 25. num. 6. vt supra dixi in commissione appellatio. c. 5. fertur sententia, & licet rescripto parendum esset, nihilominus succumbens appellat, & sæpe eaulam committit, & inhibere facit, tamen iudex à quo ad ulteriora in executione procedit, appellatis prætendens attentata fore commissa, cum pendente appellatione innouatum sit, dat commissionem in qua attentatorum causam demandari pe-

16 tit, quæ isto casu nullatenus erit concedenda, quia quotiescunque appellatio est prohibita, non committuntur attentata, nec veniũt reuocanda, quando appellationi ius non assistit, sed cum in casu nostro sit sublata, appellatio ius resistit, & prohibita est, ob id bene iudex exequitur, & sic attentata considerari minime valent, vt

17 dixit Franc. in bonæ nu. 36. de app. Quod tamen ampliando intelligetia si per aliam viam appellatio esset prohibita, vt quia materia executiua, vel ex statuto, seu possessori Saluiani interdicti, vel alias, vt dixit Viui. in collect. com. opin. lib. 2. opin. 30. incip. atten-

18 tata in fi. Lancel. de attent. app. pend. limit. 53. nu. 1. & seq. cap. 12. par. 2. Declara autem supradicta, quando clausula appellatione remota sit posita in rescripto ab authoritate habente, & sic à supremo Principe, vel Papa, vel alio non recognoscente superiorẽ, qui-

11 ue habeat facultatem derogandi legibus, ac appellationis beneficium auferendi, secus autem si dicta clausula apposita esset in rescripto inferioris, talem authoritatem non habentis, quia tunc nullum operaretur effectum, l. 1. ff. à quib. app. non lic. Franc. in rubr. de app. nu. 23. & quis possit talis appellationis beneficium tollere

11 declarat Dec. in c. pastoralis num. 2. de off. deleg. & tunc nulli dubium esset, quod attentata committerentur, quod idem credo si per Signaturam iustitiæ causa appellatione remota esset demandata, quia non habet istam facultatem, vt supra dixi in com. app. itaq; attentata minime aderunt, si valide appellatio fuerit sublata, vt dixit Guid. Pap. decis. 13. num. 6. Vant. in tract. de nullit. in tit. quãd. & infra que. temp. num. 48. & in tit. de nullit. ex def. iurisd. nu. 142. Auferi in addit. ad capp. Tolos. decis. fi. Soci. cons. 45. nu. 13. lib. 1. Pari. cons. 108. nu. 6. vol. 1. & qualis sit huiusmodi appellatio nulla, tradit Lancel. de atten. lit. pend. limi. 50. nu. 5. & seq. c. 12. par. 2.

vt puta si non fuerit tempore debito interposita, & alijs modis, ibi
19 per eum relatis. Sed aliam rationem adducam qualiter non attentat iudex exequens stante dicta clausula appellatione remota, & idem si à iure municipali, vel communi, appellationi non deferatur, ad effectum suspensiuum, nam præmittendum est, quod dicta
20 clausula decem operatur effectus. Primus vt non admittatur appellatio, nisi in casibus à iure speciáliter permissis (vt supradixi) in commissione appellationis, cum tertium non afficiat, & sic appellari valeat, & in hoc aduertas, quòd dicta clausula in rescripto, vel alias appellatio non permissa non tollit effectum appellationis, vt non habeat impedire executionem sententiæ, nec deuoluere causam ad superiorem, nisi ab eo tempore, quo superior hanc appellationem admittat ex certa scientia, vt dixit notandum, & menti tenendum, Abb. in c. pastoralis 9. prætereà num. 2. de appel. Quia quemadmodum appellatione pendente nil nouandum est, ita e conuerso appellatione non pendente, cum sit à Principe, vel iure sublata nouari potest, nec iudici iniuria fit quando ius nouationem permittit, & non suspendit iurisdictionem iudicis, à quo Iraq. in tract. lemort. par. 6. declar. 6. num. 7. Couar. prac. quæst. c. 23. nu.
7. Quod tamen declara quando Papa facta mentione, quod alias commisit causam appellatione remota, denuo illam committat, vt subsistente aliqua rationabili causa sit interdum, secus autem quando stante tali commissione manu Papæ signata, quis à tali sententia appellaret, & nulla facta mentione supradictæ clausulæ ap-
21 pellationis, & appellationum ordinariam commissionem impetraret, à Signatura iustitiæ, quia tunc non obstabit dicta commissio nisi forsan ad effectum deuolutium Felyn. in c. 9. prætè-
22 rea. num. 1. & Abb. num. 3. & 4. Et quamuis iudex à quo exequi posset, licet inhibitus absque attentatorum vitio, vt dictum est, tamen propter reuerentiam Signaturæ reformatur secunda com-
23 missio, quæ passim conceditur, mandando iudici a quo, vt ad vlteriora procedat, præinserta non obstante, vel iudici ad quem, vt suam moderetur inhibitionem, vel cum clausula perinde ac si præinserta non emanasset, quod rito fit, cum in commissione nulla fuerit facta mentio clausulæ appellatione remota, per Papam concessæ, nam si eam narrasset, vtique Signatura iustitiæ non rescripsisset appellationem committendo, Paris. cons. 173. num. 13. volum. 4.
24 nec talis commissio subsistit, quia de qualibet clausula apposita in primis literis, quæ secundis impedimentum afferre valeant, debet mentio fieri, alias rescriptum non dicitur ex certa scientia concessum, sed per ignorantiam, & subreptionem. cap. cum dilecta, &
25 cap. cæterum de rescrip. cap. inter. de re iud. Secundus est casus,

quando

quando Papa demãdat duobus iudicibus causam appellatione remota, nam si vnus ex eis subdeleget alteri, etiam acceptanti talis acceptãs appellatione remota procedere nequit, quia cum iste sit subdelegatus a delegato Principis, non censetur delegatus Principis, nec iterum subdelegare valet, nam priuilegium personæ suæ electiuum, & causa fisa, alteri quod eodem modo procedat, nõ potest demandare; vt late dixit Abb. in cap. super quæstionum. 6. si vero nu. 1. & 3. de offi. deleg. Tertius casus patet ex dispositione textus in cap. 1. de rescrip. vbi si alicui demandatur causa appellatione remota, & aliquis habeat priuilegium quod liberæ sibi appel-
26 lare liceat, tamen in hoc casu non audiretur appellans. Quartus constat ex cap. Prudentiam de mut. pet. vbi si aliquis causam appellatione remota commiserit, & coram eodem iudice reconueniatur, quemadmodum appellatio in sui fauorem esset sublata, ita etiam, & contra eum in causa reconuentionis, & sic ea non obstante, vt dicit inibi tex. & DD. iudex ad executionã procedere poterit.
27 Quintum colligimus in c. pastoralis. 5. porrõ de offic. deleg. quem ex te videas, & ibi dicta per Abb. Sexto, quando in literis secundis non fit mentio de prioribus, in quibus adest clausula appellatione remota, quia nunquam istæ secundæ reuocant priores, nisi expressam de eis mentionem faciant, & de qualibet notabili clausula. cap. ex conquestione de rest. spol. cap. postulasti de rescrip. cap. 2. de dol. & cont. & ideo in praxi dum commissiones reformãtur, aliæ in eadem carta inseruntur. Septimus, nisi vt dixi iterum stante tali clausula Princeps ex certa scientia appellationi deferat, quia secus, exequi suam sententiam poterit iudex a quo iuribus allega-
28 tis. Octauus licet iudex rationabili appellationi non deferens veniat de iure, tẽ canonico, quã Cesareo, puniẽdus secundũ opi. Bal. Ang. & Salic. in l. quoniam iudices, C. de app. Bald. in l. iudicibus. C. eod. tit. Abb. in cap. de priore nu. 7. de app. Archi. in cap. decreto vbi etiam textus 2. q. 6. tamen quando est datus cum dicta clausula, minime pœnas incurret, quia non errat; appellationi non deferendo ex Principis, siue legis authoritate nã in l. non cõmittit,
29 cap. qui peccat. 24. q. 4. l. graccus. C. de adult. Nonus est casus, nam habemus regulam, quod appellatio iudicatum suspendit authoritatem, ac manus iudicis a quo ligat, vt supra dixi in com. appel. initio, nihilominus est tantæ efficaciæ, & virtutis clausula præfata, quod appellatio suos perdit effectus, vt eleganter dixit Abb. in c.
30 vt debitus nu. 15. de app. Decimus est effectus quod licet attentata post sententiam diffinitiuã ordinarie reuocentur, tamen stante dicta clausula, prout in cæteris supradictis casibus, non reuocabuntur, vt dixit Abb. vbi sup. nu. 13. 16. & 17. Hostien. in c. pastoralis.

ralis de offic. deleg. & sic in præmissis casibus, si commissio nostra super attentatis petatur, erit deneganda, ad hoc, ne ex ipsa lites finitæ indebitæ nutriantur. Conceduntur persepe commissiones apocatoriæ, cum solita clausula quatenus causa non sit instructa, vt late supra deduxi, deinde iudex, cui vltima commissio, siue breue præsentatum fuit, priori iudici inhibet, etiam in inhibitione inserta clausula prædata, quatenus causa non sit instructa, sed iudex inhibitus videns condictionalem inhibitionem, eamque non obstare, quia iam causa est instructa coram ipso, & sic ad vlteriora procedit, prætendens ille, ad cuius instantiam inhibitio emanuit fore attentatum, super ipsis commissionem porigit, quæ omnimode deneganda videtur, & iudex inhibitus optime procedere potuit, absque attentatorum metu, ea nempe ratione, quia adest condictio relata, tam in commissione, quam in inhibitione, eius vigore concessa, & ita alias resolutum fuit in Rota, vt ex decis. Mohed. 75. & Cresc.
32 113. incip. si Papa, & sic bene iudex facit adulteriora procedendo, quia tunc attentata causantur, quando inhibitio est pura, & non condictionalis Fab. decis. 57. & quia attentatorum materia est in iure frequentissima, Lancell. de attent. post inhibit. in præfatio cap. 20. nume. 1. in rescribendo super eis valde advertendum est, quod dictum sit pro dominis iudicibus extra curiam qui inhibiti cum tali clausula timent, nec ad vlteriora
33 procedunt. Datur breue aliquando de restituendo, seu reponendo aliquem ad suam possessionem, etiam si lis pendat, cuius vigore restituitur, vel interdum simile breue datur de capienda possessione nomine Cameræ Apostolicæ, & quia lite pendente id factum est, in quo statu nil nouari debet, prætendens alter collitigans attentata patrata, dat quoque commissionem, quæ nec etiam isto casu erit concedenda, quia regula nil appellatione pendente nouari, in hoc fallit, cum Papa possit, & velit vt ad possessionem ille restituatur, seu nomine Cameræ capiatur, & sic iudex exequendo Apostolica mandata non attentat Ruyn. consil. 76. nume. sexto, & decimo,
34 volum. quinto. Ratio autem est, quia cum Papa sit supra ius, potest attentatorum vitium litis pendentiæ, & omnem alium tollere, Aegid. decis. 249. Mohed. decis. 43. Nam si in fortioribus potest auferre, & rem iudicatam, & ius ex ea prouenies, vt ibi Mohed. & Ruyn. consil. 48. nume. 30. volum. quarto, tanto minus, & attentata, & idem e conuerso censendum erit, si Papa attentata confirmasset, secun. Socy. in consi. 45. nume. 16.

colum.prima, vt puta exempli gratia, Iudex profert sententiam, pars appellat, Iudex ea non obstante ad ulteriora procedens, possessionem tradit, seu exequitur, deinde Papa gesta confirmat, facta tamen in rescripto mentione, quæ pro eius validitate necessario facienda est de appellatione, ac de omnibus gestis, & tunc licet dicta possessio seu exequtio, quasi attentata censenda esset, attamen virtute talis breuis, non solum reuocatur, sed vti per Papam euidentissimæ purgatam substinetur. decis. Put. 18. Lancel. de attent. appella. pend. capit. 12. limit. 52. nume. 6. & seq. par. 2. cum per eum ibi collectis, & nume. 44. ac 61. Pendente termino ad redeundum pro Apostolis, Iudex a quo exequitur, & certe attentata committit, quia donec de eis respondeatur, Iudicis iurisdictio suspensa remanet, Rota de appella. decis. 77. in antiq. Autr. ad capp. Thol. decis. 322. Besign. decis. 3. de appella. ideireo, si est suspensa, necessarie sequitur, quod innouando attentet, idque corroboratur, quia Apostoli sunt appellationis pars, vt dixi supra in com. app. capit. 2. decis. Pedemon. 7. nume. 4. vnde, sicut appellationis pendentia attentata inducit, ita etiam pendentia termini ad respondendum de Apostolis, & ita seruare Palatium dixit Aegid. decis. 622. Lancel. de attent. penden. appella. apost. peten. par. 2. capi. 15. num. 17. & sequen. cum quam plurimis ampliat. & limit. & sic in isto particulari, si super eis commissio nostra petatur erit concedenda, & pari modo dabitur, quando pendente restitutione ad appellandum attentatur, etiam si Iudex de restitutionis causa cognoscens, non inhibuisset, Cassad decis. 1. vt lite penden. Anto. de Can. in tracta. quarantig. quæst. 21. in fin. Vestr. in sua prax. lib. octauo, cap. tertio, nume. 15. decis. 51. de appella. in nou. & an pendente restitutione in integrum attentari valeat. vide eundem Lancel. par. 3. capit. 18. nume. 1. & sequen. de attent. restitu. in integr. pend. & num. 10. tenens constanter pro affirmatiua, ea nempe ratione, quia cum restitutio in integrum, sit quædam appellationis species, & ipsi æquiparetur, igitur quemadmodum appellatio, ita etiam in integrum restitutio exequtionem impedit, vt dixit Franc. in cap. bone. nume. 6. de appella. & sic, quemadmodum in vno attentatur, ita etiam, & in alio, & per consequens commissio concedenda. Contigit multoties, vt attentata reuocari petita per Iudicem non reuocentur, vel in simili, si sequestrum fuerit appositum, pariterque illud vti attentatum reuocari instetur, tamen Iudex in primo, nec voluit attentata reuocare,

carè, seu in secundo, nec etiam sequestrum, vel huiusmodi gestis pars appellat coniunctim, siue diuisim, & tunc pariter commissio concedenda erit, & validus ac si pendente appellatione interim Iudex a quo aliquid faciat, vtil attentatorum erit reuocandum, quia tunc officium Iudicis ad quem erit curarp, vt omnia in pristinum reponantur, vt dixit Alexan. consil. 89.
41 in fin. lib. primo. Lancel. de iud. per quem att. reuoc. cap. 27. nume. quarto, par. 3. Nam cum semper commissio nostra illi Iudici dirigi solet, cuius maiestas lesa reperitur, & non alio, Franc. in capit. sollicitudinem. nume. 3. de appella. & hanc esse communem opinionem asseruit Covar. pract. quæst. capitu. 33. nume. 1. Bero consil. 51. nume. quarto. volum. 3. Viui. in collec. commu. opin. in opin. 30. incip. attentata, & Iudici qui inhibuit seu inhiberi debet, commissio dirigitur, quia illa reuocat, vt dixit Lancel. de iud. per quem att. reuoca. cap. 27. nume. 46. & sequen.
42 par. 3. & pariter, si eo ab officio remoto alter succesisset, cum non personæ, sed officij, & dignitas ac maiestas iam in successore eadem existens fuerit lesa, quia representatione semper durat idem Iudex. l. cum proponebatur. ff. de iudi. licet ex suo puro, & mero officio illa reuocare valeat. decis. 2. de restit.
43 spolia. in nou. & 5. nume. 5. vt lite penden. in antiq. tunc ex officio illa attentata reuocare valebit, quæ ad partis instantiam reuocari non possunt, ne attentans de sua valeat temeritate gloriari, at quando illa ex suo officio reuocat, dicitur officium nobile, non autem mercenarium Rota in d. decis. 5. nume. 5. vt lite penden. in nou. Bisig. decis. 1. eod. titu. eorum autem attentatorum, quæ ex Iudicis officio, non ad partis instantiam reuocantur exemplum tradi potest, in attentatis ab eo reuocare petitis, de cuius iure non constat. Nam licet id petere nequeat, tamen ea ex officio tollere, seu purgare Iudex poterit Rot. de-
44 cis. 2. de rest. spolia. in nou. Cassad. decis. 3. nume. 6. eod titu. Simileque quando vnus ex collitigantibus moriatur, si dum subrogatur alius superstes attentat, licet ad instantiam subrogati non tollantur, tamen officio Iudicis reuocabuntur, decis. 10. vt lite penden. in nou. & alijs modis relatis per Lancel. in capit.
45 27. nume. 12. & sequen. de iudi. per quem att. reuoc. par. 3. Nam plus in reuocatione attentatorum consideratur contemptus maiestatis, Iudicis quàm partis interesse, quia ut dixit Oldrad. in consil. 206. contenta prætoris maiestas vendicatur, quæ considerari potest in omnibus attentatis. Nec mirum tibi sit si in multis præfati Præceptoris mei in iure Pontificio Venerandissimi

simi scripta sequutus sim, tum propter ipsius honorem, & dignitatem, tum quia ita copiose, docte, & eleganter omnia ad hanc materiam pertinentia in vnum cumulauit, vt nil aliud vix dicendum ceu supersit, vel excogitari (vt ita dicam) possit, at quia omnibus famosissimus, immo necessarius ejus de attentatis notus tractatus est in quo ex professo omnia videri valent, ideo in longum de eis verba facere nolui, cum ex eo percipi possint, sed tantum pauca ad commissionis nostræ propositum facientia in vnum colligi statui cum quotidiana sit pro qua relata sufficiant.

DE COMMISSIONE RESTITVTIONIS IN INTEGRVM ADVERSVS REM IVDICATAM SPOLIVM ET ALIA COM. IIII.

SVMMARIVM.

1 Restitutio in integrum quid sit.
2 Appellatione deserta non appellatum dicitur.
3 Restitutio in integrum est remedium extraordinarium.
4 Restitutio in integrũ petitur per Signaturã gratię & iustitię & quomodo.
5 Restitutio in integrum est personalis & non comprehendit fideiussores.
6 Restitutio in integrum de iure post quatuor annos non datur & eo elapso denegatur fallit vt nu. 7.
8 Quadriennii ad restitutionẽ in integrũ petendam quãdo currere incipiat.
9 Quadriennium legitimæ impedito non currit.
10 Quadriennij lapsus est in commissione restitutionis exprimendus.
11 Ecclesię post quadriẽnii restitutio dat. Fallit in bñficialibus vt ibi nu. 12.
13 Restitutionis concessio quæ requirere debeat.
14 Mandatum speciale requiritur ad restitutionem in integrum petendam. Declara vt num. 15. & nu. 17.
16 Restitutio in integrum quando incidenter peti dicatur.
18 Verbum supplicare continet etiam restitutionem in integrum.
19 Restitutio in integrum est de appenditijs primæ causæ & nu. 58.
20 Prælatus absq; mãdato speciali pro Ecclesia restitutionẽ in integrũ petit.
21 Mandatum procuræ speciale quando dicatur.
22 Procurator Dominus litis effectus absque speciali mandato in integrum restitutionem petito.
23 Restitutio in integrum an vltra vnam vicẽ peti possit. Declara vt nu. 24.
25 Appellatio deserta secum rem iudicatam trahit.

26 *Exceptio rei iudicatæ dicitur exceptio litis finitæ.*
27 *Restitutio in integrum contra quamcunque sententiam peti potest.*
28 *Differētia inter restitutionem in integrum & ad appellandum & nu.* 34.
29 *Restitutio in integrum bis peti potest in Ro. cur & quomodo.*
30 *Princeps suppremus solus restitutionem in integrum gratiosam concedit.*
31 *Restitutio in integrum peti potest pendente negotio principali.*
32 *Restitutio Signaturę gratię, à quo differt à restitutione Signaturę iustititię*
33 *Executoriales decretę euanescunt superueniente restitutione in integrum.*
35 *Restitutio in integrū cōceditur quādo de lęsione constat & an Signaturę. Lesio sit probanda & nu.* 37.
36 *Restitutus ad appellandum quid probare debeat.*
38 *Papa ignorat ea quæ in facto consistunt.*
39 *Minor aduersus rem iudicatam ex sola negligentia procuratoris restituitur in integrum. Declara vt ibi.*
40 *Minori an detur restitutio contra tres sententias conformes & quomodo. Declara vt ibi.*
41 *Clement. vt calumnijs de re iud. intellectus & nu.* 71.
42 *Signatura quando aliquando concedat restitutionem in integrum absque clausula parito iudicato.*
43 *Minor conflito de lęsione restituitur aduersus contractum & in beneficialibus & alijs.*
44 *Restitutio minori concessa quando maiori prosit.*
45 *Maior ex negligētia sola procuratoris nō restituī in integrū. Limita vt* 46.
47 *Sententia quæ in iudicatū transiuit an reuocetur per iura denuo reperta.*
48 *Minor restituī in integrū ex priuilegio minoritatis nō ex iusto impedimēto*
49 *Maiori ex instrumētis nouiter repertis ex clausula gñali qñ dē restitutio.*
50 *Intellectus l. admonendi ff de iur. iur.*
51 *Lęsio ex nouis iuribus & non antiquis quando probanda.*
52 *Restitutio Maiori cōcedēda duo necessario requirit. Secus si minori vt ibi.*
23 *Restitutio concessa defuncto prodest hæredi.*
54 *Restitutio cum conditione non valet nisi ea purificata.*
55 *Commissio restitutionis datur vna cū appellatione & nullitate & nu.* 59.
56 *Clausula prout de iure in commissione restitutionis addenda.*
57 *Differentia inter clausulam prout de iure positam in corpore commissionis & in fine rescripti.*
58 *Commissio restitutionis in integrum quare interdum Iudici à quo & interdum Iudici ad quem dirigatur.*
60 *Differentia inter restitutionem in integrum & nullitatem.*
61 *Restitutio cōtra tres cōformes vel rē iudicatam quo modo ac cum quibus clausulis cōcedatur. Et an impediat executionem earum ibi & nu.* 64.
62 *Clausula parito iudicato quid importet.*
63 *Restitutio contra tres conformes quando detur.*

65 Pra-

326

65 *Praxis curiæ in commissione exequtionis rei iudicatæ vigore statuti vrbis quare inoleuit.*

66 *Statutum vrbis quod duæ sententiæ faciant rem iudicatam & habeant vim trium comprehendit clement. vt calumnijs de re iud.*

67 *Restitutio in integrum quando detur si vna sententia lata fuerit quæ fecerit transitum in iudicatum, limita & declara vt ibi.*

68 *Citatio per contradictas siue edictum quid sit.*

69 *Restitutio in integrum aduersus sententiam vel sententias latas per contradictas an detur.*

70 *Clausula parito indicato an dãda stante re iudicata ex vna sentẽtia.*

71 *Rota non dat restitutionem in integrum aduersus tres conformes nisi de earum nullitate aut vna earum constet prius.*

CAP. I.

1 RESTITVTIO in pristinum statum repositio est, dixit Bart. in l. quod si minor 9. restitutio nu. 1. ff. de minor. Corn. cons. 125. nu. 4. & cons. 184. nu. 3. vol. 3. Gozzad. cons. 54. nu. 6. & relationem habet ad principium, Paris. cons. 19. nu. 31. vol. 1. Bart. in l. ab hostibus, 6. sed quod simpliciter, col. 2. vers. veritas est ista, ff. ex quib. cau. maior. Ias. in l. interdum nu. 4. ff. de cond. indeb. Dec. cons. 436. nu. 3. Card. in clem. 1. in 3. not. de rest. in integr. Ant. de Butrio in cons. 19. num. 2. & latissimum verbum est, l. restituere ff. de ver. sig. ac species supplicationis, quia lesioni opponitur, & illud reddit, quod lesio abstulerat, Ruin. cõs. 19. n. 4. vol. 3. Paris. cõs. 105. nu. 4. vol. 3. l. 1. C. si aduer. trãsac. l. sed & si per prætorẽ 5. si feriæ ff. ex quib. cau. maio. Bar. in l. qui pro prio ff. de pecu. Couar. in initio 2. par. relect. c. 1. n. 1. & quicquid abstulit pariter perinde ac si reuocatũ nõ foret ad primeũ statũ restituit, l. 6. in fi. C. de sent. pas. Sarnẽ. in reg. de sub col. q. 14. n. 4. Butr. cõs. 19. nu. 21. Innoc. in c. requisitus nu. 7. de rest. in integr. & quãuis iura extincta viuificet, ea tamen non approbat, nec noua cõcedit, quia non plus dat, quam ablatum fuerit, Imol. in c. super quatuor de maior. & obed. Sarnen. super reg. de non tol. iur. quæs. q. 17. nu.

2 4. At quia appellatione deserta, non appellatum fingitur, decis. 5. nu. 5. de app. in nou. Io. And. in c. licet de sent. excom. idcirco succumbens, vel quia non appellauit, vel imperacta causa iura non deduxit, seu ea de nouo reperijt, interdum indefensus remansit, vel per cõtradictas cõtra ipsum pronũciatũ fuit, ex capite necessariæ absẽtiæ, minoris ætatis, vel paupertatis, aut alijs de causis quã

3 plurimis, ad restitutionis in integrũ remediũ cõuolat, quod extra ordinarium est, Abb. in c. cum venissent, n. 2. de in. rest. Bart. in l. mandato, vbi glos. C. de minor. & an requiratur probatio lesio-

nis plena vel semiplena, vide decis. Benonit. 85. nume. 1. & seq. In noc. in c. ex litteris de in integ. rest. qui ambas opiniones refert.

Quod restitutionis beneficium interdū petitur in Signatura gra-
4 tiæ à S.D.N. vel prout de iure cum clausula, si qua mihi iusta causa, & c. sed quia ex multis, & diuersis capitibus tale remedium per cōmissiones, seu gratiosas supplicationes intentatur breuiter que earum materiam tangunt perstrutemus. Circa quod sciēdum est
5 beneficium restitutionis in integrum personale esse, & ob id fideiussores non comprehendere, licet ad hæredes transeat, Bart. in l. 1. nu. 6. C. de fideiuss. minor. & in l. minor autem magistratus §. nō solum ff. de minor. & in l. qui duos col. 2. ff. de reb. dub. & licet in multis casibus per quemlibet magistratum iudicis qui iudicauit superiorem, ac interdum per eundēmet iudicem qui pronunciauit concedi possit, Bart. in l. causæ la 2. §. nunc videndum in 2. oppos. ff. de minor. Salic. in l. placet C. de ped. iudic. c. ex litteris, vbi Abb. in 3. col. vers. ex hoc dicto de rest. in integ. Phil. in c. dilecti q. 9. de app. Tamen de hac non loquor, sed vt dixi de ea, quæ per am-
6 bas Signaturas cōceditur, quę infra quadriennij tempus nō vltra de iure peti potest, l. fi. vbi DD. C. de temp. in int. rest. Dec. cons. 29. nu. 2. & cōs. 436. nu. 8. Afflic. decis. 175. c. 1. de rest. in integr. in 6. clem. 2. eod. tit. & quadriēnio elapso, de iure denegatur, Ancar. in cons. 136. nu. 3. Innoc. in c. cū ex literis de rest. in integr. Abb. in c. cum causam nu. 9. de emp. & vend. & ideo infra quadriennū, quia petitur ex constitutionibus Principum, non autem ex prætoris edicto, vt dixit Alex. in l. admonendi nu. 4. vbi Castr. nu. 7. ff. de iur. iur. c. 1. & 2. de rest. in integr. in 6. Turz. in lib. com. opin. cōcl.
7 109. Fallit nisi sit enormissima lesio, quia ecclesiæ minori, & alijs æque priuilegiatis, datur etiam post quadriennium, Soci. de communi attestans in cōs. 226. col. 12. lib. 2. Rom. cons. 113. n. 5. Alex. cons. 3. vol. 2. col. 5. Turz. vbi sup. Ruin. cons. 122. nu. 17. lib. 5. glos. fin. cōmuniter approbata in c. vnico de rest. in int. in 6. Alex. cons. 9. in fi. vol. 3. Alber. Brun. cōs. 41. col. 8. Cassad. decis. vnica de emptio. & vēd. Ias. cōs. 54. & seq. vol. 1. Corn. cōs. 58. nu. 5. vol. 3. qđ fallit in causa possessorij, quia supradictis licet priuilegiatis post quadriēniū quātuncūque causa sit magna, & possessoriū videatur perspicere totā causā restitutio nō datur, Soci. cons. 266. nu. 26. vers. quia quādo est contentio vol. 2. ea motus ratione, quia possessoriū etiā de magna causa dicitur parui præiudicij, Dec. cons. 28. nu. 1. l. vnica C. si de mon. poss. fu. app. Bart. in l. admonendi col. pen. vers. sed aduertendum ff. de iur. iur. & istud quadriēniū incipit currere à die scientiæ, nō autē à die lesionis, Bal. in cōs. 92. num. 1. lib. 1. adeo quod à Principio est vtile, & ex post facto continuū, Deci.

cons. 42.

consf.42.in fin.& d.cõs.436.nu.9.Card.in clem.1.q.25.de præscrip. Abb.in c.1.nu.12.eod.tit.& in consf.32.in fin.vol.1. ob id, vt dixit Aim.de antiq.temp.par.4.nu.187.lesionem, seu factum ignoranti etiam si stet per centum annos nnnquam dictum quadriennium currit,& idem asseruerunt Abb.in consf.89. nu.11.vol.2. Conon. in c.1.de rest.in integ.in 6.Bald.in l.falsam C.si ex falsinstr.Boer. decis.39.nu.4.Paul.de Castr.in l.fin.ff.de coll.Alex. consf.71.col. fin.vol.1.& consf.4.col.pen.versf.nec obstat si diceretur vol.2.Soc. cõs.86.in fin.versf.sexto & vlt.vol.1.& cõs.66.nu.11.vol.4.Marsf.in l.qui ignorãtes nu.17.ff.de falsf.& in sing.575.incip. multa & quã plura,at si adsit scientia,incipit currere à die vltimæ scientiæ Rota decisf.2.de rest. in integ. in nou. & idem censendum erit in sententia lata vigore falsorum instrumentorum, c. cum venerabili de excep. Alex.in l.admonendi nu.7. in fin.ff.de iur.iur. Bal.in l.si
9 sub specie C.de re iud.Nec pariter currit quadriennium, quando quis fuit legitime impeditus,facto iudicis,vel aduersarij, vt propter iustos metus,vel quid simile,Cassad.decisf.1.n.1.de rest.spol. Salic.in l.fin.nu.8.versf.oppono quod eo quadriennio C. de temp. in int.rest. Felyn.in c.1. nu.11. de præscrip'.& quod tempus quadriennij ad restitutionem in integrum petẽdam aduersus rem iudicatam incipiãt currere à die scientiæ latæ sententiæ, vltimæ, & non primæ,tenuit Bal.in consf.93.num.1. lib.1. nec à termino peremptorio assignato ad probandum in prima instantia, quia nec per lapsum huiusmodi peremptorij erat completa lesio improbanda,cum in secunda,& tertia instantia militet regula non proposita proponam,& non probata probabo,l.per hanc C.de temp. appell.c.cum Ioannes de fid.instr.& per primam sententiam,non est effectualiter pars lesa,si ab ea fuerit appellatum, cum omnem eius effectum appellatio suspendat, c.veniens de iur. iur. & sic ab vltima, quæ finem liti imponit, incipit currere quadriennij tem-
10 pus,Rot.decisf.2.de rest.in integr.in nou.Tamen si lapsum sit quadriennium,de eius lapsu in rescripto facienda est mentio,vt dixit Vestr.in sua prax. lib.4.c.4. num. 11.& quæ in præmissis dicatur enormis lesio,seu enormissima, vide Soc. cõs.266.vol.2. Dec.cõs. 45.& cõs.180.& 380. Parisf.consf.12.nu.8.vol.1. Cassad.decisf.1.de empt.& vendit.Dec.pedem.142.n.15.& seq.Alex.cõs.94.per tot. vol.2.Bart.in l.interdum in versf. quæro quod tempus vbi glossf.ff. de minor.& in l.ab hostibus §. sed quod simpliciter col.pen. versf. venio ad tertium ff.ex quib.cau.maior.vbi tractat etiam per quot temporis spatium, minor si in contractu fuerit lesus, eam petere valeat,& in l.diuus,& in l.fin.ff. de in int. rest. & licet, vt dictum
11 est,ecclesiæ post quadrienniũ restitutio detur,tamen eo elapso ex

quauis causa in beneficialibus non competit, decis. Sarnen. 30. & ratio est, quia in beneficialibus non potest considerari enormissima lesio, Rot. de procur. in antiq. decis. 8. Innoc. in c. quærelam de decim. & ob id cessat ratio restitutionis, de qua in c. 1. de rest. in
12 integr. in 6. & cum decis. Sarnen. videtur concordare Cassador. decis. 2. de rest. in integr. Tholom. decis. 97. & licet res iudicata, seu causæ desertio, causata fuerit dolo, vel culpa procuratoris in beneficialibus non datur restitutio, Cassad. decis. 5. de app. vbi limitat opinionem contrarium asserentium, quod non procedat in
13 beneficialibus, quia non recipiunt extimationem, ad hoc autem, vt detur restitutio, opus est, vt quis aliquid ammittat, nisi concedatur, & quod acquirere posit, & non acquirat, vel quod oneri, quod non expediat, se subijciat, & ideo vt super hijs cognoscatur iudici committitur, Innoc. in c. coram fœlicis nu. 1. de rest. in in-
14 tegr. Mandatum speciale requiritur ad petendum restitutionem in integrum, Cassad. decis. 1. num. 2. de procur. Bart. in l. titius in princ. ff. de liber. & posthum. & in l. filius familias ff. de donat.
15 Quod tamen declara quando restitutio petitur principaliter id locum habere, cum absque speciali mandato id fieri nequeat, secus autem si incidenter, Couar. var. res. lib. 1. c. 6. nu. 1. & inciden-
16 ter peti dicitur, non tantum quando pendet causa principalis, sed etiam ea finita in continenti post sententiam, dummodo infra decem dies, vt Couar. ibidem Abb. & Canon. in c. susceitata de in
17 integr. rest. tamen si talis facultas sub generali mandato comprehendatur, licet de ea specialis mentio non fiat, sufficit, exempli gratia quando aderit in eo clausula, & ad omnia alia faciendum, quæ speciale mandatum requireret, vel adesset in eo facultas sup-
18 plicandi, quia verbum supplicatio largo modo continet in se restitutionem in integrum, Cassad. d. decis. nu. 1. & 3. vers. nihilominus sufficit &c. vel si adsit clausula cum libera, vt late Couar. loc. cit. nu. 3. vers. quinto &c. qui per multas ampliationes quæstionem ponit. Sed scias, quod procurator in cuius principalis fauore adest res iudicata, potest, & tenetur vigore sui mandati eam defendere, licet in procuratorio de causa restitutoria nihil dice-
19 retur, tum quia restitutio est de appendicijs primæ causæ, tũ quia licet (vt dixi) pro obtinenda restitutione speciale requiratur mandatum, non tamen requiritur pro defendenda re iudicata, aduersus restitutionem petitam, Cassad. decis. 2. per tot. de procur. Id ta-
20 men fallit, si prælatus pro Ecclesia in integrum restitutionem peteret; quia absque speciali mandato id facere valet, vt dixit Card.
21 in clem. 1. q. 4. de in integr. rest. Speciale autem mandatum, tunc dicitur, quando exprimitur causa specialis, in qua peti debet restitutio

388

stitutio in integrum, vt dixit Bal. in l. illud. §. 1. ff. de minor. Si vero
22 fuerit dominus litis effectus, eam absque mandato speciali petere poterit, Innoc. in c. suscitata nu. 1. vers. dic quod de rest. in integrum, vbi tenet, quod etiam contra sententiam latam in causa, in qua fuit procurator, id facere etiam possit licet Couar. loc. cit.
23 num. 1. contra Innoc. teneat. Sed an restitutio in integrum vltra vnam vicem peti possit videamus, & in hoc articulo loquendo de minore, Bal. in l. quamquam nu. 5. C. si sep. in integ. rest. post. dicit, quod in ea petenda minor variat, & sic si semel sibi concessa sit, iterato poterit eam petere, dummodo sibi fuerit necessaria, l. & si fine §. restitutus ff. de minor. 25. annorum. Vnde si pater hæreditatem filio infanti delatam eius nomine adiuerit, vel repudiauerit, quod facere valet, filius adultus, vel sui iuris effectus, restitutionem implorare potest, & ea semel concessa, non amplius erit audiendus l. fi. §. vbi autem C. de bon. quæ lib. sed in quantum dixi, quod minor in petenda restitutione variare, & denuo eam petere
24 valet, declara, dummodo semel sibi fuerit denegata, per errorem iudicis, vel per vitium probationis aduersarij, quia tunc iterato admittitur ad eam petendam, Bald. in l. cum circa nu. 2. & 3. C. si min. se maio. vbi nu. 6. & 7. subdit, quod super ætate propter defectum probationis negatæ, denuo pariter in integrum restituitur, Rursus autem supradicta intellige, & declara vera, quando ex noua causa restitutio petitur, quia cum regulam habeamus, quod restitutio semel denegata iterato non conceditur, ne procedatur in infinitum, l. 1. C. si sep. in int. rest. post. c. fi. de rest. in int. Dec. cons. 436. nu. 6. & 8. Capic. decis. 165. nu. 2. si denuo super eadem re particulari quis petat se in integrum restitui, non est audiendus, nisi ex noua causa, vt Dec. ibidem nu. 6. exempli gratia, porrexi commissionem restitutionis in integrum aduersus sententiam, contra quam, cum mihi non essent probationes, luce meridiana clariores, quia vbicunque quis venit contra sententiam, & eius impugnationem, non defertur illi iuramentum in supplementum, Bal. in d. l. cum circa nu. 1. & in l. 1. nu. 5. C. qui & aduers. quos in int. restitutio postuletur, fuit mihi denegata, ex eadem causa non ero iterum audiendus, nisi adsint probationes, seu iura noua, & quæ sint ista noua iura, siue defensio, tradit Spec. in §. quis autem nu. 6. & per tot. de rest. in integ. Sed si petiero restitutionem ad appel-
25 landum, non ero reijciendus, vt in d. c. fi. de in inte. rest. quia cum appellatio sit deserta, secum rem iudicatam trahit, Authen. ei qui C. de temp. app. clem. sicut; & clem. si appellatione de appell. c. cũ
26 sit Romana eod. tit. & exceptio rei iudicatæ, dicitur exceptio litis finitæ, Bar. in l. nam, & postea in princ. ff. de iur. iur. c. 1. de lit.

328

probationes, ad appellandum, contra contractum, iuramentum, confessionem, & alijs de causis, quæ occurrere possunt, ac à iure
32 traduntur, & restitutio istec gratiosa differt ab alia, prout de iure, quia ex hac Principis restitutione statim omnia in pristinum statum sicut antea erant reponuntur, & ab ea non datur appellatio. In alia autem seruatur ordo iudiciarius, quæ pariter subiacere potest vitio nullitatis, & datur appellatio, Spec. in d. §. vltimo num. 1. c. auditis, & c. ex litteris eod. tit. Similiter per restitutionem in integrum Principis contra sententiam cassantur omnes actus prius facti, & in restitutione ad appellandum non, vt
33 dixit Bal. in addit. ad Spec. in verb. cui restitutio loc. cit. Hinc est, quod si petatur restitutio contra sententiam, statim omnia in pristinum statum reposita censentur, adeo quod, si post rem iudicatam decrete fuissent exequtoriales, & res iudicata fuerit in causa restitutionis confirmata, opus erit nouis exequtorialibus, quia primæ per restitutionem euanuerunt, Cassad. decis. 13. num. 1. de rescrip. Io. Andr. in c. beneficio q. 7. & ibi Imol. in fin. vers. vltimo
34 tangit de rest. in integr. Quando autem datur restitutio ad appellandum contra primam sententiam, duæ aliæ sententiæ sufficiunt ad faciendum tres conformes, quia prima computatur. Sed quando datur restitutio contra sententiam, tres aliæ requiruntur; quia prima nihil tribuit, vt DD & decis. Cassad. sup. alleg. tradunt, & ex hac alia differentia apparet, quod maioris sit vtilitatis, restitutio contra sententiam quam ad appellandum, vt dixit Milis. in suo repert. in verb. restitutio datur minori, & ecclesiæ in fin. & an monaco contra abbatem competat, vide decis. 5. de
35 rest. spol. in antiq. Concludo igitur, quod quotiescunque de lesione constat, quamuis iudici, cui rescriptum dirigitur id constare debeat, restitutio conceditur, & antequam minorem, seu alium æque priuilegiatum in integrum restituat, lesio gustanda est, Dec. in cons. 436. num. 4. & 5. l. verum §. restituitur ff. de minor. & sic, cum commissio fuerit limitata, prout de iure, & data forma, si de lesione non apparuerit, non habebit locũ restitutio, Fulgos. cõs. 180. Bar. in l. diẽ proferre §. stare ff. de arbitr. Abb. cons. 41. lib. 1. & in c. cum dilecta in fin. de rescrip. Dec. in d. cons.
36 nu. 5. & pariter si ad appellandum fuerit restitutus, antequã intẽtet iudicium aduersus rem iudicatam summarie damnum, uel interesse probare debet, Milis. in suo reper. in verbo restitutio ad appellãdũ, Rot. decis. 30. de reser. in antiq. & ideo modica sufficit præsumptio, quia requirere exactam probationem fit postea in
37 causæ progressu, Rot. decis. 5. de rest. in integr. in nou. Namsignatura iustitiæ, quæ nunquam consueuit denegare commissionem

cum

cum hac clausula, prout de iure, committit causam tantum, nec
gustat de meritis ipsius, nisi interdum superficialiter, sed non in
hac commissione, secus autem quando petitur restitutio gratio-
sa, per signaturam Papæ, quia cum ius aduersarij sit radicatum su-
per acquisitis, vel ex sententia in eius fauorem, vel ex alio capite,
si gratiose quis restituatur, tollitur ius præfatum, & restitutio in-
ducit certum nocumentum, in damnum illius, contra quem impe
tratur. Ideo S.D.N. debent narrari, & per signaturam gustari cau
sæ, in aliqua parte saltim sufficientes, ad restitutionem conceden
dam; quia per talem gratiam Principis omnia impedimenta remo
uentur, quæ illi obstare possent, stante potestatis plenitudine Pa-
pæ, qui supra ius dispensare valet, c. proposuit de concess. præb. &
verisimile est concludere, quod omnia impedimenta voluerit tol-
lere, tam præsentia, quam futura, ad hoc vt gratia facta suum de-
bitum sortiatur finem, vt dixit Rot. decis. 33. nu. 15. & 16. de præ-
ben. in antiq. & quia præsumitur, quod Papa ignoret ea, quæ in
38 facto cõsistunt, decis. 13. Bisgn. de præben. in antiq. num. 6. si facit
gratiam cum præiuditio iuris alterius, quod Papa facere nõ solet
regulariter l. 2. §. merito ff. ne quid in loc. pub. c. mandatum de re-
script. c. super eo de off. deleg. c. licet de off. ord. c. nunc verò 9. q. 3.
Thom. Fast. decis. 5. nu. 1. debent ei narrari causæ, ob quas saltim
de æquitate, tali sit gratia petens dignus, quæ deinde irrefragabi-
liter est seruanda, Rot. de concess. præb. in antiq. decis. 26. nu. 5. &
quod vbi de lesione constat restitutio non denegetur maxime mi
nori, dixit Bal. in auth. qui semel n. 1. vers. quinto fallit C. de prob.
39 Card. in clem. 1. ex sola autem procuratoris negligentia, si senten
tia in iudicatum transierit minor restituitur, Abb. in c. 2. nu. 7. de
rest. in int. quod intellige, quotiescunque probatum fuerit procu
ratori non esse soluendo, Cassad. decis. 5. nu. 3. de app. Moder. Pe-
rus. in c. ex ratione col. 10. vers. circa quartum impedimentum, de
app. & pariter, si morte, vel infirmitate procuratoris sententia in
iudicatum transiuerit, minori restitutio non denegatur, quia non
potuit appellare, Cassad. decis. 6. nu. 5. de appel. vbi de morte pro-
curatoris pluries fuisse in Rota obseruatũ dicit. Nã eo ipso, quod
minor nõ appellat præsumitur lesus, Bar. & Bal. in l. sancimus nu.
7. C. in quib. cau. rest. in integ. nõ est necess. ac etiã si fuerit instãtia
perẽpta, l. fi. vbi Bal. C. si tut. vel cur. Pariter datur minori, ac dum
40 de eo loquor intelligẽdo de alijs æque priuilegiatis restitutio, cõ
tra tres cõformes sententias, seu tertiã, sententiã, & etiã ecclesiæ ac
aliis æque priuilegiatis quod intellige ne interim retardetur triũ
cõformiũ exequtio, ratio est quia clem. vt calumnijs de rẽ iud. lo
quitur etiã in Ecclesia pupillo, & similibus, vt dixit Bal. in l. 1. nu.

16. C.

16.C.ne lic.in vn.ead.cau.ter.prou.licet ibi Salic.n.8.cõtrariũ aſſerat,ea motus ratione,quia reſtitutio conceditur,vbi appellatio
41 denegatur,& ſic clem.vt calumnijs loquitur,quãdo nullitas proponitur,nõ quãdo quis vult ſpeciali beneficio ratione ætatis iuuari. Tamẽ opinionẽ Bal.ſequendo dicendum erit,quod ſi clemen. præfata tollit beneficium, ne contra eas de nullitate dici valeat, quod eſt de iure communi ordinarium, fortius, & extra ordinarium,ideſt hanc reſtitutionem in integrum ex deffectu ætatis tollere debet,quod remedium extra ordinarium dicitur,& ius commune ad excludendum fortius eſt,Bar.in l.ſi conſtante 9. quoties circa fin.ff.ſol.matrim.& in l.arrogator col.11.ff. de adoptio. Nã clem. præfata loquitur per verba generalia apta omnia tollere, quæ trium ſententiarum exequtionẽ impedire poſſent, ergo etiã & hanc:quia qui omne dicit nihil excludit, & quamuis pro vtraque parte hinc inde ſint ſcribentium ſententiæ, tamen Rota in reſtitutione præfata,prout de iure conceſſa,communius,vt citius litibus finis imponatur,ſepiusue Bal.opin.ſequta eſt,calumnijs, & malitijs occurrendo,ne tot ſentẽtiæ cum tot maximis laboribus, & expenſis obtentæ ſint ludibrio,vt dixit Caſſad.in deciſ.1. nu.3. de reſt.in int.per tex.in l.properandum C.de iudi.c.finem litibus de dol.& cont.licet aliquando ſequta ſit Saliceti opinionem, quãdo ex nouis, aut antiquis iuribus appareat ceſſatio malitiæ,vel calumniæ, vt ibidem Caſſad. Meliſ. in ſuo reper. in verbo exequtio
42 trium ſententiarum,quod verum credo,& ſic conciliari poſſunt ſupradictorum doctorum ſententiæ,& eis non obſtantibus, quando de præmiſsis ſignatura guſtat,reſtitutionem ſine clauſula parito iudicato dare aliquando ſolet,vt Caſſad.ibi nu.3. Rot.deciſ. 1.de reſt.ſpol.in nou.Cappel.Tholoſ.deciſ.54.Moed. deciſ.78. & maxime ſi in continenti id probetur,Couar.prac.quæſt. c.23.nu. 7.Menoch.de arbitr.iud.caſu 9.n.3.ac etiam quando ex antiquis & nouis iuribus de bono iure conſtat,ſed de his late verba feci in commiſ.nullit.in dubio poſito, an exceptio nullitatis trium ſententiarum conformium exequtionem impedire valeat, vbi vide,
43 & deciſ.1.de reſt.in integr.in nou.Et ſi paſsim minor in integrũ reſtituatur, aduerſus contractum, dummodo de leſione conſtet, vti etiam in beneficialibus ſec.Couar.lib.1.var.reſol.c.5.nu.1.2. & ſeq.cum adduc.Et pari modo Reſpublica,Ciuitas Caſtrum,ſeu vniuerſitas,quam reſtitutionem habent ex priuilegio, & ratione minorum,& viduarum inter eos exiſtentium l. rem publicam C. de iur. reipub.lib.10. l.reſpublica,vbi Bal.Salic. Caſtren. & DD. C.ex quib.cauſ.maior.Abb.in c.1.num.15.de reſt.minor. & hanc eſſe communem opinionem dixit Dec.in conſ.43.in fin.& pariter de mino-

de minore si fuerit lesus interueniente tutoris authoritate, non denegatur restitutio, l. 2. vbi Bar. & Bal. C. si tut. vel curat. l. si quidem C. de præd. minor. Abb. in c. cú causa de empt. & vend. Corn. cons. 196. nu. 19. vol. 1. ac pariter ei dabitur in his, quæ solus tutor gesit, licet conueniri posit, l. etiam, vbi Bar. C. si tut. vel cur. & an restitutio concessa minori comprehendat fideiussores, an & quando dicatur personalis, ægrediens personam illius, cui concessa est, & quando non, vide Bar. in l. fin. nu. 4. ad fin. C. de fideius. mi-
44 nor. in hoc autem scias, quod restitutio concessa minori in re indiuidua, prodest etiã maiori, glos. singularis in l. 1. in verbo patrocinari C. si in com. ca. cau. in int. rest. post. vbi Bar. l. loci §. si fundus ff. si ser. vend. & quando in minore cesset restitutionis in integrũ beneficium, vide Corn. cons. 338. nu. 8. vol. 1. Secus autem in ma-
45 iore, quia sola procuratoris negligentia, nisi dolus adsit, ad id nó erit sufficiẽs, vt eleganter concludit, Alex. in cons. 95. nu. 7. vol. 2. & id in pœnam domini inductum fuit, sed quia potestas appellandi post decem dies durat, ob id sibi dominus imputet, si male fecit in eligendo procuratorem, non solertem, nec diligentem, idque tãto magis verum est, quãdo dominus sciuit, & præsens fuit; quia tunc nec exceptione, quod procuratori non sit soluendo iuuatur, quoniam cum ista probatio requirat altiorem indaginem, nec illico sit in promptu, ad retardandam exequtionem nihil facit vt ibi Alex. nu. 7. & seq. cum adduc. & idem dixit Lancel. de attẽt. app. pend. late q. tractãs c. 2. limit. 50. nu. 8. par. 2. & de attent. ped.
46 rest. in int. c. 13. nu. 2. par. 2. Tamen si procurator fuerit infirmus seu alias legittime impeditus erit iusta causa concedendi talem restitutionem in integrum, & dum petitur, in exequtione super sedendi. Sed quid, lata fuit contra minorem sententia, & forsan hæredem, quæ transitum fecit in iudicatum in ea instantia, vigente sua paupertate, instrumenta pro se facientia exibere nequiuit, hodie habet pecunias in promptu pro soluenda mercede notarij, & bonum ius ex dicto instrumento resultat, seu illud hæres, seu illa ignorauit, & post latam sententiam, ac rem iudicatam ad eius notitiam peruenit, seu reperijt, vult iuuari ex regula hodie constat, hodie agatur, at sibi obstat res iudicata, quæ finem liti imponit, l. 1. ff. de re iud. itaque commissione porrecta, ex restitutionis in integrum beneficio sibi succurri petit, quæritur an rescripto di-
47 gnus sit, & licet regula adsit, quod sententia, quæ in rem iudicatã transiuit per instrumenta denuo reperta non retractetur, l. imperatores ff. de re iud. l. sub specie C. & c. sub orta eod. tit. Tamen si iura denuo reperta non sufficiant ad tollendam rem iudicatam, bene ipsorum vigore peti poterit in integrum restitutio aduersus eam,

eam, ex clausula saltim generali si qua mihi iusta causa &c. l. 1. in fi. & l. sed, & si per prætorem. 9. hæc clausula. ff. ex quib. caus. maior. Imol. & Moder. in d. l. Imperatores Canon. in cap. suborta de re iud. Alex. cons. 69. nu. 5. vol. 3. & in cons. 84. col. 2. vol. 1. & maximè si hæredes sint, & tam maiores, quam minores, qui iustam ignorantiæ causam habere possunt, l, qui in alterius. ff. de reg. iur. Id tamen intellige in minore, & alijs priuilegiatis, vt glos. in d. l. Imperatores in verbo in negocio Io. de Imol. cons. 3. nu. 2. & 3. Alex. consil. 69. num. 3. vol. 3. Butr. cons. 27. Cur. Sen. consi. 77. Bal. in l. pen. C. si ex fals. instr. Iusta etenim ignorantiæ rei gestæ causa per antecessores, vel interdum per procuratorem subest, vt dixit Alex. in d. cōs. 69. nu. 7. l. quod vulgo. ff. pro empt. glos. & DD. in l. si obligata. ff. de
48 leg. 1. Paul. de Castro cons. 257. nu. 3. vol. 2. qui vt ibi dixit, Personę istorum priuilegiatorum restitutioni dant locum non autem iustum impedimentum. l. minor. ff. de minor. l. interdum. ff. de cond. indeb. quia vt sup. alleg. DD. aiunt, si maior iustum impedimentum probare debet, tamen non minor, vt alij priuilegiati, quia eis sufficit allegare instrumenta denuo reperta, fauorabilior est etenim restitutio in integrum minori competens, & alijs ex edicto de minoribus, quam maiori ex dicta clausula generali si qua mihi, Frāc. Aret. in cons. 37. col. 6. & cons. 104. In multis præterea casibus datur, & in multis denegatur minoribus restitutio, quos particulariter non tango, tum quia non est nostri tractatus intentio, tum quia causa commissa, si de iure venit concedenda, Iudex videbit
49 nostrum est de commissione tractare, Maioribus autem non ita passim datur restitutio ex dicta clausula generali, si qua mihi, ex capite instrumentorum nouiter repertorum, & in specie actori nō est concedenda, quia si contra ipsum in rei liberatione fuerit data sententia absolutoria, & ratione instrumentorum nouiter repertorum vt supra restitutionem petat, denegari debet nam ad ipsum spectabat bene suam probare intentionem, & rationes in promptu habere, ante inchoatum iudicium, nec antequam clara documenta reperiret aliquid nouare. l. qui accusare. C. de eden. l. qui in alterius, in fin. ff. de regul. iur. Paul. de Castr. in d. consil. 257. numer. 3. versic. sed respondeo volum. 2. Qui inibi, secus in reo esse dicit, quia si fuisset actori condemnatus, & suas non posset probare exceptiones, seu post condemnationem eas reperiret, quæ non erant in sua potestate, quando fuit conuentus, debet ex restitutionis beneficio subueniri; cum clausula si qua mihi, vt post Castren. vbi sup. dixit Franc. Cur. Iunio. in consil. 18. nu. 1. volum. 2. Et hinc infertur intellectus ad. l. admonendi. ff. de iur. iurand. vbi priuatus propter instrumenta nouiter reperta

non

non restituitur aduersus sententiam, nisi lata fuerit, vigore falsi iu
ramenti necessario præstiti per aliam partem, quod procedat in
actore non in reo, vt Imol. & Castren. vbi sup. dixere, & quamuis
forsan non competat restitutio in integrum ex præmissis, tamen
actor iuuari poterit exceptione, dolo petis quod restituturus es,
l. dolo facit ff. de dol. except. vel officio iudicis, actione indebiti, de
quibus per Castren. in d. consi. 257. nu. 3. & 4. vol. 2. Alex. consi. 69.
nu. 9. vol. 3. Hipolit. de Marsi. in sing. 229. Io. And. in addictio. ad
Spec. in tit. de instr. edict. 6. postquam nu. 9. licet Alex. in consi. 169.
nu. 12. vol. 3. contrarium teneat, & in d. consi. 69. nu. 5. tamen isto
casu plus operatur exceptio quam actio, Staf. de lit. iust. c. ad præ-
dicta nu. 1. decis. Rot. 9. de except. in nou. Quod vlterius non pro-
51 sequor. Hoc autem dicere non ommittam, quod si conceditur re-
stitutio in integrum, ex instrumentis denuo repertis, opus est, vt
solum ipsis nouis documentis vtatur, adeo quod nulla alia proba
tio cum ipsis admittatur, l. admonendi, ibi quibus solis vsuris fit,
& illic Bar. & DD. ff. de iur. iur. ratio est, quia illa tantum proba-
tio admitti debet, in qua quis non fuit negligens, vt dixit Franc.
Cur. iun. in d. consi. 18. nu. 3. immo quod plus est, si iura denuo re-
perta non sufficiant pro habenda restitutione, non debet conce-
di, quia antiqua super quibus est lis finita, non habentur in consi-
deratione, nec sententia tollitur ex iuribus nouiter repertis, sed
præuia in integrum restitutione, quæ cum vigore ipsorum retra-
52 ctari petatur, antiqua iura non sunt in consideratione habenda.
Præterea ad hoc vt maiori restitutio detur, duo copulatiue requi
runtur, primo quod subsit iusta causa, eam petendi, secundo quod
constet de lesione, quod secus in minoribus, & alijs priuilegiatis,
Abb. in c. ex litteris nu. 3. & 11. vers. restitutio vero in integrum
eod. tit. subdens nu. 7. vers. an autem sit dicendum id non procede-
re in causa fauorabili, puta matrimoniali, & simili, quia datur re-
stitutio etiam si iusta causa eam petendi fuerit per vnum testem
53 probata, vel per iuramentum. In casibus autem in quibus restitu
tio concessa fuerit, etiam hæredibus proderit, Bald. in l. 1. C. de fi
deiuss. minor. l. 1. & ibi Bar. in 4. not. C. si aduers. dot. l. non solum
54 ff. de rest. in int. pariter, si concedatur commissio nostra cum ali-
qua condictione puta constito de bono iure vel alias, si non puri-
ficetur condictio restitutio cessabit, Parisi. consi. 11. nu. 2. vol. 4. Sed
55 an restitutio in integrum peti, & cumulari possit in commissione
causæ appellationis, & nullitatis, videamus, passim autem practi-
catur in Curia commissio appellationis, nullitatis & nullitatum
cum clausula, nec non quatenus opus sit restitutionis in integrũ,
quæ omnia ideo simul in commissione apponuntur, quia plura

capitula

capitula in ea peti possunt, & diuersimode Decis. 7. nu. 2. de rescri. in nou. Nam si nō valet appellatio, quia adest res iudicata petitur ad effugiendum impēsas, ac pro celleri expeditione, vt eidem iudi ci, cui commissio dirigitur, committatur causa restitutionis, pro-
56 ut de iure, & si petatur committi causa restitutionis in integrum nec aderit in cōmissione clausula, prout de iure, debet addi per dominum Referendarium, vel si commissio remanet in Curia si gnanda, placet prout de iure, si vero extra Curiam in fine particu le, & cū absolutione à cēsuris, & c. ponere pariter verbū, & prout de iure cū alio modo cōmissio nō detur per signaturā iustitię, sed notāter scias, quod maxima est differētia in hac appositione clau
57 sule, prout de iure in corpore cōmissionis, vel in Signatura. Placet prout de iure, aut in fine cōmissionis, vt dixi, quia verbū, put de iure appositū in corpore cōmissionis, facit solū vt in clausula, in qua apponitur, censeatur rescriptum prout de iure, vt in casu nostro, committimus appellationem, nec non quam, & quas, & quatenus opus sit causam restitutionis in integrum, si apponatur prout de iure in restitutione, erit appellatio simpliciter commissa, & concessa, & restitutionis commissio restricta, si vero in Signatura placet, vel in fine commissionis ponatur clausula, prout de iure, erit adeo tota commissio restricta, quod in omnibus petitis censenda erit regulata iuxta tramites iuris, quia clausula illa posita in fine rescripti refertur ad omnia, quæ precedunt, et suprā narrantur, Abb. in c. secundo requiris de app. Bar. in l. talis scri-
58 ptura ff. de leg. 1. Nam restitutio in integrum est de appendicijs primæ instantiæ, & ideo in ea non mutatur forus, & sic causa demandatur, eidem iudici, à quo præcessit sententia, vel coram quo causa appellationis erit introducta, Cassad. decis. 2. nu. 2. vers. ratio differentiæ de procur. Immo est species appellationis: quoniam ea facta seu concessa in causa proceditur, per inde ac si esset appel latum, Ias. in l. 4. 9. condemnatum nu. 27. ff. de re iud. l. præsens ff.
59 de minor. Sed secus est in causa appellationis, & nullitatis, quia in eodem rescripto non possunt simul iungi, sed bene copulatiue, & condictionaliter, nam si sententia est nulla non indiget appellatione, quia sententiæ nomen non meretur, nec in rerum natura haberi debet, & sic non est aduersus eam opus committere causam restitutionis in integrum, neque appellationis, ut late supra dixi in com. nul. sanat. ad quam te remitto, ne bis idem repetendo lector tedio afficiatur, tamen bonum est, vt restitutionem petens dicat sententiam nullam, & si qua est instet restitui, Abb. in c. cū olim il 2. nu. 10. de priuil. Quia vt dixi hoc modo supradictæ causæ cumulari valent, decis. 7. de rest. spol. in nou. ad quod vide Bal.

tenen.

tenentem supradicta simul intentari posse in repetitione. l. ædita nu. 86. C. de eden. Innoc. in cap. constitutus in glos. sua in verbo nul lam num. 2. de rest. in inte. & an in præmissis requiratur litis con-
60 testatio vide decis. 3. de rest. in int. in nou. differunt autem infra se restitutio, & nullitas, quia restitutio præsupponit valere sententiam, vel contractum, sed læsionem ex eo oriri, Nullitas autem præsupponit contractum ipso iure nullum, dato quod in ea non sit læsio & sic etiam sententia, Paris. cons. 97. num. 33. & 34. vol. 1. & in cons. 100. nu. 36. eod. lib. glos. & DD. in l. non est. C. de priuil. minor
61 Restitutio petitur multoties aduersus rem iudicatam, & tunc si adsunt tres sententiæ conformes semper vltra clausulam prout de iure solitam vt dixi apponi, quæ operatur responsionem Signaturę tali modo, tunc q; regulariter quando ita commissio Signatur impedit executionē donec de ea discutiatur Lancel. de attent. recursu pendente cap. 18. nu. 26. par. 2. nam ratio vrget quia cum vt dixi restitutio sit species appellationis. l. præses. ff. de minor. quēadmodū appellatio suspendit ita etiā & ipsa restitutio Benintend. Decis. 85. nu. 17. sed distingue vna cū Bal. in l. 1. C. ne quid nou. app. pend.
62 quē in hoc omnino videas, Alia additur parito iudicato, seu sine præiudicio rei iudicatæ, quia restitutio non est sufficiens earum executionem retardare. d. Clem. vt Calumnijs de re iud. Bald. in l. vnic. C. ne lic. ter. prouoc. Alex. in l. 4. 9. condemnatum. ff. de re iud. Imol. in col. com. opin. lib. 4. concl. 25. quod amplia tam in causa prophana quam Eccleſiastica, vel spirituali, siue criminali, aut mixta vt glos. in d. Clem. in verb. quamuis, & ibi Card. in 2. q. & multis alijs modis cum pluribus limitationibus relatis per Imol. vbi sup. quæ clausula importat, vt orator dimittat possessionem restituat fructus ac reficiat expensas antequam in causa restitutionis procedatur Decis. 3. de excep. in nou. & 2. de lit. contest. in antiq. Sta. de lit. iust. cap. quando petitur nu. 8. & 9. c. fi. de rest. spo. Vestr. in sua prax. lib. 8. c. 3. nu. 10. Iholom. decis. 23. Lancel. vbi sup. nu. 127. & 128. Subdens num. 129. quod per commissionem cum tali clausula parito iudicato, non dicitur lis introducta, nisi prius iudicato pareatur, quāuis incidenter restitutio in integrū possit peti coram iudice inferiori, Alex. & Castr. in l. non potest. 9. si minor nu. 6. ff. de iur. iur. quod non prosequor, cum non tangat nostræ cō-
63 missionis seriem, sed ad rem deueniendo dico, quod contra tres conformes non est danda restitutio, nisi prius constet de earum, vel ipsarum aliqua iniustitia, decis. 1. de rest. in int. in nou. Decis. 1. cod. tit. in antiq. Couar. prac. quæst. c. 23. nu. 7. Bal. in l. vnica. col. fi. C. ne lic. ter. prouoc. Benint. decis. 85. nu. 6. & 9. quod vt ibi nu. 10. ait habet locum etiam in minore qui non restituitur aduersus tres

sententiam

sententias ita diffinitiuas, quam interloqutorias, nisi de aliqua causa doceat, propter quam sit verisimile, quem fore restituendum & lesum, Innoc. in c. auditis, & in c. ex litteris de rest. in integ. & an commissio restitutionis impediat exequtionem distingue, aut est facta seu cepta, & non impedit, si ante petitam restitutionem, aut non facta, & tunc suspenditur donec videatur, an restitutio sit concedenda, nec ne, vt dixi supra, & dicam infra de quo vide Benintēd. in d. decis. 85. nu. 12. Canar. in tract. quarant. 20. col. & licet non im
64 pediatur per restitutionem in integrum, tamen bene impeditur per allegationem solutionis sortis principalis, & fructuum, quod amplia habere etiam locum in casu, in quo duæ sententiæ conformes faciunt rem iudicatam, à quibus non est licitum appellare, vt in statuto Vrbis Paris. cons. 109. nu. 15. vol. 4. Bal. in l. vltima col. fin. C. de sent. & interl. omn. iud. Couar. vbi sup. & ideo praxis in o-
65 leuit, quando in curia duæ conformes sententiæ latæ sunt commissionem componere quibus narratis quæ vigore statuti habent vim trium, & rem iudicatam constituunt, petitur committi iudici, vt quatenus statuto locus sit ad exequtionem procedat. Nam tunc statutò locus est, quando ipsi litigantes illi sunt subiecti, & tunc in quouis foro. seruatur in decisiuis, vt dixit Paris. cons. 109. num. 7.
66 vol. 4. & in hoc etiam vnum dicere non ommittam, quod statutum Vrbis confirmatum à Papa in quo cauetur, vt dixi, quod duæ sententiæ conformes faciant rem iudicatam comprehendit, clem. vt calumnijs de re iud. perinde ac si essent tres sententiæ conformes, Paris. cons. 109. nu. 15. vol. 4. Bal. in l. fin. col. vlt. C. de sent. & interl. omn. iud. nec commissio restitutionis in integrum datur, nisi vt prę missum est, nec pariter earum exequtionem restitutio impedit, Pa-
67 ris. vbi sup. nu. 17. aut vnica fuit lata sententia, quæ pariter transiuit in rem iudicatam, & tunc iterum, Staff. inibi distinguit, aut est lata parte præsente, aut parte absente, seu per contradictas, primo casu debet dari commissio, cum clausulis supra positis, secundo nō, quia solum in commissione apponitur clausula refectis expensis, in quibus aduersarium fatigauit, & id quia causa non fuit plene discussa propter alterius partis absentiam, non tenetur dimittere possessionem. Nam si partium assertione merita causæ panduntur, l. fi. C. si per vim, vel al. mod. c. graue 35. distinct. non debet iste cogi ad instar illius, qui ordinarie citato, & audito, contra se obtinuit sententiam, quod inibi etiam nu. 11. dicit expensarum refectionem lo cum habere si primò fuerit personaliter citatus, & deinde per contradictas, secus autem si fuerit per edictum citatus, quia cum potuerit præsumere verisimiliter ignorantiam, non indigebit restitu-

tione in integrum, sed poterit remedio appellationis, à die habitæ
68 notitiæ iuuari, est autem talis citatio per contradictas, seu edictum quædam fictio iuris, quæ tales pro personaliter citatis habere facit, & fictione ex quadam iuris præsumptione, quæ præsumit talem sic citatū habuisse notitiam, & ad ipsum peruenisse citationem, licet tamen propter absentiam potuerit non peruenire, vel etiam sciuit, fuit forte legitime impeditus in veniendo, seu mittendo, & sic non contempsit iudicem, & potius contumacia ficta dici debet, quam vera cap. venerabilibus §. porro versidem est de sent. excom. in 6. vbi si citatus modo supradicto non habuit notitiam, vel comparere non valuit in termino præfixo, ac ob id ab ordinario fuerit excommunicatus, si à dicta sententia ad Metropolitanum appellauerit deductis coram eo narratis in primis debet absolui, valde quippe iniquum esset, si per talem fictam citationem parti defensio auferretur, & sic restitutio in integrum, seu appellatio, quæ diabolo si esset in iudicio deneganda non foret, cap. cum speciali de appell. cap. cum inter de excep. Satis autem est, vt sic citatus, si non compareat ex sententia lata afficiatur, at si constaret expresse de scientia, & contemptu, appellans non audiretur, Rot. decis. 16. de dol. & cont. in nou. Fely. in c. quoniam frequenter §. porro nu. 19. vt lit. nó
69 conteſt. Si vero per contradictas duo vel tres late essent sententiæ pariter vult inibi, Staff. quod propter nimiam partis contumaciā apponatur clausula parito iudicato, quod verum non credo, sed in hoc obseruandum esse, vt supradixi de refectione expensarum, quia eadem ratio considerari potest in prima sententia, quam in secunda, seu tertia, & ideo satis erit ipsum arctare ad reficiendum expensas, primæ secundæ, & aliquando tertiæ instantiæ, nam si ex capite iustæ ignorantiæ datur restitutio contra sententiam, vt supradixi, ita etiam, & in casu nostro in quo citatio nescitur, & sic etiam causa quæ tractabatur, nec æqualis debet esse conditionis cum illo,
20 qui habuit notitiam citationis. Dum autem Staff. dicit, quod clausula, parito iudicato, etiam si sit in commissione apponenda, si vnica lata sit sententia, quæ in iudicatum transiuerit, nec etiam placet, ea ratione, quia si bene perpendatur verba clem. vt calumnijs appareat eam loqui de tribus conformibus quibus stantibus denegat audientiam, ergo inferre, quod dispositum in tribus sententijs habeat locum in vna, durum est. Nam ista extensio, cum simus inexorbitantibus, & in causa diuersæ rationis non militat l. 1. ff. de const.
71 Princ. cap. sané de priuil. præterea dispositio d. clem. facta fuit ad meram illorum pœnam, qui per tres sententias succubuerunt, vt patet ex ea, ergo extendere eius dispositionem si vnica aderit sen-

tentia

sentia absurdum videtur; nam cui in hoc licet, quod est plus, non debet licere quod est minus cap. cui licet de regu. iur. in 6. Accedat quod plus dicitur contumax ille, qui succubuit per tres sententias, quam per vnam, igitur pena apposita in casu maiori, non militabit in casu minori, hanc autem opinionem contra Staff. sequta fuit Rota in vna Toletana Eremitorij de mense Martij 1538. coram Tholomeo, vt ex eius decisione apparet, vbi Petrus Hortiz quasdam decimas suæ Ecclesiæ deberi prætendebat, & Petrus de Visio ex aduerso suæ parocchiali, Visius Absolutoriam obtinuit, ac Hortiz. in expensis condemnari; qui alias non fuit appellationem prosequtus, ob id sententia in iudicatum transitum fecit, Tamen obtinuit Hortiz in integrum restitutionem cum clausula, prout de iure, aduersus lapsum fatalium, fuit in Rota dubitatum, an absque expensarum refectione audiri deberet, & Domini ea moti ratione resolverunt vnanimiter quod sic, quia quando adest vnica sententia, & pendet articulus restitutionis, omnia conquiescunt, secus autem si post tres conformes, quis miserationis gratia restitueretur. Nam tunc datur clausula
72 parito iudicato, nec per auditorium Rotæ contra tres conformes in integrum restitutio impartitur, nisi prius constet de earum, vel alterius ipsarum iniustitia, ut habetur in decis. 5. de restit. in integr. in antiq. per doctrinam Innoc. in cap. tum ex literis eod. tit. Nam si de iure aduersus vnam sententiam simpliciter competit restitutio, ergo refectis expensis non denegabitur, & licet Vestr. in sua praxi lib. 8. cap. 3. num. 11. vers. et prædicta asserat, cuidam qui sententiam contra se reportauerat per audientiam contradictorum denegatam fuisse in integrum restitutionem, id tunc militauit, quia post sententiam passus fuit executoriales, censuras, & brachium seculare, ac in eis indurato corde perseueravit, tamen si quando petitur restitutio aduersus sententiam debent petentis probationes esse luce meridiana clariores, quia quando ad eius oppugnationem venit, nunquam defertur juramentum in defectum probationis, vt dixit Bald. in l. cum circa num. 5. C. si min. se maior. dixer. & in l. in consilio num. 5. C. quib. & app. quos in integr. restit. post. & licet cum opinione Staffilei eadem verba recensendo Vestr. transeat in loco cit. sed stante Rotæ resolutione, ac supradictis validissimis rationibus relatam per me opinionem veriorem teneo, quod cogitandum relinquo, & non absre rit quando in hoc casu rescribi contingat expensarum refectione arbitrio Rotæ remittere, propter multa, quæ ob causæ, personarum, facti, ac iurium qualitate ponderanda veniunt, argumento tex. in l. tu magis C. de test. Si autem peteretur

restitutio aduersus sententiam, ex eo, quod soluit commissio deneganda non erit, Alex. cons. 169. nu. 12. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 COmmissio licet inepta in actis præsentata, quando iurisdictionem tribuat.
2 Clausula prout de iure quare in commissione in integrum in causa profana à signatura ponatur.
3 Papa in causis beneficialibus habet latas habenas.
4 Commissio restitutionis in integrum, quomodo in beneficialibus detur.
5 Causa restitutionis pendente silet negotium principale, alias vt attentatum reuocatur. amplia & limita vt ibi.
6 Commissio restitutionis in integrum, multoties reformari petitur, quare, & quomodo.
7 Appellandum est à pronuncia, seu denegata in integrum restitutione.
Cautela pro iudicibus nu. 8.
9 Restitutus ad appellandum, infra decem dies appellare debet.
10 Restitutio in integrum, quid donet, & nu. 35.
11 Restitutio ad appellandum facilius, quam contra sententiam conceditur.
12 Commissio restitutionis ad appellandum, iudici ad quem est dirigenda.
13 Commissio restitutionis ad appellandum denegatur excommunicato, & alijs, vt ibi.
14 Commissio restitutionis aduersus lapsum fatalium, quando danda.
15 Commissio restitutionis in integrum, absenti ex causa Reipublicæ, vel publica datur, & alijs, vt ibi.
Limita, vt nu. 16.
17 Commissio restitutionis ad appellandum, datur absenti ex causa publica, etiam defenso.
18 Inquiri non potest contra nuntios seu officiales Papæ durante officio, nisi de mandato Papæ.
19 Commissio restitutionis in integrum cum clausula, si qua mihi iusta causa, & prout de iure passim datur per Signaturam iustitiæ omnibus.
20 Clausula si qua mihi iusta causa fec. Vulpinianum, non est in vsu. Reprobatur. vulp. opin.
21 Commissio restitutionis, quando detur aduersus lapsum fatalium.

335

22 *Commissio restitutionis aduersus lapsum instantiæ, quando danda.*
23 *Commissio restitutionis, quando detur contra præscriptionem, & contra ignorantem, & an hæredi.*
24 *Ignorantia non probabilis habet vim scientiæ.*
25 *Restitutio minori an detur aduersus quadragenariam præscriptionem.*
26 *Præscriptio quadragenaria non currit contra ecclesiam.*
27 *Restitutio in integrum datur ecclesiæ elapsis 40. annis, dummodo minus centum.*
28 *Minor restituitur aduersus hæreditatis additionem, & eam repudiandam, ac adeundam, declara vt ibi.*
29 *Minor restituitur, si infra annum non confecit inuentarium.*
30 *Commissio restitutionis pro condemnatis quomodo danda per Sign. gratiæ.*
31 *Clausula citra præiudicium bonorum fisco incorporatorum, quando in commissione ponenda, quid si non aderit nu. 33.*
32 *Bannitus restitutus ad bona intelligitur ad omnia.*
34 *Hæreditas bannito existente delata si rebanniatur non restituitur ipsi, si sit iam ad proximiores delata.*
36 *Bannitus rebannitus nomen banditi perdit.*
37 *Notarius condemnatus de falso, & gratiatus à Principe noua instrumenta stipulare potest, & stipulata conualidantur.*
38 *Bannitus restitutus ad officia publica sicut ceteri eligitur.*
39 *Commissio restitutionis aduersus contumaciam, & condemnationem quomodo detur.*
40 *Clerico homicidæ petenti dispensationem ad ordines & beneficia à S. D. N. quomodo rescribitur.*
41 *Commissio restitutionis ad appellandum sepe conceditur cum clausula consilio de bono iure, de consuetudine curiæ Rom.*
42 *Restitutio in integrum quot effectus pariat.*
43 *Res iudicata finem liti imponit.*
44 *Commissio exequtorialis, quare in Rom. curia expediatur.*
45 *Commissio exequtorialis an sit superflua, & quod non nu. 47.*
46 *Dubium de iure ciuili, decisum de iure canonico, in eo resoluendo seruatur ius canonicum, etiam in tertis imperij.*
48 *Iurisdictio ratione territorij prouenit.*
49 *Commissio exequtorialis, in causis iudicum ordinariorum Rom. cur. non datur.*
50 *Clem. Auditor de rescrip. intellectus.*
51 *Commissionis exequtorialis & diligentia in ea impetranda parum facit.*
52 *Commissio exequtorialis non prodest, nisi executio fuerit capta, vel consumata.*

53 *Exequtio iuris, & exequtio facti quando dicatur.*
54 *Commissio restitutionis in integrum retardat exequtionem iuris & nō facti.*
55 *Termini substantiales in curia quot seruentur, & qui.*
56 *Clausula præfixo aliquo breui, & peremptorio termino, quare adiuenta.*
57 *Clausula vel quod alias exequtioni locus sit addenda etiā in commissione exequtoriali.*
58 *Clausula omnes & singulas expensas in commissione taxationis earū necessaria.*
59 *Octauianus Vestrius Imolensis maximus procurator fuit, & deinde aduocatus consistorialis.*
60 *Taxatio expensarum intelligitur de factis, non faciendis.*
61 *Expensæ pro procuratore & aduocato non taxantur de stylo curiæ Rō.*
62 *Literæ Apostolicæ extra statum Ecclesiasticum, quomodo dirigantur, & quo ordine.*
63 *Clausula sub pœna excōmunicationis non apponitur Regibus & Principibus extra statum Sanctæ Rō. Ecclesiæ, sed bene eorum inferioribus iudicibus, & quare.*
64 *Clausula hortatoria in literis Apostolicis habetur pro præcepto.*

CAP. II.

VIT alias porrecta commissio restitutionis in integrū in qua Signaturæ narrabatur in omnibus iudicato paritum fuisse, etiā quo ad expensarum refectionē, adeo quod in nullo amplius parendum remanebat, nihilominus Signatura causam restitutionis commisit cū clausula, prout de iure, & in hoc particulari scias, quod ista commissio in actis producta iurisdictionem tribuit, si pars nō opponat, & agi patiatur, Iaſ. in l. præscriptione nu. 3. vbi Bar. 3. col. & Fulg. in 1. not. C. si contra ius, vel vtil. pub. contra Bal. opinionem in l. fi. C. sent. resc. non poſſ. Dec. & DD. in c. cæterum de rescrip. & quamuis videatur obstare d. clem. vt calumnijs ibi nullatenus audiatur, tamen contrarium, vt supra versus domini de Rota tenuerunt, quia id respicit partis vtilitatem, vt per Achil. decis. 66. alias 6. de commiſſ. Imputet autem sibi pars, si causam agi passa fuit, non opponendo de re iudicata, vel non adimplemento, Iaſ. in l. vniuersa C. de præc. imp. off. Bar. in l. eleganter col. 2. ff. de dol. Sed quare ponatur clausula, prout de iure in tali commisione restitutionis in prophanis, ratio est, qui Signatura non concedit in prophanis tales restitutiones, sed earum causas committit, & quia Papa non vult tolle-

collere ius tertij, maxime in eis, cum secus sit in beneficialibus, in
3 quibus habet latiores habenas, Staff. de lit. iust. cap. est notandum
num. 15. cap. ex tuarum de vsupal. l. 1. §. si quis à Principe, & §.
merito, ff. ne quid in loco publico, ideo commissio dirigitur cum
clausula, prout de iure, ad hoc vt Iudex, quatenus ius assistat, eam
4 concedat, Quamuis in beneficialibus detur commissio restitutio-
nis cum clausula dimissa possessione, vt dixit Staff. vbi sup. ca. quan-
do petitur nu. 13. & in cap. verum quia num. 11. Vestr. in sua pra-
xi lib. 8. cap. 3. num. 13. & alias restitutio non competat in benefi-
cialibus, vt supradixi in initio commissionis. Causa restitutionis
5 pendente, nihil in negotio principali nouandum esse, dixit tex. in
l. vnica C. si in integr. rest. pet. Abb. in cap. scisitata num. 8. & 10. de
rest. in integr. & hoc ponit pro regula, Cassad. decis. 5. num. 5. de ap-
pel. Inno. in cap. tum ex litteris num. 4. & 6. de in integr. rest. l. qui
proprio §. item ff. de procur. l. nam postea §. si minor ff. de iur. iur.
Couar. prac. quæst. cap. 27. num. 7. l. vnica C. in integr. rest. post. nec
quid no. fi. Aufrer. ad capp. Thol. quæst. 54. Paris. cons. 59. col. fin.
num. 4. l. 4. §. condemnatum, vbi Ias. num. 26. Rip. num. 30. Imol.
Alex. & Cüman. ff. de re iud. & si pendente causa restitutionis inte-
rim sententia lata mandetur exequtioni, omnia per viam attentati
reuocabuntur, Paris. cons. 100. num. 80. & seq. vol. 1. dicens num. 81.
id etiam verum esse, si restitutio altiorem requirat indaginé, quod
tamen limita non præcedere, quando adsunt tres sententiæ confor
mes, quia respectu causæ nullitatis pendentis, earum exequtio non
6 impeditur, decis. 3. de excep. in nou. Benintend. decis. 85. nu. 6. & 9.
Hinc autem praxis curiæ inoleuit, vt expedita, & in actis præsenta-
ta commissione restitutionis in integrum, ea præinserta, pars pe-
tat, in qua suplicat mandari eidem iudici, cui
commissio restitutionis est directa, vt præfixo aliquo breui, & per-
emptorio termino ad docendum de causis propter quas veniat re-
stituendus in integrum, quo elapso, & nihil quod releuet docto, ad
vlteriorem exequtionem procedat, quia (si vt dixi) nil causa resti-
tutionis pendente in causa principali, quæ silet, nouari potest, Spe-
cul. in §. vltimo nu. 1. de rest. in int. ad hoc vt expedita causa restitu-
tionis procedi valeat ad exequtionē rei iudicatæ, elapso termino as-
signato, & nō docto de causis propter quas veniat restituēdus in in-
7 tegrum, expeditur talis cōmissio, reformatoria dicta, tamē si iudex
pronunciet nullam restitutionē competere, pars poterit appellare,
& dabitur commissio causæ appellationis, & si non appellat, sibi
imputet, vt dixit Dec. cons. 436. num. 7. licet cauti iudices super
8 hoc non pronuncient, sed ad vlteriora procedunt, & sic tacite resti-
tutionem reijciunt, & materiam appellandi tollunt, nec aliud

9 omittam dicere, quod quando aliquis ad appellandum restituitur
10 debet infra decem dies appellare, quia restitutio plus non dat, quam lesio abstulerit, Io. Andr. in cap. beneficio quæst. 7. de restit. in integr. vbi Card. in fine, Rot. de appell. in nou. decis. 62. num. 2. & reponit in eodem statu, in quo erat antequam sententia in iudicatum transiret, Dec. in cons. 436. num. 4. licet in hu-
11 iusmodi restitutione ad appellandum, quæ facilius conceditur, quam restitutio aduersus sententiam, Rot. decis. 51. in fin. de appell. in nou. litis contestatio non requiratur, Rot. decis. 4. num. 2. de restit. in integr. in nou. & decis. 6. num. 1. de lit. contest. in antiq.
12 istec autem commissio iudici ad quem, non iudici, à quo est dirigenda, & sic ad appellandum coram ipso restitutio petenda, decis. 2. prope fin. de dol. & cont. in nou. & datur commissio, ex modica præsumptione decis. 30. num. 5. de rescrip. in antiq. quæ pas-
13 sim denegatur à diffinitiua excommunicato, quod limita, nisi fuerit causa matrimonialis, vel beneficialis, vt habetur in decis. 7. num. 1. de excep. in nouis, ac pariter illi, qui extrà iudicialiter appellauit, si eam non est prosequtus, & in sui contumaciam lata sit sententia, nisi doceat de suo interesse, vt dixit Rot. decis.
14 453. in fin. de appell. in nou. Restitutionis pariter commissio, contra desertionem, & cursum fatalium dari debet, quotiens appellatio fuit deserta ob pendentiam dilationis, quæ non impedit cursum biennij, & tamen ipsa pendente, nihil potest fieri, Cassad. decis. 9. num. 10. vers. & dato sine præiudicio veri, de appell. ac præterea, si terminus nimis breuis assignatus esset, in quo ob loci distantiam testes examinari, seu iura haberi non possent, vt inibi Cassad. Nam quotiescunque constat de legitimis impedimentis, ex quibus impossibilitas prosequendi appellationem, seu iura producendi cognoscitur, contra dictam peremptionem datur commis-
15 sio, Alex. cons. 42. num. 13. volum. 3. Rom. in l. 2. ff. de re iud. & cons. 220. Absenti autem ex publica, seu reipublicæ causa, durante præfata absentia, quia contra ipsum, tunc præscriptio non currit, si indefensus succumbat, datur in integrum restitutio, & tanti temporis, quanti reipublicæ causa abfuit, vt dixit Innoc. in cap. ex transmissa num. 1. vers. licet dari possit de præscrip. & totum tempus istius necessariæ absentiæ subducitur, ita pariter, vt inibi dixit Innoc. num. 2. si bello, vel hostium insidijs præpeditus quis fuerit, & ob id ad litis prosequtionem accedere non valuit, vt etiam apparet in cap. pia, & cap. porro 16. quæst. 4. nam patefacta postea absentia, condemnatio reuocabitur, in principali, & expensis per in integrum restitutionem, etiam appellatione non interposita, vel pronunciabitur nulla sententia, etiam diffinitiua,

secun-

secundum diuersas opiniones, Innoc. in cap. querelam num. 2. in verbo destinauerit de procurator. cap. præsentium. cap. cum Bertoldus de senten. & re iud. l. quæsitum. ff. de re iud. & quamuis promisisset sistere in iudicio dicta de causa, daretur exceptio, etiam si esset promissio sub pœna, vt ibi Innoc. l. 2. ff. si quis
16 caut. l. si cum die. 6. si quis ex litigatoribus. ff. de arbitr. Quod intellige dummodo nō reliquerit, vel relinquere potuerit procuratorem, aut si tempore, quo cepit esse absens, iudicium cœptum non erat, quia illo casu procuratorem relinquere tenebā-
17 tur, l. Papinianas exuli vbi Bartol. in princ. ff. de minor. Nam dato etiam, quod isto casu fuerit legitime defensus, nihilominus ad appellandum restituitur, quemadmodum si indefensus ad totam causam, l. fin. ff. de in integr. restit. l. si prætor. ff. de iudi. l. ab Hostibus. ff. ex quib. caus. in integr. restit. l. qui absente. C. de procur. Innoc. vbi supra num. 2. versic. vbi autem, Iusta etenim subest causa, si procurator tunc non appellauit, ad ipsum restituendum ad appellandum, quia vbi dolo alicuius factum est, quo minus quis compareat, & feratur sententia contra ipsum in causa, quæ non recipit interesse, restituitur ad id, quod ratione hu-
18 ius absentiæ sibi contigit, cap. ex literis de in integr. restit. Hinc videmus, quod summus Pontifex in extrauag. cum Matthæus de Hæret. mandat ne contra officiales, vel Nuncios Sanctæ Sedis Apostolicæ, etiam per Inquisitores hæreticæ prauitatis, possit absque speciali suo rescripto, de præsato canone siue extrauag. faciente mentionem procedere & ita sanctitate sua mandante procedi, itaq; si ita absentibus tale priuilegium concessit, ergo in consequens non denegabitur restitutio in integrum, si ius suum indefensum amiserit. Restitutio in integrum per Signaturam iustitiæ passim conceditur ex clausula generali de qua supra videlicet,
19 si qua mihi iusta causa esse videatur, & ista commissio cum clausula pro ut de iure, tam minori quam maiori datur Spec. in §. fin. col. pen. vers. quid si hæres, ex quib. caus. maior. & licet Vulp. in l. hoc edictum. eod. tit. dum de præfata clausula, si qua mihi iusta causa
20 ibi in fine posita, ac in l. 1. eod. tit. dicat, cum illa clausula non esse restitutionem hodie in vsu, vt pariter dixit Alex. in l. admonendi nu. 5. de iur. iur. quia per constitutiones Principis, & Senatus consulta de iure ciuili succurritur. Tamen e contrarium verius est, quia si committitur causa, id fieri debet secundum iuris ordinem, ideſt ex præfata clausula generali, quæ non alterat restitutionis naturam, vt dixit Paul. de Castr. in d. l. admonendi num. 7. & Alexan. num. 5. postea habita certa rescripti forma, Iudex videt an adsit causa subsistens, ob quam restitutio concedenda, seu denegan-
da ve-
niat,

niat, tamen si de non iure agentis apparebit, eam non concedet, vt dixit Rot. in decis. 16. nu. 1. de rest. spol. in nou. Restitutio in integrum aduersus lapsum fatalium absque litis contestatione conceditur, quia non principaliter, sed incidenter, dummodo non petatur iudicis officio, Rot. decis. 3. nu. 1. de rest. in int. in nou. & ideo petitur incidenter, quia habet ortum ante, ex lite pendente, Decis. Bisign. vnica cod. tit. & ob id, vt ibi ait, non requiritur speciale mãdatum ad eam petendã, decis. 2. nu. 1. & decis. 3. nu. 1. eod. titu. in antiq. obtenta q. aduersus lapsum fatalium commissione restitutionis, non est alia restitutione aduersus sententiam opus, nam ipsa sufficit, & ratio est, quia illa sententia non est noui iuris inductoria, sed potius prioris declaratoria, & ideo sat est restitutio aduersus id, quod declarabat, vt d. decis. Bisign. nu. 3. Nec patitur commissionis restitutionis aduersus lapsum instantiæ, si iustum impedimentum fuerit, debet denegari, Alex. cons. 42. nu. 23. vol. 5. Saltim ex dicta clausula generali, Paris. cons. 100. num. 7. vol. 1. Sed videamus, an contra præscriptionem restitutio detur, & breuiter dico, quod si decursa fuerit contra ignorantem, etiam ignorantia præsumpta, datur Paris. vbi sup. prout est casus in l. si partem, vers. si per fundum. ff. quemad. seru. ammit. Quod generaliter verum non est, quia si erit probabilis ignorantia, in casu dictę l. si partem, in hærede nesciente debitum solutum à testatore, & similibus tunc dari poterit restitutio, quia requiritur ignorantia iusta, & non supina, vel crassa, Nam tunc denegaretur, Feli. in cap. vigilanti num. 4. de præscrip. Imol. in cap. fi. col. 46. eod. tit. Alex. in consi. 71. num. 3. vol. 1. & cons. 4. nu. 19. vol. 2. & cons. 77. nu. 6. lib. 3. fallit in hærede agente maxime suo, quia intrat præsumptio quòd apud ipsum remanserit testatoris scriptum vl late Benintend. Decis. 71. nu. 8. & seq. & quod saltim ex clausula generali præfata restituatur, dixit Corn. in cons. 184. num. 9. vol. 3. & eo facilius, si fuerit factum alienum, voluit idem Corn. consi. 219. nu. 12. vol. 2. Dec. cons. 564. nu. 19. Gozzad. cons. 56. nu. 11. Ruy. cons. 26. num. 19. vol. 3. & cons. 64. nu. 8. & 19. vol. 4. Paris. cons. 23. nu. 211. vol. 1. Sed si non erit causa ignorantiæ probabilis verisimilis, seu præsumpta, non debet dari restitutio nam ignorantia non probabilis habet vim scientiæ & nõ iusta non verisimilis, nec probabilis dicitur nequitia & potius dissoluta quia isto casu cũ scire nolit habetur pro sciẽte Bald. in l. qui contra C. de incest. nup. Benintend. Decis. 71. nu. 3. & 4. quia ille est tutus, Immo tutissimus contra quem restitutio non competit, vt dixit Alex. in l. cum filius. §. in hac num. 4. ff. de verb. oblig. at si contra præscriptionem longissimi temporis posset allegari ignorãtia, semper possessio apud incertum remaneret, contra tex. in l. bonum publi-

publicum.ff.de vsucap. Vnde cùm sit contra casum d. l. & ad miserorum segnitiem, & longi temporis errorem, non debet ex arrupto, etiam ex clausula generali restitutio, nèque commissio concedi, cap. vigilanti de præscript. vbi Abb. & DD. Ancar. consi. 170. nu. 3. 4. & 5. Bart. in l. si quis autem. ff. de iti. actuque priu. alias si concederetur, ita de plano aduersus dictam præscriptionem restitutio, sequeretur absurdum, quod causa præscriptionis non esset legitimè finita, cum habens præscriptionem pro se, maximè triginta annorum, sit plenissima munitione securus, l. omnes in fin. C. de præscrip. trig. an. Et sic tollit restitutionem, quod tamen declarat Frac. Aret. in consil. 104. in perscriptione quadraginta annorum, quia tunc, aut ex capite scientiæ, aut ignorantiæ, non datur restitutio in prophanis tamen loquendo, Secus autem si esset præscriptio 20. vel 30. annorum, licet sub Iudice id ibi relinquat & an minori ad-
25 uersus quadragenariam restitutio detur, tamen id resoluendo pro parte negatiua tenuit, Alex. in consi. 169. num. 3. vol. 2. & consi. 165. eod. lib. asserens nihilominus, in consi. 84. nu. 3. & 4. vol. 1. quod ex capite ignorantiæ detur, etiam aduersus sententiam successori in hæreditate, tamen rursus pro parte negatiua tenuit Ancar. in cõsi. 170. nu. 1. Dec. consi. 175. nu. 13. Franc. Aret. viden. in consi. 104. nu. 5. In hac autem commissione concedenda essent causæ allegatæ ignorantiæ ponderandæ, Nam si apparerent, iuridice poterit concedi, sin secus denegari, quamuis gratiosa restitutio aduersus præscriptionem peti possit in Signatura Papæ, cum supradicto moderamine, & concedi, licet contra Ecclesiam nõ currat, vt dixit Abb. in cap. cum contingat nu. 11. de for. comp. & in cap. auditis nu. 5. de rest. in integ. ibi cui datur etiam post quadraginta annos, Card. in Clem. 1. q. 9. eod. tit. licet glos. ibi contrarium asserat, quam sequitur, & approbat alia glosa in cap. ad audientiam eod. tit. quod non prosequor, ne in diuersa messe falcem ponam, quamuis ex speciali priuilegio coram Iudice Ecclesiastico possit Ecclesia, vti prio ipsius Ecclesiæ Iudice, eáq; contra laicum petere c. 1. vbi Abb. num. 18. eod. tit. Rom. sing. 112. Innoc. in cap. cum sit generale vbi Abb. nu. 10. Mari. Sozz. nu. 13. de for. comp. & id ex ipsius specialis Ecclesiæ priuilegio, licet contrarium tenuerit Couar. var. resc. 4. nu. 2. quod tamen pro concordia dicit intelligi, quando iudex Ecclesiasticus est cõmunis clerico, & laico, vnum autem dicit Corn.
27 in consi. 181. nu. 49. vol. 2. quod Ecclesiæ in perpetuum competit restitutio aduersus enormem læsionem, & manifestam, quod credo verum, at de præscriptione longissimi temporis, loquitur Dec. consi. 36. nu. 2. & quod contra præscriptionem 40. annorum, & minorem centum Ecclesiæ impartiatur, dixit Ruy. cum late adduc-

28 in cons. 103, num 6. & 20. vol. 5. Restitutio pariter minori datur contra additionem hæreditatis, ad hoc, vt eam damnosam repudiare possit. l. 1. vbi Bal. C. si se vt ab hæred. abst. l. impuberibus vbi gloss. vnic. & DD. ff. de acquir. hær. Bart. & glos. in l. ait prætor. §. restitutus. ff. de minor. l. necessarijs vbi Bart. in prin. ff. de acquir. hær. ac pariter, vt eam adire valeat ex capite ignorantiæ, puta, quia absens nescriuit testamentum Alex. in cons. 20. num. 30. vol. 1. & cons. 163. nu. 3. vol. 2. & cons. 86. num. 2. vol. 3. Bart. in l. pantomius vbi Imol. & Castr. ff. de acq. hær. quod declara dummodo, non ad sit præscriptio, 40. annorum quia tunc non datur Alex. in cons. 163. nu. 7. & cons. 151. in fin. vol. 2. At quando datur restitutio ad repudiandam hæreditatem, debet dari re integra, dummodo bona non sint distracta, l. quod si minor, §. Sceuola. ff. de minor. Nam si adest
29 distractus in cassum restitutio petitur Pariter si minor infra annum inuentarium non confecerit, datur restitutio, Bal. in l. fi. in 2. col. vers. item fallit C. in quib. caus. rest. in int. non est necess. & in l. fin. in prin. 2. q. C. de iur. de lib. Innoc. in cap. fi. vbi glos. in verbo ad
30 appellationē de in int. rest. Contigit autem sæpe, vt quis commissione porrecta super absolutione ab homicidio, se ad patriam, bona, omnia, gradus, dignitates, & honores restitui petat quæ commissio ad condemnatorum instantiam sepissime proponitur in Signatura S. D. N. semper citato fisco, in qua cōmissione, siue supplicatione, dum petit se ad bona restitui, debet addi clausula præter-
31 quam ad fiscō incorporata, quia talis restitutio citra præiudicium bonorum per fiscum distractorum intelligitur, ne ementibus ipsorū damnū inferatur, l. fin. vbi DD. C. de repud. hær. Ioſi. vbi Bar. in 4 col. vers. pro declaratione, vbi etiam DD. C. sent. pas. Ioan. de Imol. in l. si marito in princ. vbi Alex. in fin. ff. sol. matr. Barto, in l. quæcunque vers. vltimo hæc lex facit. C. de fid. instr. & iur. ast. fisc. lib. 10. Fely. in cap. ex literis col. 4. de const. DD. in l. gallus. §. quid si tantū vbi Ias. nu. 10. ff. de lib. & post. Abb. & Fely. in c. inter quatuor, de cōi attestātes, de maior. & obed. Fran. Viu. in col. com. opi. in verbo, præscriptionem triginta & c. cum add. n. 6. Ruy. cons. 22. nu. 1. & 2. vol. 5. & alia ratione etiam apponitur dicta clausula, ad
32 tollendas difficultates, & lites, quia cum istæ sic restituturus censeatur etiam ad omnia bona, vt dixit Bart. in l. fi. nu. 12. C. de sent. pas. Bos. in tit. de rem. ex sol. clem. Princ. nu. 1. & seq. Petr. Bell. de re mi lit. fol. mihi 123. nu. 21. & maximè si non sunt in alium translata, quia per inclusionem pœnæ corporalis, ad cætera alia censetur re-
33 stitutus, præterquam ad dispensationem susceptionis sacrorum ordinum; Sed dato etiam, quod talis clausula aliquando esset omissa, nihilominus quia a communiter contingentibus semper cū

da rescribi solet, & gratia fieri tunc per errorem fore relictam, & haberi pro apposita censendum erit nisi in contrarium per alias clausulas appareat de mente Papæ, vt dixit Iul. clar. in prac. crim. in
§. fi. q. 59. vers. quæro nunquid. Nel. a Santo Gemin. in tract. de bann. in prima par. tert. temp. q. 5. si autem in tertium fuerint alienata, nullo pacto esset ad ea restitutus, Bos. vbi sup. nu. 11. Natt. cons. 47 1.
de quo vide Iul. clar. vbi sup. vers. item quæro Alex. cons. 101. nu.
34 3. vol. 2. præterea si medio tempore dum quis est exbannitus sibi hæreditas delata esset, at quia in capax est, tertius proximior in gradum eam accipit, secundum iuris dispositionem at si deinde bannitus restituatur, ad eam hæreditatem, non censebitur restitutus, Bos. in tit. de remed. ex sol. Princ. clem. n. 13. Iul. clar. vbi sup. vers.
sed quæro, ratio patet; quia cum tertio capaci sit ius acquisitum, non est præsumendum, quod illud Princeps voluerit tollere, in terminis Ruy. in consi. 97. nu. 7. vol. 3. Parisi. cons. 69. nu. 165. vol. 3. & cons. 157. nu. 46. & ideo si in rescripto de hoc mentio nō fiat, caute procedendum erit illa verba addendo, seu illo citato, de cuius interesse agitur, & si non comparuerit, poterit forsan rescribi prout de iure, in hac parte tantum. Alia autem verba nec non ad patriam, famam, dignitates, gradus, & honores, ac in eum, in quo erat statum ante delictum commissum, restituere, plenarie reintegrare dignetur, bene ponuntur, quia licet exclusio supradicta, præterquam ad bona fisco incorporata includat omnes alias, (vt dixi)
35 tamen natura restitutionis in integrum est, vt semper restitutus sit repositus in locum gradum, & statum, in quibus erat ante actū, aduersus quem restituitur, l. videamus. §. infamia. ff. de vsur. Ang. in consi. 156. nu. 2. late Corn. consi. 312. nu. 2. vol. 1. & ita est restitutio interpetranda, vt ex integro quis ius suum recipiat, Gozz. cons. 54. nu. 6. talisq; restitutio purgat omnem maculam, ac banni-
36 tus propter eam, banniti nomen amittit, vnde, si Notarius fuerit ob falsorum instrumentorum fabricationem condemnatus, &
37 a Principe ad pristinum statum restitutus, noua instrumenta nedum conficere poterit, verum etiam facta reconualescunt, vt in terminis dixit Crauet. consi. 168. nu. 1, subdens inibi, quod deinde re-
38 stitutus sicut alij non banniti ad officia eligi poterit, Bal. in l. imperialis. §. fin. C. de nup. & cons. 350. vol. 1. & an operetur talis restitutio extra statum eam concedentis, vide Crau. consi. 9. num. 5.
Ruy. consi. 86. nu. 5. & 7. vol. 5. interdum petitur stante motu pro-
39 prio recolendæ Mem. Pij V. & aliorum summorum Pontificum, quod contra bannitum captum, debeat sententia exequi, seu post annum amplius non audiatur, si aliquis ea ipso anno in carceribus se constituere intendat, aut captus ad nouas defensiones admitti

cupiat,

cupiat, porrigit commissionem proponendá in Signatura S. D. N. in qua supradictis narratis, petit vt dictis motibus proprijs non attentis, ex Principis clementia ad nouas admitti defensiones, contumacia non obstante, quod vt plurimum ei conceditur, addita tamen clausula oratore in carceribus constituto & citra præiudicium inditiorum ex contumacia, resultantium, & bonorum fisco incorporatorum, Nam extra carceres existenti, nunquam hanc commissionem dare vidi, sed bene stante immanitate criminis, vt puta crassatoribus viarum, Assassinis, & alijs similibus denegari; quia cum contra istos ius sit, ius non seruare, Principis gratia indigni sunt, Dum vero Clericus petit dispensationem ad sacros ordi-
40 nes, ad beneficia quæcunque, & altaris ministerium restitui, rescribitur secundum delicti commissi qualitatem, quod si leue fuerit, ex S. D. N. gratia concedi solet, sin vero graue cum clausula restrictiua, & de absolutione tantum, vel ad beneficia simplicia, vel cum clausula oratore ab ordinibus suspenso perpetuo, seu ad tempus, vel si homicida ex aliqua rationabili causa, apponitur aliquando clausula dummodo non celebret in loco commissi delicti, circa quod stante factorum qualitate & diuersitate certa regula dari
41 non potest. Commissio restitutionis ad appellandum datur sæpe cum clausula constito de bono iure, & id seruari in Curia Romana, dicit, Paul. de Castr. in l. nam postea. 6. si minor vbi Alex. num. 9. de iur. iur. tunc vero prius de bono iure constare debet, ex eisdé actis, vt plenius supradixi, in commis. nullit. c. 2. in fin. vbi te remitto, licet ut dixi concedatur sæpe per Signaturam gratiæ simpliciter, vel cum dicta clausula, seu per Signaturam iustitiæ ex clausula generali, tam maiori quá minori, & alijs priuilegiatis vt supradixi.
42 Restitutio autem in integrum habet duos effectus in se, scilicet effectum decisiuum, qui consistit in sententia & suspensiuum, & iste consistit in integrum restitutione introducta in iudicio, & hic suspensiuus effectus operatur pendente restitutione in integrum, prout appellatio Benint. Decis. 85, nu. 15. Bal. in l. fin. col. 2. C. si ex
43 falsis instr. Res iudicata (vt Modestinus Iureconsultus noster dixit) in l. 1. ff. de re iud. & est, quæ per absolutionem, vel condemnationem liti finem imponit, & vt dixit Vestr. in sua praxi. lib. 8. c. vlt. nu. 1. ex actione iudicati, seu in factum, quæ ex hac re iudicata descendit, id oritur, vt litigatores quasi in iudicio contraxisse videantur, adeo, quod is, cum quo lis fuit, propter sententiæ condemnationem ex quasi contractu conueniri possit, igitur lex, vt finis litibus aliquando detur, validæ, seu validarum sententiarum, quæ rem constituunt iudicatam executionem dare statuit, & ob id opus est, vt valida sit sententia, quia si nulla erit, cum sententiæ nomen ei nõ

competat

competat executionis priuilegium ſua parte maxime opponatur non meretur, vt plenius in commiſ. ſanat. tetigi, & dixit Spec. in tit.
44 de exec. ſentent. §. nunc dicendum nu. 5. ſed quoniam in Romana curia lata ſententia delegati iuriſdictio expirat, igitur expeditur commiſsio vulgariter dicta executorialis, in qua iudici à quo demandari petitur, vt conſtito ſibi de re iudicata, vel quod alias executioni locus ſit, ſuam ſententiam exequatur, mandatum, ſeu mandata præmiſſorum occaſione neceſſaria, & opportuna relaxet, expenſasq; taxet, & moderetur, &c. & ſtylus iſtę vocatur. Papalis, de quo meminit Rota Deciſ. 2. verſ. & habet, de appel. in antiq. per
45 tex. in c. plerunque de reſcrip. & in l. fi. C. de temp. app. Commiſsio iſta, ex diſpoſitione cap. ſignificaſti, & c. in literis de offic. deleg. ſuperflua videtur, nam inibi ſum. Pont. ait, quod iudex delegatus ſuam exequi valet ſententiam, ac eius executionem iudici ordinario remittere, illaq; executa, ſuo dicitur tunc munere functus, ad quid igitur commiſsione opus eſt, ſi exequi eam valet? itaque ſuperflua, cenſenda, & quod delegatus Papæ lata ſententia infra annum eam exequi poſſit, dixit Spec. in §. nunc dicendum nume. 5. de exeq. ſentent. Regula vero, quod delegatus ſuam ſententiam exequi non valeat, habet locum de iure ciuili ſecus autem de iure Pon
46 tificio vt ex ſupradictis allegatis apparet. At nos habemus, quod quotieſcunque reperitur aliquid in iure ciuili dubium, ſi reperiatur de iure canonico deciſum, ſtatur etiam in terris imperij deciſioni iuris canonici c. per venerabilem. §. medium qui fil. ſint legit. vnde Paulus Apoſtolus ad Coloſenſes c. 6. dicit, neſcitis quoniam angelos iudicabitis, quanto magis & ſecularia? idemq; habetur in c. 1. de no. op. nunc. canon. in c. Raynutius de teſtib. Alex. in l. a diuo pio num. 3. ff. de re iud. igitur ſi in terris Eccleſiæ ſeruatur ius canonicum, ſuperflua erit commiſsio, & eo maxime in delegato à Principe, & ſic à ſummo Pontifice, vt dixit Marăt. de ord. iud.
47 Par. 4. diſt. §. nũ. 45. & par. 6. §. tertius & vltimus actus nume. 4. Sed non eſt præſumendum, nec dicendum, pro huius dubij reſolutione, quod praxis Romanæ curiæ in eis compilandis, & expediendis tam diu vſu recepta, non ſit cum iuris fundamẽto adinuenta, quod ratione pateat, & primo, videmus etenim, quod tenor commiſsionum eſt tantum ſuper cauſarum deciſione, dum in eis dicimus, audiendas, decidendas, fineq; debito terminandas, & ſic illis per ſententiam deciſis, ſeu expeditis, delegatus ſuo eſt munere functus, nec amplius in cauſa ſe ingerere valet, cum cauſæ cognitio tantũ fuerit ſibi demandata, quapropter ſi expirauit iuriſdictio, & ad finalem executionem abſque ea procedere nequit, quia actus ex iuriſdictionis defectu remanerent nullus, & de facili parsita obtinẽs

executionem condemnaretur in expensis, nimirum si per nostram commissionem executorialem dicta iurisdictio denuo excitetur; ratio, autem supra allegata, & iura vera sunt, sed pro concordia sciendum, & præmissorũ vrgentior est solum ratio dicenda, qui ob ideo talis commissio in curia Romana non solum est superflua, verum necessarijssima, & vrgentissima, cum propter Papæ præsentiam, in ea non detur ordinaria iurisdictio, sed aut ex generali delegatione Papæ, aut virtute specialis commissionis in ea iudicant,
48 Archid. in c. experientiæ 11. q. 1. ratio est, quia iurisdictio prouenit ratione territorij, vnde Episcopi ordinarie in sua iurisdictione punire possunt delinquentes, c. cùm contingat de for. comp. cap. placuit 6. q. 3. c. 1. de raptor, at iudex & sic delegatus territoriũ non habet, Gomes in comp. vtr. sign. vers. primo quia propter præsentiam Papæ &c. igitur lata sententia ad Papam iurisdictio deuoluitur, ideo commissione nostra opus est, in qua finalis executio demandatur, Hinc videmus, quod quando Gubernator vrbis, A. Ciſiue
49 Vicarius causas cognoscunt, cum illis data fuerit ordinaria iurisdictio, non datur postea commissio executorialis, & ita pariter de consuetudine seruari. Dixit, D. Quintilianus Mandosius Rom. homo literis valde versatus, & maximus practicus ac magnus aduocatus Ro. in tract. cõmiss. in Commiss. exequut in verbo causarum Auditores pro supradictarum igitur opinionum concordia dicendũ est, quod ita in curia ex rationibus prænarratis seruatur, & iura supra allegata habent locum extra curiam, sicque debent intelligi, cum ibi deficiat, Papæ præsentia, & vsque ad finem causam demandatam perducere debeant, exequendo seu executionem iudicibus ordinarijs demandando. Hinc videmus alias Rota firmasse regulam, quod licet iudex delegatus ad suam sententiam exequendam de iure annum habeat, c. quærenti de offi. deleg. tamen D. Auditor suam sententiam exequi non poterat, nisi ad id prouideret authoritas Illustrissimi Cancellarij, seu Camerarij, vt habetur in decis. 39. de sent. & re iud. in antiq. & idem tenuit Cassad. in decis. 13. nu. 4. de rescrip. & in decis. 3. nu. 3. de dol. & cont. licet hodie, habeant ampliores facultates, vigore bullæ Innocentianæ, quod non prosequor, si autem Iudex ordinarius cui delegatus executionem suæ sententiæ demandauerit obedire recusat absque dubio ad executionem idem delegatus procedere poterit, vt habetur in cap. significasti de offi. deleg. Bar. in l. a diuo pio nu. 2. ff. de re iud. Guid.
50 Pap. decis. 60. Nec in contrarium videtur facere clem. Auditor de rescrip. cum loquatur in diuersis terminis, Nam Auditor duarum personarum vices fungitur, videlicet officio iudicis, in sententiando, & executoris in conferendo, & per talem collationem nemini

iniu-

340

iniuriam afferat, seu præiudicium, quia cum talis collatio pertineat
ad Papam, nihil refert vt dixit inibi gloss. in verbo circuitus & in
41 verbo prouidere an per Auditorem, seu executorem conferatur,
sed Procuratores maximum faciunt fundamentum in diligentia
impetrandi commissionem nostram executorialem, quod si rectè
consideremus, etiam si in actis sit producta, parum aut nihil facit,
si deinde pro alia parte emanauerit commissio restitutionis in in-
42 tegrum, quia opus est vt ante restitutionis commissionem si non
consumata, saltim cepta sit executio, nam quando est præsentata
43 commissio executorialis, si executio non sit facta, dicitur executio
iuris, at quando est consumata, seu cepta, dicitur executio fac-
ti, ob id quando sumus in executione facti, consumata, non re-
tractatur, & cepta non impeditur, per commissionem restitutionis
in integrum, superuenientem, & casu quo talis commissio obti-
neatur, reformatur illico, ne executionē impediat, quod stet perin-
de ac si esset signata, cū clausa parito iudicato, seu sine retardatio-
44 ne vel sine preiudicio vlteriores executionis, sed quādo adest exe
cutio iuris prefata tūc cōmissio restitutionis retardat eā, donec vi
deatur, an restitutio veniat cōcedenda, vel denegāda, & ista est dif-
ferētia inter executionē iuris, vel facti, alias sequeretur absurdū,
quod nullum effectum produceret restitutio non facta executio-
ne, vt de prefatis habetur decis. Burrinendi 85. nu. 15. Ideo dum do
mini Procuratores talem commissionem expediri curant, sat sfa-
ciunt in vno, quia diligentes apparent, sed commissio nihil pro-
derit ad causam restitutionis impediendam, (vt dixi) licet in actis
præsentata fuerit, & sic non faciant fundamentum, dum allegant
ad causam restitutionis impediendam, super commissione execu-
45 toriali obtenta, in prædictis rationibus, quod commissio executo-
rialis est in actis, ordinariæ autem in curia seruantur quatuor ter-
mini substantiales præsentata cōmissione nostra, videlicet ad do-
cendum de appellatione, & eius legitima prosecutione, idest pri-
mo, pro prima, secundo, pro secūda, tertio, pro tertia, quarto, pro
quarta, vt dixit Vestr. in sua prax. lib. 8. cap. vlt. num. 8. & decis. 35.
de sent. & re iud. in antiq. at quia nimis in longum causa iam per
rem iudicatam terminata traheretur, & daretur interdum materia
appellandi, a pronuntia super desertione, quod vt ibi dixit Vestr.
de iure erit, ideo vt asserit Vestr. vbi sup. in c. 10. lib. 5. in fi. vers. so
46 let, cōsueuit praxis in præsenti cōmissione executoriali apponere
clausulam, vt loco quatuor terminorum substantialium de more
seruari solitorum, eidem aduersario aliquo breui, & peremptō-
rio termino præfigat, ad docendum de appellatione, eiusque le-
gitima prosecutione, quo elapso, & nihil quod releuet docto, ad

rei iudicatæ executionem procedat, sed addi solet ibi, dum dicitur
47 constito de re iudicata, alia clausula in commissione, videlicet, vel quod alias executioni locus sit, & sic dat etiam facultatem Iudici exequendi sententiam, si ex alio capite, vt puta conuentione, & simili exequenda veniret, quemadmodum deinde in alia clausula
48 expensasq; taxet, & moderetur, necessario verbum omnes & singulas expensas &c. est apponendum, quia dum simpliciter illi facultas datur taxandi expensas, intelligitur de factis coram ipso tantum, dum autem apponuntur verba omnia, & singula, intelligitur de expensis in tota causa, coram quocunque iudice factis, vt latius supra tetigi in commiss. appel. dum de expensarum taxatione tractaui, pro quo vide, quæ recensui Vestr. in sua prax. lib. 8. numc. 9. & 10. cum add. Cum autem per me relata, vt plurimum in praxi consistant, ne mireris si multoties illius celeberrimi Octa
49 uiani Vestrij Barbiani, nobilis Imolensis, in R. Curia sua ætate causarum patroni, & deinde consistorialis Aduocati primarij, (qui filium sibi non dissimilem reliquit, R. P. D. Marcellum Vestrium Barbianum, vtr. Sig. refer. Domesticum Secretarium Apostolicum, ac libellorum supplicum, qui memorialia vocantur. fel. rec. Sixto V. porrectis præfectum, & deinde ob suam integritatem, diligentiam, scientiam, ac morum suauitatē, per S. D. N. Gregorium XIIII. denuo in eisdem officijs summa laude, electum, & approbatum) retuli, immo & in omnibus in dicta praxi allegatis, vt plurimum, tum quia & stylus curiæ est in hoc particulari ceu immutabilis, & circa eum nil aliud dici equeat, tum etiam quia ob tanti viri authoritatem eius dicta & sequenda, & recensen-
50 da & amplexanda sunt. Dum itaque de expensis taxandis loquebar, intellige de factis, non de faciendis, vt late dixit Mandos. in commiss. executoriali in verbo factas, quod non habet locum in expensis quæ fiendæ sunt in met taxatione coram eodem Iudice, quia comprehenduntur subdens inibi in verbo taxet quod expen-
51 sæ pro procuratore, & Aduocato de stylo curiæ non ponuntur in taxatione rationibus per ipsum allegatis, seruatis itaq; terminis substantialibus, vel præfixo præfato breui, & peremptorio termino vigore commissionis, si extra statum Ecclesiasticum litere diri-
52 guntur primum Principi status vbi exequi debent, & deinde alijs suis Iudicibus, ac iustitiæ ministris, quibus apponi solet etiam pe-
53 na excommunicationis, vt eas exequantur cum primum fuerint requisiti. Tamen dum inferiorum persona percipiendo tangitur, apponitur excommunicationis pœna, non autem Regibus, & cæteris Principibus, sed illius clausulæ uice, alia subnectitur in Domino exortamur, & ratio est, quia contra tales non dantur per

cancel-

cancellariam literæ contentiosæ, quamuis talis delegati, seu Iudi-
54 ces Papæ, immo potius ipsius Papæ, & in mandatis Apostolicis
appositæ, exhortatio, siue consilium, cui necessario parendum est,
loco præcepti succedat, ut dixit Stasil. de lit. iust. cap. petenti. com-
mitti nu. 8. & hæc pro isto secundo capitulo sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *REmediam l. 2. C. de resc. vend. datur tam maiori quam minori læso.*

2 *Minor si iurauit non contrauenire, non iuuatur remedio l. 2. C. de resc. vend.*
Contrarium seruat, & tenet Rota nu. 3.

4 *Remedium l. 2. C. resc. vend. quando comprehendat maiores. Amplia habere locum etiam si illi fuerit cum iuramento renunciatum cum amplissimis clausulis nu. 5.*

6 *L. 2. C. de resc. vend. habet locum etiam in subastatione necessaria.*

7 *Læsio probanda est inspecto tempore contractus, & non postea.*

8 *Læsio enormissima quando dicatur.*

9 *L. si quis maior C. de transac. an habeat locum in statu Ecclesiastico. Declara vt nu. 12.*

10 *Moræ purgatio quando admittatur in materia l. 2. C. de resc. vend.*

11 *Moræ purgatio quando de iure canonico admittatur.*

13 *Moræ purgatio de æquitate canonica quando impediatur.*

14 *L. si quis maior. C. de transact. non habet locum inter mercatores.*

15 *L. si quis maior. C. de transac. habet locum tam in transactione quam in aliquo vis alio contractu, & vbique locorum.*

16 *L. si quis maior C. de transac. non habet locum quando ambæ partes contrauenerunt.*

17 *Periurus periuro nihil dicit.*

18 *Renuad si quis maior C. de transac. non habet locum in principale ignorante gesta per procuratorem, nec in hærede.*

19 *Spoliatus ante omnia est restituendus vsque ad quadrantem.*

20 *Spoliatus duo probare debet & nu. 36.*

21 *Spoliatus restituitur non solum ad fructus perceptos, sed qui percipi potuerunt.*

22 *Spoliatus restituitur re perempta ad eius exstimationem.*

23 *Spoliatus per Rotam restituitur etiam si momento possederit.*

24 *Spoliatus restituitur etiam si suum spoliatorem spoliasset.*

25 *Spolium vltimum est purgandum & nu. 59.*

26 *Spoliator restituitur contra heredem spoliatoris, & contra Eccle-siam.*

27 *Spoliatus restituitur etiam si spolium esset per Principem confirma-tum etiam vsque ad mille annos.*

28 *Regula de triennali, vel quauis alia non comprehendit spolium.*

29 *Spoliatus restituitur contra illum qui spolium ratum habuit.*

30 *Spoliatus restituitur etiam contra tertium sine vitio in re succeden-tem.*

31 *Cap. Reintegranda 3. q. 1 habet locum etiam in profanis.*

32 *Successor singularis spoliati restituitur ex cap. reintegranda, reme-dio.*

33 *Spoliatus intentans petitorium prius ei renunciato restituitur in pos-sessorio.*

34 *Spoliatus restituitur ex remedio cap. reintegranda contra titulum, & bona fide possessorem.*

35 *Spoliatus possessor ex gratia Apostolica virtute motus proprij, revo-catorij dictæ gratiæ restituitur.*

37 *Spoliatus non restituitur quando passus fuit probationes super pro-prietate.*

38 *Spolium in profanis, & Ecclesiasticis differt.*

39 *Spoliatus non restituitur, nisi constito de eius iure. Limita non habere locum in profanis nu. 41.*

40 *Vitiosus ingressus non debet dari.*

42 *Spoliatus non restituitur quando constat de dominio spoliatoris.*

43 *Spoliatoris dominium quando notorie constet.*

44 *Spoliatus qui ex suo facto a possessione cecidit neque ex remedio Cá-nonis reintegrandæ venit restituendus.*

45 *Resignans spoliatus a resignatario non restituitur. Amplia vt ibi. Limita vt ibi.*

46 *Spoliatus transferens possessionem ex contractu nullo non restituitur.*

47 *Spoliatus beneficio reseruato in quo erat intrusus non restituitur. Declara vt ibi. Limita vt ibi.*

48 *Intrusus in beneficio litigioso ex collatione ordinarij spoliatus non re-stituitur.*

49 *Spoliatus non restituitur in beneficio reseruato. Limita vt ibi.*

50 *Spoliatus prouisus ab ordinario in mensibus reseruatis Papæ non resti-tuitur. Limita vt ibi.*

51 *Spoliatus per Iudicem non restituitur, & etiã iniuste. Limita vt ibi.*

52 *De facto factum de facto debet reuocari.*

53 *Exequenti sententiam nullam potest de facto resisti.*

54 *Spoliatus penitus beneficio incapax non restituitur.*

55 *Sim oniacus realis spoliatus non restituitur. Limita vt ibi.*

56 *Execrabilis effectus non restituitur. Limita vt ibi.*
58 *Hæreticus restitutione indignus est.*
58 *Laicus non restituitur ad beneficium. Limita, & declara vt ibi.*
60 *Vitium spolij est reale, & rem sequitur, & solum illum repellit qui tenetur vnde vi.*

CAP. III. ET VLTIMVM.

1 DECBAM supra, in commissione relaxationis iuramenti ad effectum agendi, c. 5. nu. 39. quod tam maioribus, quam minoribus, si ex vēditione enormiter læsi reperiantur, ex remedio l. 2. C. de rescind. vend. succurrendum est, & hac nactus occasione, non nulla in hoc articulo, & in d. l. materia succincte subnectam. Regulam itaq; primum ponamus, quod minoris iu-
2 ramentum, ex præfatæ. l. 2. remedio restitutionem impedit, & id sine difficultate procedere dixit, Cravet. in cons. 188. cum pluribus concord. nu. 3. & de communi, in cons. 114. nu. 9. & tanto magis, si non contrauenire iurauerit ratione minoris ætatis vt ibidem nu. 3. quod tamen verum intellige, dummodo vltra dimidiam læsio
3 non adsit, seu nimium excessiua, Gozzad. cons. 114. nu. 9. vers. & idē in minore, & quamuis id sit de iure, tamen Rota contra præfatam communem sententiam contrarium seruat, quod tale minorum iuramentum d. l. 2. remedium non impediat, quia nihil alterat vltra contractus naturam, Cassad. Decis. vnic. per tot. de emp. & vend.
4 & idem dixit Crau. cons. 192. nu. 2. Imo. d. l. 2. remedium sec. Crau. ibi nu. 3. habet locum etiam in maioribus, quando læsio vltra dimi-
